
GEOGRAPHIA SACRA, SIUE NOTITIA ANTIQUA EPISCOPATUUM ECCLESIAE...

Charles Vialart, Melchior Tavernier, ...




37
15 G
14


S PAVL

GEOGRAPHIA SACRA

[redacted] siue [redacted]

NOTITIA ANTIQVA EPISCOPATVVM ECCLESIÆ VNIVERSÆ:

Ex Concilijs, Patribus, Historia Ecclesiastica, & Geographis antiquis excerpta.

Authore R. in Christo Patre CAROLO A SANCTO PAVLO *Abbate Fuliensi, & Congregationis Fuliensis Superiore Generali, necnon Abrincensi Episcopo designato.*



LVTETIÆ PARISIORVM.
Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY, Architypographi Regij, viâ Iacobæâ, sub Ciconijs.

M. DC. XLI.
CVM PRIVILEGIO REGIS.



EMINENTISSIMO
S.R.E. PRINCIPI CARDINALI
DVCI DE RICHELIEV
FRANCIÆ PARI

TIBI *hæc antiqua Ecclesiæ Notitia iure debetur*, Cardinalis Eminentissime, *cui vt Musarum Apollini, summoque inter humanos genio, dignioris litteraturæ monumenta pro donariis appendi iubet ratio. Tibi, inquam, dicanda est, cui vt generoso non minus quam fideli prudentique Inuictissimi Regis Ministro, pro Regni florenti administratione, pro Patria pristinæ gloriæ restituta, pro recuperatis Galliæ antiquis limitibus, & nuper expugnatis per consilia tua,*

non minùs quam per arma poſt Briſacum, Hedenam, innumeráſque alias, & Atrebatum Taurinorumque ciuitatibus, proque domeſticis exteriſque ſuperatis hoſtibus, quemlibet ex noſtris immortale gratitudinis & obſequij pignus debere nemo neſcit. Fortuna ipſa tot præclare geſtorum fama adeo capta eſt, vt poſt multas antea Galliæ illatas calamitates, tandem in ipſam aduolarit: ac vt alas rotamque deponat, ad eam, ſicut olim Romanos, omni gloriæ genere cumulandam, ſe quaſi cogi videat. Et Gallorum quiſpiam in tam fœlici rerum ſucceſſu ſilebit, nec de donariis grati animi teſtibus tibi offerendis cogitabit? Tibi & fauenti & conſulenti acceptum refert Eccleſia Gallicana, quod vbique ab hæreſis tyrannide liberata ſit, quod digniſsimis Præſulibus commendata, quodque pluribus in prouinciis erroris tenebris obuolutis, per operarios in eas miſſos, & pietate feruenti inſignita, & ab ignorantiæ labe vindicata. Sed & vniuerſa

Ecclesia sedem Apostolicam, ab Aquila Iberis vnguibus armata, duramque ipsi oppressionem minitante, si innatæ rapacitati per Italiam Germaniamque satisfecisset, te Consiliorum Rerumque Ministro liberatam prædicat. Vnde æquissimum esse vt ipsa Ecclesia hocce in opere Geographicè descripta, Tibi gratias immortales actura, se coram te sistat, nullus nisi iniustus denegabit. Ego quidem ad id ei suadendum, præter communia Ecclesiæ Galliæque impertita beneficia, eo potissimum ductus sum, quod à me descripta sit, Tibique pro singulari erga me beneuolentia, acceptoque nuper, supra meritum dicam beneficio, & meipsum & omnes ingenij mei conatus debeam. Nec certe parum me mouit, quod Magnatibus tabulas Regionum quas armis protexerint, vel alio beneficio deuinxerint, quasi ex debito dicare videam Geographos. Id enim cum ita sit, cui potius quam tibi hasce totius Ecclesiæ Geographicas descri-

ptiones dicare possum, cuius Tu Princeps Cardinalis, & quam non minus potenti quam prudenti zelo pietatis tuæ, adeo fœlicibus amplisque officiis cumulasti, vt à temporibus Administrationis tuæ, nouo & superioribus sæculis ignoto splendore, apud nos omnium oculis illucescat. Illas tu benigno vultu suscipe, Cardinalis Eminentissime, *& in eis quasi erectum à me gloriæ monumentum, Tuæ summæ pietati, Tuæ supra captum humanum prudentiæ, Tuæ inuictæ fortitudini, Tuo tandem super admirationem genio, perspice; obsequiumque meum gratum habens*

VIVE, VALE, VINCE.

EMINENTIÆ TVÆ,

Addictissimus, & obsequentissimus
F. CAROLVS Episcopus Abrincensis
designatus.

Approbatio Doctorum.

NOs subsignati Doctores in sacra Facultate Theologiæ Paris. testamur hoc volumine in duodecim libros diuiso, quibus *Geographia Sacra*, seu *Notitia antiqua Episcopatuum Ecclesiæ vniuersæ* describitur, à nobis quoad fieri licuit, accuratè perlecto, nihil contineri, quod fidei Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ repugnet, dignumque, quod in publicam vtilitatem euulgetur. Datum Lutetiæ Parisiorum in Regio Nauarræ Collegio, Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo, die Nona Nouembris.

DAMONT. I. DELAVNOY.

SVMMA PRIVILEGII.

CAutum est LVDOVICI XIII. Franciæ & Nauarræ Regis Priuilegio, ne quis in Regno ipsius intra viginti proximos annos ab hac impressione numerandos, excudat, vendat, aut excudendum, aut vendendum curet librum qui inscribitur *Geographia Sacra*, seu *Notitia antiqua Episcopatuum Ecclesiæ vniuersæ*, R.P. Caroli à S. Paulo Abbatis Fuliensis, & eiusdem Congregationis Superioris Generalis, necnon Abrincensis Episcopi designati, opera editum: præter eum cui præsentis Priuilegij vsum concesserit. Ne quis item ex Regis subditis Librum eumdem extra Regni fines excudendum curet, vel alios, vbicumque fuerint, ad excudendum instiget, sine consensu dicti R. P. Caroli à S. Paulo Abbatis &c. sub pœna confiscationis librorum, & alijs contra delinquentes expressis in diplomate dato Parisijs, die sexta mensis Nouembris, Anni millesimi sexcentesimi quadragesimi.

Signatum, MATHAREL.

Præfatus R. Pater Carolus à S. Paulo Abbas Fuliensis &c. Sebastiano Cramoisy Architypographo Regio vsum dicti Priuilegij concessit ad decem annos. Die 8. mensis Nouembris, Anni Christi 1640.



PROOEMIVM.

DE VARIIS EPISCOPORVM ORDINIBVS, quorum sedes in hac Notitia recensentur; nec non de totius operis fine & methodo.



I. DE ECCLESIA ROMANA, & SVMMO PONTIFICE.

ECCLESIA Romana, [a] cui Euangelium Petrus & Paulus sanguine suo signatum reliquerunt: [b] semper Primatum habuit: [c] Ecclesia principalis est, vnde vnitas sacerdotalis exorta: [d] eaque ad quam propter potentiorem principalitatem necesse est omnem Ecclesiam conuenire. Huius Episcopus Custos fidei dictus est in Concilio [e] Ephesino: Beatissimus atque Apostolicus vir Papa vrbis Romę, quæ est caput omnium Ecclesiarum, in [f] Chalcedonensi; Sanctissimus & beatissimus vniuersalis Patriarcha magnæ Romæ, ab [g] Athanasio Presbytero; eique, vt [h] Valentiniani Imperatoris verbis vtar, Principatum Sacerdotij super omnes antiquitas detulit.

Cur tantam à primis sæculis authoritatem obtinuerit, si quæras; respondebunt Optatus Mileuitanus, & Petrus Chrysologus, huius supremæ potestatis originem tribuentes Apostolo Petro: Optatus quidem Mileuitanus, dum his verbis Donatistas ad obedientiam sanctæ Sedi Romanæ debitam reducere conatur. [i] [Negare non potes scire te in vrbe Roma Petro primo cathedram Episcopalem esse collatam, qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, vnde & Cephas appellatus est.] Chrysologus autem his penè similibus ad Eutychem. [k] [In omnibus hortamur te, frater honorabilis, vt ijs quæ à beatissimo Papa Romanæ ciuitatis præscripta sunt, obedienter attendas: quoniam beatus Petrus, qui in propria sede & viuit & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem.]

Addam tamen cum Patribus Concilij Chalcedonensis, [l] primos Ecclesiæ Patres præter hanc supremam potestatem, Romano Pontifici priuilegia quædam ex hoc tribuisse, quòd vrbs Roma imperaret. Vnde Theodosius & Valentinianus Imperatores hæc ad Aetium scripserunt in Nouellis: [m] [Cùm sedis Apostolicæ primatum sancti Petri meritum, qui princeps est Episcopalis coronæ, & Romanæ dignitas ciuitatis, sacræ etiā Synodi firmarit authoritas, ne quid præter authoritatem sedis istius inlicitum præsumptio adtentare nitatur. Tunc enim demum Ecclesiarum pax vbique seruabitur, si rectorem suum agnoscat vniuersitas.] Sed intellige de priuilegijs supremæ & vniuersali potestati Ecclesiasticæ superadditis. Etenim Ecclesia Romana

a Tertull. adu. Marc. l. 4. c. 5.
b Concil. Chalc. act. 16 in fine.
c Cyprianus epist. 55.
d Iren. lib. 3. contra Valent. c. 3.
e Concil. Ephes. part. 2. act. 2. [illegible]
f Act. 1. Concil. Chalced. [illegible]
g Athan. libel. ad Leon. Pap. [illegible]
h Ex Epist. Valent. Imper. inter epist. Præamb. Concil. Chalced.
i Optat. Mileuit. l. 2. contr. Donat.
k Petrus Chrysol. epist. ad Eutychem.
l Conc. Chalced. can. 28. [illegible]
m Nouella Theodosij tit. 24. ad calcem Cod. Theod.

ſemper, id eſt, ante omnes Patrum conſtitutiones, habuit primatum, vt dicitur actione 16.[a] Concilij Chalcedonenſis: &[b] [Ab Apoſtolorum, inquit Leo magnus, Principibus factum eſt, vt Roma gens eſſet ſancta, populus electus, Ciuitaſque ſacerdotalis & regia, per ſacram beati Petri ſedem Caput orbis effecta, latiùs præſideret religione diuina, quam dominatione terrena]

a Con. Chalced. act. 16. [illegible] b Leo Mag. [illegible] natali Apoſt. Petri & Pauli.

II. DE TRIBVS PATRIARCHIS.

Quamuis autem penes hunc vnum Romanum Pontificem ſuprema lex eſſet, tres tamen ab initio Patriarchæ fuerunt, ſcilicet Romanus, Alexandrinus & Antiochenus, quorum ſedes, eſſent Romæ, Alexandriæ & Antiochiæ, Apoſtolis ac imprimis D. Petro conueniens exiſtimantibus, vt in tribus dignioribus maioribuſque ciuitatibus, tres Protothroni ſeu primariæ ſedes Eccleſiæ inſtituerentur. Harum Epiſcopis Patriarchæ nomen ex hoc inditum eſt, quod ſinguli πατριῶν ἀρχοί, ſiue familiarum & Eccleſiarum Chriſtianarum patres ſeu principes eſſent, ſicut patres familiarum Iſraelitici populi Patriarchæ dicti ſunt, vel quòd τῶν πατέρων ἀρχοί, id eſt, patrum, ſeu Epiſcoporum Principes & Superiores eſſent: quomodo Ioannes Patriarcha Antiochenus princeps Orientis in actis Concilij Chalcedonenſis vocatur.

Hi tres de omnibus maioris momenti negotijs intra Patriarchatus ſui limites decernebant, vt patet in Canone magnæ Synodi Nicænæ, cuius verba ſunt:[c] [Mos eſt in Ægypto, Libya & Pentapoli, vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quoniam & Epiſcopo Romano eſt conſuetudo, ſimiliter & apud Antiochiam.] Sed aduerte quod licet hic ce Canon non tam pro enumerandis Sedibus Patriarchalibus, quam pro ſeruandis antiquis conſuetudinibus editus fuerit, tres tamen in eo tantum deſignari Patriarchas: & ratio eſt quod reuera plures Concilij Nicæni tempore Eccleſia non agnouit, ijque ſoli hucuſque inſtituti fuere.

c Concil Nicæn. 1. Can 6. Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν, ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν.

III. DE PATRIARCHA HIEROSOLYMITANO.

Nec tamen diffitebor quod cum Eccleſia Hieroſolymitana pro Matre Eccleſiarum habita ſit, vt apud Theodoretum legere eſt, huius Antiſtitem & nomine & honore Patriarchæ ab Eccleſiæ incunabulis inſignitum fuiſſe. Si dubites, certum probabo ex Canone ſeptimo Concilii Nicæni,[d] in quo hæc habentur. [Quia conſuetudo obtinuit & antiqua traditio, vt Æliæ Epiſcopus honoretur, habeat honoris conſequentiam, ſalua Metropoli propria dignitate.] Sed iura priuilegiaque Patriarchalia, nonniſi in Concilio Chalcedonenſi obtinuit, a quo tres Paleſtinæ huic pro diœceſi aſſignatæ ſunt.

d Conc. Nicæn. Can. 7. Ἐπειδὴ συνήθεια κεκράτηκε καὶ παράδοσις ἀρχαία, ὥστε τὸν ἐν Αἰλίᾳ ἐπίσκοπον τιμᾶσθαι, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος.

IV. DE PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO.

At poſtquam ſedes Imperij, quæ ad Conſtantini magni tempora Romæ fuerat, tranſlata eſt Bizantium, cui nomen Conſtantinopolis datū eſt in honorem iſtius Imperatoris, qui hanc iiſdem priuilegijs ac Romam donauit, nouamque Romam appellari voluit, Conſtantinopolitanus Epiſcopus nomen & honorem Patriarchæ primum, vt probabiliter inferius conijcietur, obtinuit. Sed & ad modum Hieroſolymitani authoritatem accepit, iuraque nomini conuenientia à Patribus Concilij Conſtantinopolitani primi generalis, qui hunc, vt ex eorum Canone patet, non Patriarcham fecerunt, ſed ei iam hoc honore donato ſecundum locum, necnon, vt vult Socrates,[e] Thraciam pro diœceſi aſſignarunt. Id Theodoſio magno Imperante ſtatutum eſt, & poſtea ſub Marciano a Concilio Chalcedonenſi non tantum confirmatum, ſed etiam maxime auctum, Patribus huic præter Thraciam, Aſiam, Pontum, Barbaraſque prouincias ſubijcientibus hoc Canone, qui tot procellas poſterioribus ſæculis in Eccleſia excitauit. [Definitiones ſanctorum Patrum ſequentes vbique, & regulam quæ nunc relecta eſt centum quinquaginta Dei

e Socrates lib. 5. cap. 8.

amantissimorum Episcoporum, qui congregati sunt sub piæ memoriæ Imperatore magno Theodosio in regia ciuitate Constantinopoli noua Roma, cognoscentes; & nos eadem definimus de priuilegijs eiusdem sanctissimæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ nouæ Romæ. Etenim sedi senioris Romæ propter imperium ciuitatis illius Patres consequenter priuilegia reddiderũt. Et eadem intentione permoti centum quinquaginta Deo amantissimi, æqua sanctissimæ sedi nouæ Romæ priuilegia tribuerunt; rationabiliter iudicantes imperio & senatu vrbem ornatam, æquis senioris Romæ priuilegijs frui, & in Ecclesiasticis, sicut illam, maiestatem habere negotijs, & secundam post illam existere, [a] & his qui de Ponto sunt, & de Asia, & Thracia diœcesibus Metropolitanos solos, rursus autem & qui inter Barbaros sunt Episcopos præfatarum diœceseon ordinari à prædictæ sanctissimæ Constantinopolitanæ sedis sanctissima Ecclesia.] Sicque ab hoc tempore quinque Patriarchæ in Ecclesia numerari & authoritatem habere cœperunt, scilicet, vt ait Iustinianus, [b] [beatissimus Archiepiscopus & Patriarcha senioris Romæ, Constantinopolis, Alexandriæ, Antiochiæ & Hierosolymorum.]

a Conc. Chalced. act. 16. Ὥστε τοὺς τῆς Ποντικῆς, καὶ τῆς Ἀσιανῆς, καὶ τῆς Θρᾳκικῆς διοικήσεως μητροπολίτας μόνους, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς ἐπισκόπους τῶν προειρημένων διοικήσεων χειροτονεῖσθαι ὑπὸ τοῦ προειρημένου ἁγιωτάτου θρόνου τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας.

b Iustinianus Nouella 123. Τοὺς μὲν μακαριωτάτους ἀρχιεπισκόπους καὶ πατριάρχας τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης καὶ Κωνσταντινουπόλεως καὶ Ἀλεξανδρείας καὶ Θεουπόλεως καὶ Ἱεροσολύμων.

V. DE IVRIBVS ET AVTHORITATE PATRIARCHARVM.

Quod autem ad horum iura seu [illegible] spectat, ea sunt. Primum de negotijs magni momenti intra fines sui Patriarchatus occurrentibus decernere, vt dixi ex Concilio Nicæno. Præterea si, vt legitur in Concilio Chalcedonensi, [c] cum prouinciæ Metropolitano Episcopus vel Clericus litem haberet, petebat aut Primatem, siue Exarchum diœceseos, aut Patriarcham, huiusque sententiæ omnino parendum erat, inquit [d] Iustinianus, [perinde ac si iudex ab initio fuisset. Nam contra horum Antistitum sententias, non esse locum appellationi, à maioribus nostris constitutum est.] Quod tamen Iustiniani decretum de sententijs in causis minoribus intellige, cùm in maioribus, vt ait Valentinianus [e], [beatissimus Episcopus vrbis Romæ, cui antiquitas Sacerdotium in omnes detulit, de Episcopis & de fide iudicandi potestatem habuerit.] Vnde hæc leguntur in Concilio Sardicensi: [f] [Si quis Episcopus fuerit depositus iudicio Episcoporum qui sunt in vicinia, & dicat rursus sibi defensionis negotium competere; non prius in Cathedram alius constituatur; quam Romanus Episcopus causa cognita sententiam tulerit.]

c Conc. Chalced. Can. 9. Εἰ δὲ πρὸς τὸν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας μητροπολίτην ἐπίσκοπος, ἢ κληρικὸς ἀμφισβητοίη, καταλαμβανέτω ἢ τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως, ἢ τὸν τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως θρόνον, καὶ ἐπ' αὐτῷ δικαζέσθω.

d Iustinian. L. 29. Cod. de Episcopali audien.

e Ex epist. Valent. Imp. inter epist. præamb. Concil. Chalced. Ἐπεὶ ὁ μακαριώτατος ἐπίσκοπος τῆς Ῥωμαίων πόλεως, ᾧ τὴν ἱερωσύνην κατὰ πάντων ἡ ἀρχαιότης περιῆψε, χώραν, καὶ ἱκανότητα ἔχει περὶ πίστεως καὶ ἱερέων κρίνειν, [illegible] καὶ [illegible]

f Can. 4. Concil. Sardic. Ὅτι ἐάν τις ἐπίσκοπος καθαιρεθῇ τῇ κρίσει τούτων τῶν ἐπισκόπων τῶν ἐν γειτνίᾳ τυγχανόντων, καὶ φάσκῃ πάλιν ἑαυτῷ ἀπολογίας πρᾶγμα ἐπιβάλλειν, μὴ πρότερον εἰς τὴν καθέδραν αὐτοῦ ἕτερον ὑποκαταστῆναι, εἰ μὴ ὁ τῆς Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ἐπιγνοὺς περὶ τούτου, ὅρον ἐξενέγκῃ.

Ad Patriarcham etiam spectabat Concilia Episcoporum ex diuersis Patriarchatus sui prouincijs conuocare. Sic Iulius Papa [g] cum recens summi Pontificis munus accepisset, centum decem & sex Episcoporum Concilium ex suburbicarijs Ecclesijs conuocauit, vt Arianam hæresim sua etiam sententia condemnaret. Sic Alexander Alexandrinus, teste Socrate, [h] cum accepisset Arij dogmata & conatus, resque ab eo gestas oculis cerneret, iracundia cœpit exardescere, ac Concilio multorum Episcoporum celebrato, Arium & eius opinionis fautores Presbyterij gradu abdicauit.

Sic in Christianissima & Regia vrbe Constantinopoli noua Roma congregata est magna Synodus septuaginta trium Episcoporum, præsidente religiosissimo & sanctissimo Episcopo Gennadio, & alia sub Menna aduersus Acephalos, quæ tomo tertio & quarto Conciliorum leguntur.

g Ex actis Synodi Rom. sub Iulio P. an. 337.

h Socrat. hist. Eccl. lib. 1. c. 3. Ταῦτα ἀκούων καὶ ὁρῶν τὰ γινόμενα ὁ Ἀλέξανδρος εἰς ὀργὴν ἐξάπτεται καὶ συνέδριον πολλῶν ἐπισκόπων καθίσας, τὸν μὲν Ἄρειον, καὶ τοὺς ἀποδεχομένους τὴν δόξαν αὐτοῦ καθαιρεῖ.

Sic Ioannes Antiochenus [a] omnes Episcopos Syriæ, quibus hucusque aduersus Cyrillum atque Orthodoxos Ephesi congregatos comministris vsus erat, ad Synodum venire iussit, vt Nestorium, eiusque hæresim condemnarent, & communionem cum Romano Pontifice, Cyrillo Alexandrino, omnique Catholica Ecclesia, à qua schismate rescisi fuerant, redintegrandam decernerent.

Sic denique Ioannes Hierosolymorum Patriarcha Synodum trium Palæstinarum congregauit contra Seuerum, Petrum, ac Zoaram hæreticos, vt ex eius epistola [b] Synodica constat.

Tandem ius his omnibus commune fuit, saltem à tempore quo ab Imperatoribus libertas Ecclesiæ data est, ordoque Hierarchicus per diœceses perfectè institutus, Patriarchatus sui vicinores Metropolitas & Episcopos vt plurimum ordinare, aut confirmare: licet non omnes eodem modo hoc vsi sint. [Etenim, vt ait Iustinianus, [c] quidam in prouincijs in quibus morabantur, Metropolitanorum officium gerebāt, alij vero per totam diœcesim non tantum Metropolitanorum, sed etiam aliorum Episcoporum qui sub eis erant, ordinationes faciebant.] Constantinopolitanus, Metropolitas solos Ponti, Asiæ & Thraciæ, & Episcopos qui in Barbaricis erant, vt loquuntur Patres Concilij [d] Chalcedonensis ordinabat. Antiochenus, [e] sicut Metropolitanos authoritate ordinabat singulari, sic & poterat impedire ne Episcopi sine permissu conscientiaque sua crearentur. Pro Romano, Siricij Epistolam [f] facile proferrem, nisi apud peritos incertæ esset fidei, qua statuitur vt extra conscientiam Apostolicæ sedis, hoc est Primatis, quippe qui huius Vicarius erat, nullus auderet ordinare Episcopum. Sed qui tantisper Epistolas Gregorij magni legerit, haud ignorare potest hūc summum Pontificem non tantum ex propria prouincia, sed etiā ex pluribus alijs innumeros Episcopos ordinasse & confirmasse. Audiamus quid ad Ioannem Subdiaconum de cōsecratione Constantij Mediolanensis Episcopi electi scribat: [g] [Et si nulla eos diuersitas ab electionis vnitate disterminat, si quidem in prædicto filio nostro Constantio omnium voluntates atque consensum perdurare cognoscis, tunc eum à proprijs Episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum nostræ authoritatis assensu, solatiante & auxiliante Domino, facias consecrari: quatenus huiusmodi seruata consuetudine, & Apostolica sedes propriū vigorem retineat, & à se cōcessa alijs iura non minuat.] [h] Eundem Gregoriū non minorē authoritatem in Rauennensem Metropolitam exercuisse testatur Ioannis Rauennensis Episcopi epistola ad eum scripta, qua se à prædecessore eius ordinatum & priuilegia accepisse fatetur. Eadem ratione in Ægypti Patriarchatu, ita necessaria erat confirmatio Patriarchæ in electionibus Episcoporum, vt Synesius [i] ad Theophilum Alexādrinum scribens, hoc vnum requiri dicat electis Episcopis Palebiscæ, Hydracis & Olbij. Et quod de Hierosolymitano idem sentiendum sit, haud dubium esse potest, cùm ex philosophorum placitis, qui habet esse, habeat etiam consequentia ad esse, hoc est entis sui generis proprietates. Vnde, vt refert Euagrius, Theodosio facto Episcopo Hierosolymitano in locum Iuuenalis, multi ex Palestina ad eum veniebant, vt Episcopi consecrarentur.

VI
De Exarchis seu Primatibus, eorumque iuribus

Sub Patriarchis & supra Metropolitanos fuerunt Exarchi, seu Primates, qui, vt ait Balsamon, non vnius tantum prouinciæ Metropolitani erant, sed

a [illegible] epist. 38. ad [illegible]natum
b Ex Epist. Synod. [illegible] Conc. [illegible] Constant. [illegible]
c Iustinian. l. 29. Cod. de Episc. audi.
d Conc. Chalced. can. 28. vt supra
e Innoc. P. 1 epist. ad Alex. Antioch.
f Siricius epist. 4
g Greg. lib. 2. Indict. 11. epist. 30.
h Idem epist. 56. lib. 2 Indict. 11.
i Synes. epist. 67. ad Theoph. Alex. [illegible]
Et epist. 76. ad eumdem. [illegible]

totius [a] diœcesis, quæ multas in se prouincias continebat. Sic [b] Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, Ponti Exarchus dicitur, & Ephesinus Exarchus Asiæ. Sic [c] apud sanctum Leonem Anastasius Episcopus Thessalonicensis Primas Illyrici Orientalis instituitur, vt partem curæ, quam summus ille Pontifex vniuersæ huiusce tractus Ecclesias potissimum ex diuina institutione debebat, susciperet, & remotis ab Apostolica sede prouinciis visitationem suam impenderet. Sic Cæsarius [d] Arelatensis Gallicarum Primas a Symmacho factus, ab eo munus accepit, vt manentibus his quæ Patrum constituta singulis Ecclesiis concesserunt, circa hæc quæ in Galliæ prouinciis de causa religionis emergerent, solertia sua inuigilaret.

Quod ad horum officium spectat, si cui Clerico, [e] vt dicitur in Concilio Chalcedonensi, lis erat cum Prouinciæ Metropolitano, diœceseos Exarchum adibat: si, vt fuse declarat Leo magnus, [f] ex diuersis prouinciis cogenda erat Synodus, ad Exarchum siue Primatem spectabat. Ac si aliquid graue pro tota diœcesi decernendum erat, in solius Exarchi aut Patriarchæ stabat potestate. Vnde cum diœcesis Pontica fines amplissimos haberet, Cappadociam scilicet, Pontum, Bithyniam, Galatiam, Paphlagoniam & Armeniam prouincias complectens, nulla ex harum numero fuit, vt inferius dicetur, in qua Basilius Cæsariensis Episcopus, & totius diœcesis Exarchus aliquod sui iuris potestatisque exemplum non ediderit. Idē de Arelatensi Primate facillimum est probare, quodque non solius prouinciæ Arelatensis curam gereret, sed etiam ex Galliæ vniuersæ prouinciis Synodos conuocaret, inter quoscumque Clericos lites componeret, & literas formatas peregrinis, qui in alias diœceses iter faciebant, tribueret: cum id disertis verbis exprimatur in Epistolis variis summorum Pontificum, quarum verba suo loco referentur. Nec est de aliis Primatibus aliter sentiendum.

VII. DE METROPOLITANIS EORVMQVE IVRIBVS.

[Magna etiam dispositione prouisum est, inquit Leo, [g] ne omnes sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis prouinciis singuli Episcopi, quorum inter fratres haberetur prima sententia.] Hi, [h] ex Isidoro Hispalēsi, Metropolitani, à mensura ciuitatum, siue Metropoleon quarum Episcopi erant, vocati fuerunt, singulis prouinciis præeminebant, horum authoritati & doctrinæ cæteri Sacerdotes subiecti erant, sine his nihil magni momenti cæteris Episcopis agere licebat. Et sicut Præses prouinciæ maius imperium in prouincia sua habebat post Principem quantum ad ciuilia, vt in Digestis [i] legitur, sollicitudo etiam totius prouinciæ quantum ad Ecclesiastica, Metropolitanis commissa erat. Clarissimè patet hoc in Canone trigesimo quinto Apostolorum, [k] qui sic habet. [Episcopos gentium singularum scire conuenit quis inter eos primus habeatur, quem velut caput existiment, & nihil amplius præter eius conscientiam gerant, quam illa sola singuli, quæ parochiæ propriæ & villis, quæ sub ea sunt, competunt. Sed nec ille præter omnium conscientiam faciat aliquid: sic enim vnanimitas erit, & glorificabitur Deus per Christum in Spiritu sancto.] Talis reuera horū erat authoritas in statuendis quæ ad communē prouinciæ vtilitatem spectabant, vt ex Constitutione Nicænorum [l] Patrum, firmitas eorum quæ gerebantur per vnamquamque prouinciam his tributa fuerit; huncque Canonem [m] ediderit Antiochena Synodus sub Iulio. [Episcopos qui sunt in vnaquaque prouincia scire oportet Episcopum, qui præest Metropoli,

Τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεστῶτα ἐπίσκοπον, καὶ τὴν φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας, διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν συντρέχειν πάντας τοὺς τὰ πράγματα ἔχοντας. ὅθεν ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτὸν, μηδέν τε πράττειν περιττὸν τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἄνευ αὐτοῦ, κατὰ τὸν ἀρχαῖον κρατήσαντα ἐκ τῶν πατέρων ἡμῶν κανόνα, ἢ ταῦτα μόνα ὅσα τῇ ἑκάστου ἐπιβάλλει παροικίᾳ, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις.

e Leo magn. epist. ad Anast. Thess.
d Symmach. epist. ad Cæsar. Arelat.
e Conc. Chalc. can. 9.
f Leo epist. 84. ad Anast. Thess.
g Leo mag. epist. 84.
h Isid. Hispal. l. 7. orig. c. 12.
i L. 4. De offic. Præsid.
k Can. 35. apostol.
l Can. 4. Conc. Nicæn.
m Can. 9. Conc. Antioch.

etiam curam suscipere totius prouinciæ, eo quod in Metropolim vndequaque concurrunt omnes qui habent negotia. Vnde visum est eum quoque honore præcedere reliquos autem Episcopos nihil magni momenti aggredi sine ipso, vt vult qui ab initio obtinuit Patrum Canon: vel sola, quæ ad vniuscuiusque parochiam conferunt, & regiones quæ ei subsunt.] Nulla[a] censebatur perfecta Synodus, nisi ea cui aderat Metropolitanus: & [b] si quis præter eius sententiam factus fuerat Episcopus, hunc sacra Synodus Nicæna definiuit Episcopum esse non oportere. Vnde Innocentius [c] primus varia præscribens Victricio Rothomagensi Episcopo, quæ in eius prouincia obseruanda erant, ante omnia præcipit: Vt extra conscientiam Metropolitani Episcopi, nullus audeat ordinare Episcopum. Integrum enim est, inquit, iudicium quod plurimorum sententiis confirmatur. Idem scribit Hilarus[d] Papa Ascanio Tarraconensi Metropolitano, his verbis: [Hoc autem primum juxta eorumdem Patrum regulas volumus custodiri, vt nullus præter notitiam atque consensum fratris Ascanii Metropolitani aliquatenus consecretur Antistes, quia hoc & vetus ordo tenuit, hoc trecentorum decem & octo sanctorum Patrum definiuit authoritas.] Quamuis autem solum eorum suffragium in eligendis Episcopis non sufficeret, quippe qui communi Suffraganeorum prouinciæ consensu crearentur, vt inferius dicetur: attamen, si in [e] aliam forte personam partium se vota diuiserant, Metropolitani iudicio is alteri præferatur, qui maioribus & studiis iuuabatur & meritis. Præterea, inquit Innocentius[f] ad supradictum Victricium, si quæ causæ vel contentiones inter Clericos tam superioris ordinis, quàm inferioris exortæ fuerant, secundum Nicænam Synodum congregatis eiusdem prouinciæ Episcopis, à Metropolitano terminabantur. Prohibet etiam Hilarus[g] Papa in Epistolis, ne vlli Clerici præter Metropolitani consensum in aliam prouinciam proficisci audeant. Præcipitque [h] Concilium Epaonense, vt in celebrandis diuinis officijs ordinem quem Metropolitani tenent, comprouinciales obseruent. Addam denique hunc morem in Ecclesia inualuisse, vt summus Pontifex & Patriarchæ Metropolitanis scriberent, quæ in eorum prouincia obseruanda iudicabant, vt eadem ipsi suffraganeis Episcopis postea denunciarent. Vnde hæc scribit Innocentius [i] primus ad Aurelium: [Frater carissime, hæc velim cuncta recitanda per omnes Africanas Ecclesias scripta dirigas.] Hæcque Leo magnus[k] ad Nicetam Metropolitanum Aquileiensem: [Hanc autem Epistolam nostram, quam ad consultationem tuæ fraternitatis emisimus, ad omnes fratres & comprouinciales tuos Episcopos facies peruenire, vt in omnium obseruantia data præsit authoritas.] Et quis ex Iurisconsultis nescit Iustinianum Imperatorem hæc in Nouellis statuere? [Sanctissimi Patriarchæ vniuscuiusque diœcesis hæc proponant in Ecclesijs sub se constitutis, & manifesta faciant Deo amabilibus Metropolitanis quæ à nobis constituta sunt: illi quoque rursus etiam ipsi proponant in Metropolitana sanctissima Ecclesia, & constitutis sub se Episcopis hæc manifesta faciant. Illorum verò singuli in propria Ecclesia, hæc proponant.]

VIII. De Episcopis, eorumque electione, examine, professione fidei, ordinatione et iure iure.

Restat Episcoporum ordo, quorum singuli singulis Ecclesijs præficiebantur, populos sibi commissos prædicationis verbo pascentes, Sacramenta per se vel per alios administrantes, pœnitentibus manus & pœnitentiam pro delictorum grauitate imponentes, Clericos ordinantes, ac, vt paucis di-

a Can. 6. eiusdem Conc. [illegible]

b Can. 6. Nicæni Conc. [illegible]

c Innoc. P. epist. 2 ad Victricium Rothom. epis. c. 1

d Hilarus P. epist. ad Ascan. Tarrac. c. 2.

e Leo mag. epist. 84. ad Anastas. Thessal. c. 1

f Innoc. P. 1 epist. ad Victric. Rothom. c. 3.

g Hilarus P. epist. 1

h Conc. Epaon. can. 27.

i Innoc. P. 1 epist. 22 ad Aurel. Carth.

k Leo mag. ep. 75. ad Nicetam Episc. Aquileien.

l In Epilogo Nouellæ 6. Iustin.

cam, omnia parochiæ suæ munia sub Metropolitanorum authoritate obeuntes. Horum electio, examen, Professio fidei, ordinatio, officium & authoritas sic paucis describuntur in Concilio a Carthaginensi quarto. a Can. 1. Conc. Carthag. 4.
[Qui Episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper suis negocijs cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus: & ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est, Patrem, & Filium & Spiritum sanctum vnum Deum esse confirmans, totamque Trinitatis Deitatem coëssentialem & consubstantialem & coæternalem & coomnipotentem prædicans: si singularem quamque in Trinitate personam plenum Deum, & totas tres personas vnum Deum: si incarnationem diuinam non in Patre, neque in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantum credat: vt qui erat in diuinitate Dei Patris Filius, ipse fieret in homine hominis matris filius, Deus verus ex patre, homo verus ex matre; carnem ex matris visceribus habens, & animã humanam rationalem: simul in eo ambæ naturæ, id est Deus & homo, vna persona, vnus Filius, vnus Christus, vnus Dominus creator omnium quæ sunt, & author, & Dominus, & rector cum Patre & Spiritu sancto, omnium creaturarum: qui passus sit vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte, resurrexit vera carnis suæ resurrectione, & vera animæ resumptione, in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Quærendum etiam ab eo, si noui & veteris Testamenti, id est legis & Prophetarum, & Apostolorum, vnũ eumdemque credat authorem & Deum: si Diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus. Quærendum etiam ab eo, si credat huius, quam gestamus, & non alterius carnis resurrectionem: si credat iudicium futurum, & recepturos singulos pro his quæ in carne gesserunt, vel pœnas vel gloriam: si nuptias non improbet: si secunda matrimonia non damnet: si carnium perceptionem non culpet: si pœnitentibus reconciliatis communicet: si in baptismo omnia peccata, id est, tam illud originale contractum, quàm illa quæ voluntariè admissa sunt, dimittantur: si extra Ecclesiam Catholicam nullus saluetur. Cùm in his omnibus examinatus inuentus fuerit plenè instructus, tunc cum consensu Clericorum & laïcorum, & conuentu totius prouinciæ Episcoporum, maximéque Metropolitani vel authoritate vel præsentia ordinetur Episcopus. Suscepto in nomine Christi Episcopatu, non suæ delectationi, nec suis motibus, sed his Patrum diffinitionibus acquiescat. In cuius ordinatione etiam ætas requiratur, quã sancti Patres in præeligendis Episcopis constituerunt.

Episcopus cùm ordinatur, duo Episcopi ponant & teneant Euangeliorum codicem super caput & ceruicem eius: & vno super eo fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi qui adsunt, manibus suis caput eius tangant. Can. 2 eiusdem Conc.

Non longe ab Ecclesia Hospitiolum habeat.

Vilem suppellectilem & mensam ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ authoritatem fide & vitæ meritis quærat. Can. 14. eiusdem Conc. Can. 15. eiusdem Conc.

Gentilium libros non legat, Hæreticorum autem pro necessitate & tempore. Can. 16. eiusdem Conc.

Gubernationem viduarum & pupillorum ac peregrinorum non per seipsum, sed per Archipresbyterum, aut per Archidiaconum agat. (Can. 17. eiusdem Conc.)

Tuitionem testamentorum non suscipiat. (Can. 18. eiusdem Conc.)

Pro rebus transitorijs non litiget prouocatus. (Can. 19 eiusdem Conc.)

Nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed lectioni & orationi & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet. (Can. 20. eiusdem Conc.)

Ad Synodum ire non sine satis graui necessitate inhibeatur: sic tamen, vt in sua persona legatum mittat, suscepturus salua fidei veritate, quicquid Synodus statuerit. (Can. 21. eiusdem Conc.)

Sine consilio Clericorum suorum, Clericos non ordinet, ita vt ciuium conniuentiam & testimonium quærat. (Can. 22. eiusdem Conc.)

Nullius causam audiat absque præsentia Clericorum suorum: alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi Clericorum sententia confirmetur. (Can. 23. eiusdem Conc.)

De loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis Clericus. Sane si id vtilitas Ecclesiæ fiendum poposcerit, decreto pro eo Clericorum & laïcorum Episcopis porrecto, in præsentia Synodi transferatur, nihilominus alio in locum eius Episcopo subrogato. (Can. 27. eiusdem Conc.)

Rebus Ecclesiæ tanquam commendatis, non tanquam proprijs vtatur. (Can. 32. eiusdem Conc.)

Denique in Ecclesia & in consessu presbyterorum sublimior sedeat. Intra domum verò collegam se presbyterorum esse cognoscat.] (Can. 35. eiusdem Conc.)

Hæc ex Concilio Carthaginẽsi quarto, quæ, licet longiuscula, referre haud moratus sum ob singularem verborum & doctrinæ præstantiam, & quod in iis præcipua omnia quæ de antiqua Episcoporũ politia dici possunt paucis reperiantur. Sed satis de quinque Episcoporum generibus, deque eorum dignitate, authoritate & munijs, quæ ne de ignoto agere videremur, præmittenda duximus.

IX. De hvivs operis fine et methodo.

De his nobis sigillatim dicendum, & quæ in vniuersa Ecclesia sedes Patriarchales, Exarchicæ, Metropolitanæ, & Episcopales fuerint, per ordinem cum Deo narrandum. Dicemus autem ex Epistolis summorum Pontificum, ex Conciliis, ex Patribus, ex historia Ecclesiastica & ciuili, & ex peritissimis primorum Ecclesiæ sæculorum Geographis, & per ipsamet eorum quantum in nobis erit verba, vt potiori ratione antiqua censeatur hæc Notitia. Sic veterem Ecclesiæ ordinem, hoc est Catalogum sedium Episcopalium Ecclesiæ, prout aliæ aliis subiiciebantur, illustrabimus; id autem vsque ad finem sexti sæculi mortẽque D. Gregorij magni, cum post hæc Ecclesia ab Imperatoribus, quantum ad diœceses maxime, immutata fuerit.

Cum autem omnis doctrina methodo clarior atque intellectu facilior fiat, eumdem ordinem sequemur quem Imperator Constantinus, & postea Theodosius, Arcadius & Honorius in magistratuum Imperij descriptione. Atque ad id potissimum adducti sumus, quod tunc Ecclesia, quasi commensurata fuerit Imperio, eaque paucis admodum in Prouinciis extra Imperij fines radices fixerit. Romanus Patriarcha, solos Caledonios & Hybernos adiecit; Alexandrinus, Indos & Æthiopes; Antiochenus, Persas & Babylonios; Constãtinopolitanus vero, reliquas ex barbaris Asiæ prouinciis, scilicet Russiam, Scythiam & Sarmatiam Asiaticas. Adde quod sicut nullus

nullam [illegible] vllius conuenientiae, [illegible] tiqua directio Ecclesiasticarum diuisio ciuili conformis fuerit. Ecclesia orbem totum distribuit in Patriarchatus, quibus Patriarchas praefecit; sicut Imperatores Imperium suum diuiserant in Praefecturas, quae a Praefectis Praetorio administrabantur. Ecclesia Patriarchatus in dioeceses ex pluribus prouinciis compositas Exarchis seu Primatibus suis diuisit, sicut Imperatores Praefecturas item in dioeceses subiectas Vicariis Praefectorum. Ecclesia Dioeceses in prouincias singulis Metropolitanis distribuit, sicut Imperatores easdem singulis Praesidibus prouinciarum commiserant. Denique Ecclesia vnamquamque ciuitatem proprio Episcopo & Cleri sui consilio regendam dedit; sicut Imperatores has omnes Ciuilibus Magistratibus administrandas subiecerant. Cum igitur eadem ratio in diuisione vtriusque Imperij Ecclesiastici & Ciuilis seruata fuerit, pene eumdem ordinem in illustranda Ecclesiae notitia seruabimus, quem Imperatores in describendis Imperij sui Magistratibus. Si quidquam dissimile reperiatur, vna causa erit diuersus numerus Antistitum & Magistratuum. Non enim idem fuit, cum quinque Patriarchas Ecclesia agnouerit, licet Imperium quatuor tantum Praefectos Praetorio, & illa multo plures Exarchos seu Primates, quam hoc Vicarios, nec semper iidem limites essent Metropolitanorum, & Praesidum prouinciarum; imo saepe factum sit in ordine Ecclesiastico, vt ciuitas vnius prouinciae subiecta & suffraganea esset Metropolis ciuilis alterius prouinciae vicinae. Quae autem dioeceses, prouinciae & ciuitates in vnoquoque Patriarchatu fuerint, in singulorum descriptionibus & tabulis annotabimus.

Porrò si quae forte sedes Episcopales, praeter eas, quas velut è tenebris innumeras eruimus, à nobis omittantur, & adhuc tenebris ipsis obuolutae remaneant, ignoscet, vt spero, Lector. Siquidem in aurifodinis fossoribus etiam perspicacioris visus venia datur, si quaedā auri semina inter arenas reliquerint: sicut & primis qui in regiones aliquas descendère, si earum loca quaedam adhuc ignota in relationibus suis omittant. Si post aliquot annos iterum in orbem Ecclesiae hunc lustraturus venero, noua forsitan dabo. Interim grato animo Lector accipiat, quae lubenti & beneuolo nunc largior.




Cum Privilegio Regis
PATRIARCHATUS ROMANUS
PARISIIS apud M. TAVERNIER Sculptorem REGIUM & excusorum Tabularum Geographicarum Hydrographicarum in Insula Palatii ad insigne Sphæræ Regio


OCCIDENTALIS
OCEANUS
Qui et
ATLANTICUS
HIBERNIA
BRIT MINOR
CALE DONIA
BRI TA NIA
VALENTIA
FLAVIA
Carleona
GALLICUS
OCEANUS
Ligeris
Garumna
GA
AQVITANIA
SECVNDA
Burdegala
Elusa
NARBONE
TAR RACO NEN
Lucus Augusti
GAL
CIA
Braccara Aug
Durius
LVSITA NIA
Emerita Aug
Toletum
HIS PANIA
CARTHAGINEN SIS
Carthago
BÆTICA
Hispalis
MARE
IBERICVM
INT
Fretum Gaditanum
MAV RI TANIA
TINGI
TANA
MAU
Atlas Minor Mons
MAVRITANIA
CÆSARIENSIS
RI
TA
NIA
FENSIS
Atlas Maior Mons
5
10
15
20
25
50
45
40
35
30



Scandinauia
que et
SCANDIA
CODANVS
Cimbrica Chersonesus
SINVS
SVEVICVM MARE
VENEDICVS SINVS
HERVLI
GOTHI
VENEDI
GER MA NIA
PEV CINI
que et
BAS TARNÆ
Carpates
Mons
BELGICA
SECVNDA
GERMANICA SECVNDA
BELGICA
GERMANICA PRIMA
PRIMA
MAXIMA
SEQVANORVM
RÆTIA
NORICVM
ILLI
PANNONIA
PRIMA
SAVIA
ISTRIA
RICVM
DACIA
ANTIQVA
MŒSIA PRIMA
DACIA MEDITER
THRACIA
CONSTANTINOPOLIS
EVROPA
MARE SVPERVM Siue ADRIATICVM
FLAMINIA
ÆMILIA
COTTIÆ
ALPES
TVSCIA
ROMA
CAMPANIA
LVCANIA
CALABRIA
BRVTII
CORSICA
SARDINIA
Caralis
GALLI
CVM MARE
MARE
MARE
INFERVM Siue
ETRVSCVM
BALEARIDES
INS
SICILIA
INS.
Syracusæ
MARE
SICVLVM
ERNVM
Quod
et
MEDI
R
TERANEVM
MACEDO NIA
GRÆ
THESSALIA
EPIRVS
ACHAIA
ACIA
Athenæ
Corynthus
MARE
ÆGÆVM
RHODVS I.
LEMNOS I.
CRETA INS
CYCLADES INS
MAVRITANIA
SITIFI
NV MIDIA
BYZA CENA
AFRICA PROC.
AFRI CA
TRIPOLI TANA
CYRENAICA
PATRIARCHATVS
ALEXANDRINI
PARS
30
35
40
45
50





GEOGRAPHIA SACRA:

seu

NOTITIA ANTIQVA EPISCOPATVVM ECCLESIÆ VNIVERSÆ.

PATRIARCHATVS ROMANVS:

LIBER PRIMVS.



PATRIARCHATVM Romanum ante alios, vt digniorem aggredior: quippe cuius Patriarcha Pater patrum in Concilijs [a] Africanis, Episcopus Patriarcharum ab Atthalarico rege apud [b] Cassiodorum; & is ad quem, secundum consuetudinem, Iudicium de fide & de cæteris Pontificibus spectat, à Valentiniano [c] Imperatore, nuncupetur. Non enim cæteris similis existimandus est: sed adeo eminens, vt à primis Ecclesiæ sæculis supremam dignitatem authoritatemque super alios habuerit. Ea semper fuit huius conditio, vt licet omnes iudicaret, ipsius tamen persona à nullo iudicari potuerit. Vnde tam illustris veritatis Ennodius testis fidelissimus [d] aduersus iniustam Symmachi accusationem sexto sæculo scribens, ait: [Aliorum forte hominum causas Deus voluit homines terminare: sed sedis istius Præsulis, suo sine quæstione reseruauit arbitrio. Voluit beati Petri Apostoli successores cælo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inuiolatam exhibere conscientiam.] Hæc ille. Imo ipse ex Synodi suæ consilio, decreta quæ in vniuersum cæteris Patriarchis, iuxta Apostolorum primorumque Patrum traditiones, obseruanda erant, tunc statuebat; reprobataque fuerunt, saltem in hac parte, & quando liberum Ecclesiæ fuit, Concilia quæ absque illius authoritate & consensu, quidpiam simile vsurpare tentarunt. Id de Antiocheno clarè legitur apud Socratem, [e] cùm de Episcopis loquens, qui hoc sine consensu Iulij Romani Pontificis celebrauerant, scribit: [Itaque Iulius literis contrariis ad ipsum missis, Episcopis qui Antiochiæ

I.
ROMANVS PATRIARCHA ALIIS SVPERIOR.

a Ex Côc. Carth. 6.
b Apud Cassiod. lib. 9 epist. 15.
c Valentinia. Imp. ad Theod. parte 1. Conc. Chalced.
Ἵνα ὁ μακαριώτατος ἐπίσκοπος τῆς Ῥωμαίων πόλεως ᾧ τὴν ἱερωσύνην κατὰ πάντων ὁ ἀρχαῖος παρέδωκε, χώραν καὶ ἱκανίαν ἔχει περὶ τῆς πίστεως καὶ ἱερέων δικάσαι ὁρίσαντος ταύτης, καὶ τοῦ σεβασμίου ἁγιωτάτου.
d Ennodius ad calcem Synodi 4. Rom. sub Symm.
e Socrat. Hist. Eccl. lib. 2 cap. 11.
Πλὴν τοῦ μὲν οὖν τὸ ἐπαχθὲς τῆς ἰδίου τῆς ἐπιστολῆς, ἐμέμφετο ... τοῖς συνελθοῦσι, διὰ τί μὴ ... αὐτὸν ἐπὶ τὴν σύνοδον ἐκάλεσαν, τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος κελεύοντος, μὴ δεῖν παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης, κανονίζειν τὰς ἐκκλησίας.

conuenerant per literas respondet. Ac primum docet quantum molestiæ & acerbitatis eorum epistola ipsi attulisset: deinde eos contra Ecclesiæ Canones egisse, quod illum ad Concilium non vocassent: quippe cum Canon Ecclesiasticus vetet, ne decreta absque sententia Episcopi Romani Ecclesiis sanciantur.] At quis illustrior testis huius supremæ iurisdictionis Imperatore Valentiniano, qui hæc in Nouella, Leonis magni Papæ tempore, circa eius authoritatem constituit: [a Ne leuis, inquit, saltem inter Ecclesias turba nascatur, vel in aliquo minui religionis disciplina videatur, hoc perenni sanctione decernimus, ne quid tam Episcopis Gallicanis, quàm aliarum prouinciarum contra consuetudinem veterem liceat, sine viri venerabilis Papæ vrbis æternæ authoritate tentare: sed illis, omnibusque pro lege sit, quicquid sanxit, vel sanxerit Apostolicæ sedis authoritas. Ita vt si quisquis Episcoporum ad iudicium Romani Antistitis euocatus venire neglexerit, per Moderatorem eiusdem prouinciæ adesse cogatur, per omnia seruatis, quæ Diui parentes nostri Romanæ Ecclesiæ detulerunt.] Nec tamen aliud omittam argumentum, quod eius est virtutis, vt aduersus illud nihil nisi iniustè possit obiici; scilicet accusationes & appellationes aliorum Patriarcharum apud Romanum, Romanique sententias in causis eorum etiam cum Synodis latas.

a [illegible] ad [illegible] cem Cod. Theod.

II.
CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA SUB ROMANO.

De Constantinopolitano Patriarcha in primis dicam. Flauianus huius sedis Episcopus a Synodo depositus, statim Romanum Pontificem per libellos appellauit, vt Valentinianus [b] Imperator testatur ad Theodosium Orientis Imperatorem, verbis quæ hic referantur dignissimis. [Quam nos à nostris maioribus habemus traditam, debemus cum omni competenti deuotione defendere, & dignitatem propriæ venerationis B. Apostolo Petro intemeratam & in nostris temporibus conseruare: quatenus beatissimus Romanæ ciuitatis Episcopus, cui principatum sacerdotij super omnes antiquitas contulit, locum habeat, ac facultatem de fide & sacerdotibus iudicare, Domine sanctissime Pater, & venerabilis Imperator. Huius enim rei gratia, secundum solemnitatem Conciliorum, & Constantinopolitanus Episcopus eum per libellos appellauit, propter contentionem quę orta est de fide.] Si quis etiam Acacium Constantinopolitanum Episcopum a Felice tertio condemnatum & depositum ignorat, ipsius Felicis non tãtum Concilij nomine scribentis sed & propria authoritate fungentis, [c] epistolam ad eundem Acacium legat, ibi huius depositionis sententiam reperiet. [Habe, inquit, cum his quos libenter amplecteris, portionem, ex sententia præsenti, quam per tuæ tibi direximus Ecclesiæ Defensorem: Sacerdotali honore, & communione Catholica, necnon etiam à fidelium numero segregatus, sublatum tibi nomen & munus ministerij sacerdotalis agnosce, Sancti Spiritus iudicio, & Apostolica auctoritate damnatus.] Sed non minus authentica, quàm illustris est alia depositio Anthimi eiusdem Constantinopolitanæ Ecclesiæ Patriarchæ per Agapetum Romanum Pontificem, qui etiam hoc deposito, Mennam in eius locum substituit, vt legitur actione prima Concilij [d] Constantinopolitani sub Agapeto & Menna, verbisque adeo expressis, vt nullus supersit dubitandi locus, quin supremam habuerit Romanus Pontifex in Constantinopolitanum authoritatem. Ea sunt: [Misit itaque Deus huic ciuitati Agapetum, qui verè ἀγαπητὸς, id est,

b Ex epist. Valentiniani ad Theodos. parte 1. Côc. Chalced. vt supra
[illegible Greek marginal note]
c Felix P. epist. 6. ad Acacium.
d Actio 1. Concil. Constãt. sub. Agap. & Menna.
[illegible Greek marginal note]

dilectus a Deo & hominibus, Pontificem antiquæ Romæ, in depositione Anthimi, & prædictorum hæreticorum, tanquam olim Petrum magnum Apostolum Romanus in depositione Simonis [illegible]. Hic ergo homo [illegible] lis vir, sciens per libellos plurimorum nostrorum ea, quæ [illegible] contra Ecclesias præsumpta fuere, ea ipso vi [illegible] nec vllum suscipere voluit Anthimum furentem aduersus canones: sed nunc [illegible] de sacerdotali sede ciuitatis suæ & coopitulante, & coadunato Catholicæ fidei & diuinis Canonibus vestro imperio, præfecit ipsi Ecclesiæ sanctissimum Mennam, rectæ fidei, & vitæ pudicæ, & honestæ conuersationis, & infirmantium sibi in iniungenda dispensatione approbatissimum.]

Hæcce aliaque huiusmodi à summis Pontificibus Synodice, [illegible] erat in rebus magni momenti, hoc est ex Synodorũ siue generaliũ, siue Occidentalium sententia, vt plurimum facta esse non ignoro: sed non obstat quo minus eos Constantinopolitani Patriarchæ superiores agnoscamus, cum Synodis semper per legatos præfuerint, aut eas confirmarint, ipsique generales nomine Romanorum Pontificum sæpius Decreta similia ediderint. Id de Ephesina certum est, cum ab eius Patribus circa eius celebrationem & Nestorij condemnationem scribatur, [Antequam sanctissima hæc Synodus[a] conueniret, Cælestinus Sanctissimus magnæ Romæ Episcopus per litteras suas indicauerat, Cyrilloque Sanctissimo Deoque dilectissimo magnæ Ciuitatis Alexandrinæ Episcopo, vt suas vices subiret, commiserat.] Et alibi[b] [coacti per Sacros Canones & Epistolam Sanctissimi Patris nostri, & comministri Celestini Romanæ Ecclesiæ Episcopi, lachrimis subinde perfusi ad lugubrem hanc contra eum sententiam necessario venimus.] Idem Patres Chalcedonenses ad[c] Leonem fatentur his verbis. [Quibus quidem sicut membris caput præeras in his, qui tuum tenebant ordinem, beneuolentiam preferens.] Quapropter nonnisi his verbis sententiã aduersus Dioscorum protulerunt. [vnde Sanctissimus & Beatissimus Archiepiscopus magnæ & senioris vrbis Romæ[d] Leo, per nos & per præsentem sanctam Synodũ, vna cum ter Beatissimo & omni laude digno Beato Petro Apostolo qui est Petra & crepido Catholicæ Ecclesiæ, & rectæ fidei fundamentum nudauit eum tam Episcopali dignitate, quàm ab omni Sacerdotali Ministerio.]

[illegible] d Concil. Chalced. Act. 1. [illegible]

III. ALEXANDRINVS PATRIARCHA SVB ROMANO.

De Patriarcha Alexandrinæ Ecclesiæ, quod Romano subiectus extiterit, indicare videtur, exemplum Dionysij huius vrbis Antistitis, apud Dionysium Romanorum Episcopum accusati; cum nonnisi ante superiorem accusationes institui soleant: maximeque fauet quod eius iudicium subire non recusarit, imo libellos, & Apologiam miserit, vt se ab hæreticorum sententia alienum esse probaret. Eadem ratione ductus Ioannes Talaia eiusdẽ sedis Patriarcha, inquit Liberatus, eiectus de sede Alexãdrina propter Petrum Moggum, sumptis à Calendione Antiocheno Synodicis intercessionis litteris Romanũ Pontificem Simplicium appellauit. Sed quis non legit apud historiæ scriptores Athanasiũ Alexandrinum ante hunc, Iulij Romani sententia absolutum, suæque sedi redditum, sicut & Paulum Constantinopolitanum, Asclepam Gazæ, Marcellum Ancyræ, & Lucium Adrianopoleos. Id narrat Socrates[e] his verbis: [Iulius verò, quoniam Ecclesia Romana priuilegium præter cæteras obtinebat, literis suis ad Episcopos Orientis liberius perscriptis, illorum partes tueri studet: in Orientem literas mittit, quo

e Socrat. hist. Eccl. l. 2. cap. 11. [illegible]

& suus cuique locus restitueretur, & eos qui illos temerè abdicauerãt grauiter reprehenderet.] Hunc Præsulem ex Synodi etiam Sardicensis ordinatione ad Alexandrinos remissum scio, sed eius & Iulij decretum pro vno habendum esse tanto verisimilius duco, quod huius Synodi Patres ad sedem Romanam iudicium de Episcoporum depositionibus remiserint.

IV. ANTIOCHENVS PATRIARCHA SVB ROMANO. [illegible]

Antiochenum Patriarcham non minus Romano subditum fuisse satis clare probabo, si Iuuenalis Hierosolymitani verba ad Patres Concilij Ephesini, cui etiam aderat, retulero. [Oportebat, inquit, Ioannem reuerendissimũ Antiochiæ Episcopum, hac sancta & magna & œcumenica Synodo considerata, confestim accurrere; vt de ijs, quæ illi obijciuntur, se purgaret, & ad Apostolicam sedem magnæ Romæ nobiscum considentem: & obedientiam & honorem deferre Apostolico sanctæ Dei Ecclesiæ Romanorum, (non enim legendum est Hierosolymorum, vt doctissime multis rationibus probauit Cardinalis Perronius, interpretatusque est Peltanus) apud quem maxime mos est, ex Apostolico ordine & traditione, vt ipsa sedes Antiochena dirigatur, & apud eum iudicetur.] Hinc fit vt longe ante hanc Synodum Paulo Samosateno Antiochiæ Præsule deposito à Concilo eiusdem vrbis, Domnoque in eius locum substituto, cum Paulus huic sententiæ obedire recusaret, Aurelianus Imperator Gentilis, inquit, Eusebius[b] licet sedi Romanæ non parum offensus, conuenientèr ordinauit, vt huic sedes Antiochena tribueretur, cui Romanus Pontifex assidentibus Italiæ Episcopis æquũ iudicaret. Sed & addam Maximum Antiochenæ Ecclesiæ Patriarcham à Concilio Chalcedonensi ea potissimum ratione agnitum & acceptum fuisse, quòd eum legitimum huius sedis Episcopum, & non Domnum, Leo Romanus iudicauerat, vt disertè ait Anatolius Constantinopolitanus actione decima Concilij Chalcedonensis.

V. HIEROSOLYMITANVS PATRIARCHA SVB ROMANO. [d] Epist. [illegible] ad Hieronymum.

De vno Patriarcha Hierosolymitano dicendum superest: sed quis hunc Romano subiectũ fuisse ambiget, si alios, vt satis fusè probauimus, post eorum electionem Romanus confirmabat, lapsos in fide de throno deiiciebat abdicabatque, variaque in eos authoritatis iura exercebat? Ne tamen huiꝰ à Romano dependentiam, licet certissimam, sine probatione relinquamus, Innocentium primum [d] ad Hieronymum scribẽtem testem proferam, qui iudices huic promittit, si aduersus Ioannem Hierosolymitanum accusationem ferat, asseritque se iã Ioanni scripsisse, eumque hortatũ esse, vt circumspectiùs ageret. Quid plura? cum his testimoniis, quasi clarioribus solis radiis, suprema in alios Patriarchas Romani authoritas illustrata sit; nec iã dubitari possit, quin reuera Episcopus Patriarcharum, vt in ipso limine huius libri ex Cassiodoro diximus, primis Ecclesiæ sæculis ab omnibꝰ orthodoxis agnitus fuerit.

VI. EPISCOPVS ROMANVS EST PATRIARCHA. [e] Act. 3. Concil. Chalced. [illegible] [f] Act. 1. Conc. Constantinopolitani. [illegible] [g] [illegible] Nouella [illegible]

Iam vero quod præter summum illum honoris titulum, etiam Patriarchæ nomine donaretur, nullus quod existimẽ dubitare potest. Siquidem in libello [e] magno Leoni & Concilio Chalcedonensi à Sophronio oblato, Archiepiscopus & Patriarcha magnæ Romæ dicitur: sicut Agapetus Archiepiscopus & Patriarcha [f] Romanorum, in epistola Episcoporum Orthodoxorum Orientis contra Anthimum. Vnde nec dubitauit Iustinianus Imperator huic locum inter Patriarchas assignare Nouella sua, cum ait: [[g] Iubemus vt beatissimi Archiepiscopi & Patriarchæ, hoc est, senioris Romæ, Constantinopolis, Alexandriæ, Antiochiæ & Hierosolymorum, in ordinatione sua ea solùm præbeant, quæ præberi mos est.]

Sed quinam limites fuerint Romani Patriarchatus, quosque illi præscripserit nascens Ecclesia, non ita clarum est, ac eo difficilius perspici potest, quod partitio diœceseon & prouinciarum Ecclesiasticarum, vt plurimum conformis fuerit ciuili Principum dispositioni, quæ sæpius ad nutum eorum mutata est. Prima authorem habuit Augustum, qui deleta antiquæ administrationis forma, orbem Imperij modo nouæ Monarchiæ accommodato diuisit, vt accuratè docet Dio [a] Cassius. Secunda ab Adriano facta est, à prima non adeò discrepans. Tertia à Constantino in Præfecturas, Diœceses & Prouincias: Et quarta a diuersis Imperatoribus, quorum plures ex vna prouincia aut diœcesi duas fecerunt, maximè post Imperij diuisionem inter Græcos & Latinos. Quamuis autem, vt ait [b] Innocentius primus, haud conueniens sit, vt ad mobilitatem mundanarum necessitatum Ecclesia commutetur, honoresque aut diuisiones patiatur, quas pro suis causis faciendas esse duxerunt Imperatores, imo pristinus prouinciarum mos sit conseruandus: Attamen experientia docuit ad ciuilium dignitatum mutationes, Ecclesiasticas mutatas esse, Imperatoribus sic statuentibus. Nec Ecclesia, quæ Imperatorum patrocinio summè primis sæculis indigebat, id recusauit. Vnde in Concilio [c] Chalcedonensi decretum est, vt ciuiles & publicas formas, Ecclesiasticarum parœciarum ordo consequeretur; adeo vt, inquiunt Patres, si qua ciuitas potestate Imperiali nouata esset, aut in posterum innouaretur, ciuiles dispositiones & publicas, Ecclesiasticarum quoque parœciarum ordines subsequerentur.

VII. [illegible]

a Dio [illegible]

b Innoc. Pa. Ep. ad Alexandrum.

c Conc. Chalced. Can. 17 [illegible]

Fateor mihi certum videri Patriarchatum Romanum ex cunctis Occidentalibus Ecclesiis coaluisse. Idque imprimis probatur verbis prisci illius authoris, qui aliquot opera, his nomen Clementis apponens, promulgauit, & quem peritiores Critici circa annum ducentesimum scripsisse exstimant. Is enim in priori parte Epistolæ Clementis ad Iacobum scribit, Petro Apostolo fuisse præceptum, vt obscuriorem mundi plagam Occidentis illuminaret. Istud præterea semper Græci, licet schismatici, confessi sunt, ac inter eos disertissimè Zonaras & Balsamon in expositione sexti Canonis Nicæni. [d] Zonaras quidem hæc habet: [Alexandrinum igitur Episcopum ijs, qui in Ægypto sunt, Lybia & Pentapoli præsidere iubet: Antiochenum subiectis sibi prouinciis Syriæ nimirum, Cœlesyriæ, Ciliciæ, vtrique Mesopotamiæ: aliosque Episcopos suis quemque regionibus præesse, quemadmodum & Ecclesiæ Romanæ Antistes, vt Occidentales prouincias regat, mos obtinuit.] [e] Balsamonis autem verba nullatenus discrepant: [Sextus, inquit, & septimus Canon statuunt quatuor Patriarchas, videlicet Romanum, Alexandrinum, Antiochensem & Hierosolymitanum (de Constantinopolitano enim in aliis Canonibus dicetur) ex antiquis moribus honorari: & Alexandrinum quidem Episcopum præesse prouinciis Libyæ, & Ægypti, & Pentapolis: Antiochenum similiter Syriæ, Cœlesyriæ, Mesopotamiæ, & vtrique Ciliciæ: Hierosolymitanum autem prouinciis Palæstinæ, Arabiæ, & Phœnices. Quoniam, inquit, & Romanus Episcopus præest Occidentalibus prouinciis.]

At si schismaticorum testimonium cuiquam suspectum esset, licet fide tanto digniores sint, quanto veritas ab aduersariis ipsis expressa atque extorta certior esse videatur, adhibebo testem [f] Diuum Hieronymum, qui hæc ad

VIII. Occidens diœcesis est Patriarchæ Romani.

d Zonaras in Can. 6 Nicæn. [illegible]

e Balsa. in Can. 6. Nicæn. [illegible]

f D. Hieronymus ad Marcum.

Marcum scribens: [Hæreticum me cum Occidente, hæreticum me cum Ægypto, hoc est cum Damaso Petroque condemnent.] Damaso Episcopo Romano Occidentem velut Patriarchalem diœcesim tribuit, æque ac Ægyptum Petro Alexandrino Episcopo. Adhibebo [a] D. Augustinum Occidentis Ecclesias Romanæ tribuentem, etiam Africanas vt earum partes, cum in libris contra Iulianum, prolatis aduersus Pelagianos sententiis Irenæi Lugdunensis, Cypriani Carthaginensis, Rheticii Augustodunensis, Olympij Hispaniarum, Hilarij Pictauiensis, & Ambrosij Mediolanensis, addit [An ideo contemnendos putas, quia Occidentalis Ecclesiæ sunt omnes, nec vllus in eis est commemoratus à nobis Orientis Episcopus? Quid ergo faciemus, cùm illi Græci sint, nos Latini? Puto tibi eam partem orbis sufficere debere, in qua primum Apostolorum suorum voluit Dominus gloriosissimo martyrio coronare. Cui Ecclesiæ (scilicet Occidentali) præsidentem beatum Innocentium si audire voluisses, iam tunc periculosam iuuentutem tuam Pelagianis laqueis exuisses.] Adhibebo [b] Gregorium Nazianzenum asserentem, carmine de vita sua, antiquam Romam rectà in fide ambulare, totumque Occidentem salutari verbo ligatum tenere, prout conuenit ciuitatem illam, quæ mundo præest vniuerso. Plura his addere quis non superfluum existimabit? Prodeat adhuc tamen Agatho in Epistola Synodi [c] Occidentalis ad Orientalem, quæ actione quarta Synodi sextæ generalis legitur, cuique hæc est inscriptio: [Agatho Episcopus seruus seruorum Dei, cum vniuersis Synodis subiacentibus Concilio Apostolicæ sedis:] cumque dicentem audiamus harum Synodorum Episcopos ad Oceani vsque plagas suas diœceses habuisse, ad Occidentem Septentrionemque habitasse, inter Longobardos & Sclauos, inter Francos, Gothos & Britannos versatos esse, hoc est, per Italiam & Illyricum, per Galliam, Hispaniam, Britaniam fusos ac sparsos fuisse; hæc habet: [d] [Sperabamus deinde de Britannia Theodorum consamulum atque Coëpiscopum nostrum magnæ insulæ Britanniæ Archiepiscopum & Philosophum, cum alijs qui ibidem vsque hactenus demorantur, exinde ad nostram humilitatem coniungere, atque diuersos huius Concilij Episcopos in diuersis regionibus constitutos: vt à generalitate totius Concilij seruilis nostra suggestio fieret; ne si tantum pars, quod agebatur, cognosceret, partem lateret: & maximè quia in medio gentium, tam Longobardorum, quàmque Sclauorum, nec non Francorum, Gallorum & Gothorum, atque Britannorum, plurimi consamulorum nostrorum esse noscuntur, qui & de hoc curiosè satagere non desistunt, vt cognoscant quid in causa Apostolicæ fidei peragatur: qui quantum prodesse possunt, dum in consonantia fidei nobiscum tenentur, nobisque concorditer sentiunt: tantum, quod absit, siquid scandali in fidei capitulo patiantur, inueniantur infesti atque contrarij. Nos autem licet humillimi, summis viribus enitimur, vt Christiani vestri Imperij Respublica, in qua B. Petri Apostolorum principis sedes fundata est, cuius auctoritatem omnes Christianæ nobiscum nationes venerantur & colunt, per ipsius Beati Petri Apostoli reuerentiam, omnium gentium sublimior esse monstretur. Personas autem de nostræ humilitatis ordine præuidimus dirigere, ad vestræ à Deo protegendæ fortitudinis vestigia, quæ omnium nostrum, id est vniuersorum per Septentrionales vel Occiduas regiones

a [illegible]

b D. Greg. Nazian. [illegible] Καθὼς δίκαιον [illegible]

c Epist. Synodi Occident. sub Agath. act. 4 Conc. 6 generalis. Ἀγάθων ἐπίσκοπος [illegible] τῆς ἀποστολικοῦ θρόνου.

d Act. 4 6 Synod. Concilij vt sup. [illegible]

giones Episcoporum suggestionem, in qua & Apostolicæ nostræ fidei confessionem prælibauimus, offerre debeant.]

Quod si ad hos tanti nominis testes ratio quæpiam addenda est, vnam, sed clarissimam afferam. Quinque sunt tantum Patriarchatus, vt ex testimoniis in Proœmio adductis certum est: at ex communi omnium consensu, quatuor fuerunt in Oriente, scilicet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus; nec vllus eorum quidquam iurisdictionis habuit in Occidente: vnde sequitur, Romanum pro diœcesi Occidentem vniuersum obtinuisse. Ratio non minus euidens, quam certa est.

Sed quæ diœceses & prouinciæ in Occidente Romano Patriarchæ subdito continerentur, nunc videamus; ac primum, quid nomine Orientis, & quid nomine Occidentis apud historiæ ciuilis scriptores intelligatur. Iam Taciti [a] tempore orbis in Orientem & Occidentem diuidebatur, imo & ante eum sub [b] Machabæis. Sed ab hinc, vterque tribus potissimum modis sumptus est, variosque terminos pro varietate temporum habuit. Primo sumitur Occidens pro tota Europa, quæ ab Oceano Atlantico ad mare Ægeum, Pontum Euxinum, Meotim paludem & fluuium Tanaim extenditur, solis additis Romanis septem Africæ prouinciis: Eoque, Antoninus & Geta Seueri Imperatoris filij Imperij diuisionem proposuerunt in Orientale & Occidentale, teste [c] Herodiano, adeo tamen vt Asia & Ægyptus ad Orientale spectassent, cæteræ verò diœceses ad Occidẽtale. Secundò minus latè, pro maiori quidem parte Europæ, quæ ab Atlantico Oceano ad mare Ægeum extenditur, sed ad Tisucim montem (quem Succum nominat Marcellinus, quique Thraciam à Dacia diuidit) à Septentrione terminatur. [Ecclesia, inquit [d] Socrates de schismate inter Occidentales & Orientales Episcopos scribens, versus Occidentem ab Ecclesia quæ erat in Oriente, dissensione distracta fuit. Terminus autem, quo illorum distincta erat communio, mons inter Illyricum & Thraciam interiectus, qui Tisucis dicitur, constitutus est: ad quem quidem vsque, omnes inter ipsos licet fide dissentientes, discrimine penitus remoto communicarunt; vlterius verò nulla inter eos fuit communio.] Hoc autem modo diuisum est Imperium in Orientale & Occidentale inter Constantium, Constantem & Constantinum filios Constantini, vel ab ipso Constantino, vt quidam scribunt, vel eo defuncto ex ipsorum consensu. Hanc diuisionem describens [e] Zonaras ait: Constanti tributam esse Italiam, Romamque ipsam, Africam, Siciliam, cum reliquis Insulis, atque etiam Illyricum, Macedoniam, & cum Achaia Peloponnesum: Constantino Alpes Cottias cum Galliis, & Tractum Pyrenæi vsque ad Mauritaniam Oceani angusto freto diremptam ab Hispaniis: Constantio verò ea obuenisse, quæ in Orientali parte Romanæ ditionis erant, & Thraciam cum vrbe paterna. Tandem Græci Imperatores, postquam diœceses Macedonicam & Daciam sortiti sunt, totum Illyricum, quod antea Occidentale erat, Orientale censeri voluerunt: ideoque Occidens ab Oriente, Ionio mari ab hoc tempore cœpit diuidi: estque tertia strictior Occidentis acceptio. Sed his positis varijs terminis Orientis & Occidentis, quos apud veteres historiæ scriptores circa propositum nostrum obseruare est, ad rem veniamus.

IX. QVID NOMINE ORIENTIS ET OCCIDENTIS INTELLIGENDVM.

[a] Tacit. lib. 1. annal.
[b] Lib. 1. Machab. cap 1.
[c] Herodianus lib. 4
[d] Socrates hist. Eccl. lib. 2. cap. 18
Καὶ ἦν ὅρος τῆς κοινωνίας αὐτοῖς, τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Τισοῦκις, ὃ τῶν Ἰλλυριῶν καὶ Θρακῶν· καὶ ἕως μὲν τοῦ ὄρους τούτου, εἰ διάφορος ἦν ἡ κοινωνία τοῖς χωρίοις ... περαιτέρω δὲ ἀλλήλοις οὐκ ἐκοινώνουν.
[e] Annal. lib. 3

Planè fatendum eſt Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, Inſulaſque interjacentes intra fines Patriarchatus Occidentalis ſeu Romani fuiſſe. Cuinam id dubium eſſe poterit, ſi Innocentium primum ad Decentium Eugubinum ſcribentem audiat, nullum instituiſſe Eccleſias in iis regionibus, niſi eos quos princeps Apoſtolorum Petrus aut eius ſucceſſores conſtituerunt Sacerdotes. Huius verba [a] ſunt. [Quis enim neſciat, aut non aduertat id quod à Principe Apoſtolorum Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc vſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari, nec ſuperinduci aut introduci aliquid, quod authoritatem non habeat, aut accipere aliunde videatur exemplum: præſertim cum ſit manifeſtum in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam atque Siciliam Inſulaſque interjacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos quos Venerabilis Apoſtolus Petrus, aut eius ſucceſſores conſtituerunt Sacerdotes? Aut legant, ſi in iis prouinciis alius Apoſtolorum inuenitur aut legitur docuiſſe. Quod ſi non legunt, quia nuſquam inueniunt, oportet eos hoc ſequi, quod Eccleſia Romana cuſtodit, à qua eos principium accepiſſe non dubium eſt: ne dum peregrinis aſſertionibus ſtudent, caput inſtitutionum videantur omittere.] Quid clarius? At cum ad hos Eccleſiæ iure pertinere cenſerentur à quibus primò inſtitutæ fuerant: ideoque Cyprij ab authoritate Patriarchæ Antiocheni ſe immunes eſſe probare volentes, hac ratione vſi ſint, quod à ſancto Barnaba Apoſtolo, non autem à Diuo Petro, aut eius ſucceſſore Patriarcha Antiocheno, fidem accepiſſent: haud dubius infero haſce diœceſes ad Patriarchatum Romanum iure ſpectaſſe. Subiungam ex [b] Sulpitij Seueri hiſtoria Eccleſiaſtica, vbi de Concilio Ariminenſi ſcribit, Occidentales Epiſcopos Illyricum, Italiam, Africam, Hiſpaniam & Gallias obtinuiſſe: [Ita miſſis, inquit, & per Illyricum, Italiam, Africam, Hiſpanias, Galliaſque Magiſtris Officialibus, acciti ac coacti quadringenti & aliquanto ampliùs Occidentales Epiſcopi Ariminum conuenere.] Nec non repetam ex D. Auguſtino libro contra Iulianum nunc citato earumdem diœceſeon Epiſcopos Occidentalibus annumerari.

a Innoc. P. 1 epiſt. 1 ad Decent. Eugub.

b Sulp. Seuer. lib. 2. hiſt. Eccleſ.

X.
ITALIA ET GALLIA EX ROMANO PATRIARCHATV.

Ac licet vix vllum reperiri poſſe mihi perſuadeam, qui talis authoritatis teſtibus auditis, de hac veritate licet certiſſima dubitare audeat, eam tamen innumeris actibus Romanorum Pontificum, quaſi tot demonſtratiuis iuriſdictionis Patriarchalis, quàm in ſingulis hiſce diœceſibus exercuerunt, argumentis, facillime probabo per inductionem. Etenim ad quid Liberius dicitur Epiſcopus Italiæ [c] apud Socratem, niſi quia penes Romanum Pontificem erat rerum Eccleſiaſticarum, quibus aliquid inerat momenti, per illam adminiſtratio? Et quis apud ſummorum Pontificum Epiſtolas non obſeruauit, nullam hos maiorem ſolicitudinem habuiſſe, quam Eccleſiarum ac Epiſcoporum Italiæ? Vnde nec in hac veritate probanda immorabimur. Sed vt de aliis regionibus dicamus, ac primum de Gallia; clarè patet apud [d] Zoſimum in epiſtolis, hunc ſibi iſtius diœceſis maiora negotia reſeruaſſe, dum ait: [Ad Arelatenſis Antiſtitis notitiam, ſi quod illic negotium emerſerit, referri cenſuimus; niſi magnitudo cauſæ etiã noſtrum requirat examen.] Sed quibus ignotum eſt huius ſedis Epiſcopos Vicarios fuiſſe Romanorum Pontificũ per Gallias à tempore Zoſimi Papæ ad Gregorium magnum vſque? Hinc eſt, quod Pelagius

c Liberius apud Socr. lib. 4. c. 11. Λιβέριος ἐπίσκοπος Ἰταλίας.

d Zoſim epiſt. 5.

primus hæc [a] ad Sapaudum Arelatensem scribebat:[Maiorum nostrorum, operante Dei misericordia, cupientes inhærere vestigiis, & eorum actus diuino examine in omnibus imitari: Charitati tuæ per vniuersam Galliam sanctæ sedis Apostolicæ, cui diuina gratia præsidemus, vices iniungimus.]

a Pelag. 1 ep. ad Sap. Arel.

XI. Hispania ex Romano Patriarchatv.

Idem de Hispania non minus facile probabitur, cum & in ea Romani Pontifices Vicarios habuerint, vt ex eorum patet Epistolis. Simplicius hæc ad Zenonem Hispalensem Episcopum [b] scribebat:[Talibus idcirco gloriantes indiciis, congruum duximus Vicaria sedis nostræ te authoritate fulciri: cuius vigore munitus, Apostolicæ institutionis decreta, vel sanctorum terminos Patrum nullatenus transcendi permittas.] Penè similia scribit Hormisda Pontifex ad Ioannem Tarraconensem his [c] verbis: [Et quia per insinuationem dilectionis tuæ, huius est nobis viæ patefacta prouidentia, remuneramus solicitudinem tuam, & seruatis priuilegiis Metropolitanorum, vices vobis Apostolicæ sedis eatenus delegamus, vt inspectis istis, siue ea quæ ad Canones pertinent, siue ea quæ à nobis sunt nuper mandata, seruentur.]

b Simp. ep. ad Zen. Hisp.

c Hormisda ep. 24. ad Io. Tarrac.

XII. Magna Britannia ex Romano Patriarchatv.

De magna Britannia haud vlla dubitatio esse potest, cum ex venerabili Beda, [d] Palladius ad Scotos in Christum credentes, à Pontifice Romanæ Ecclesiæ Cælestino, primus missus sit Episcopus. Et ex eodem, [[e] Gregorius vir, vt ipse inquit, doctrina & actione præcipuus, pontificatum Romanæ & Apostolicæ sedis sortitus, diuinoque admonitus instinctu, aduentus verò Anglorum in Britanniam anno circiter centesimo quinquagesimo, miserit seruum Dei Augustinum, & alios plures cum eo Monachos timentes Dominum, prædicare verbum Dei genti Anglorum.]

d Beda lib. 1. cap. 13. hist. Anglic.

e Idem eod. l. c. 23.

XIII. Africa ex Romano Patriarchatv.

Quantum ad Africam spectat, quis [redacted] parem Romanæ sedis authoritatem in illius Episcopos non agnoscet, si Diuum Augustinum in epistolis scribentem audierit, apud Africanos consuetudinem inualuisse, vt singularum prouinciarũ, etiam proconsularis, Synodi in causis alicuius momenti ad Romanam sedem scriberent, ab ea, vel ordinem quem sequi deberent, vel decretorum quæ fecerant confirmationem, petentes? Huius verba sunt: [f] [Hæc ad sanctitatem tuam de Concilio Numidiæ scripta direximus, imitantes Carthaginensis prouinciæ Coëpiscopos nostros, quos ad sedem Apostolicam, quam beatus illustras, hac causa scripsisse comperimus.] Nec mirum sane, cum disertissimis verbis apud Romanam Ecclesiam semper viguisse principatum asserat toto orbe illustris fide & doctrina magnus ille Doctor scribens contra Donatistarum pertinaciam. [g] [Erat, inquit, Carthago transmarinis vicina regionibus, & fama celeberrima nobilis: vnde non mediocris vtique authoritatis habebat Episcopum, qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cùm se videret & Romanæ Ecclesiæ, in qua semper Apostolicæ Cathedræ viguit principatus, & cæteris terris, vnde Euangelium ad ipsam Africam venit, per communicatorias literas esse coniunctum.]

f August. epist. 92. ad Innoc.

g August. epist. 162. contra Donatistarum pertinaciam.

XIV. Illyricvm ex Romano Patriarchatv.

De Illyrico solo non diximus: sed quis apud illud similem potestatem Romanum põtificem habuisse non credet, si hæc narrantem [h] Socratem audierit? [Perigenes Ecclesiæ Patrensis designatus fuit Episcopus, quem, vbi

h Socr. hist. Eccles. l. 7. c. 35.

Περιγένης ἐν Πάτραις ἐχειροτονήθη

ἀπώσαντο, καὶ ἐπειδὴ ὁ δὲ μητροπολίτης ἀυτὸν ἐν ἐσχάτῳ. ὁ δὲ Ῥώμης ἐπίσκοπος ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐνθρονισθῆναι ἐν Κορίνθῳ τῇ μητροπόλει, τοῦ ἐκεῖ ἐπισκόπου τελευτήσαντος, καὶ τῇ ἐκεῖ ἐκκλησίᾳ διὰ βίου προέστη.

a Epist. Synod. episc. vet. epiri ad Hormisd. tom. 2. Conc.

populus illius vrbis eum repudiauerat, Episcopus Romanus mandauit, vt Episcopo Corinthi Metropolis iã mortuo, in sede Episcopali illius vrbis collocaretur: cui Ecclesiæ reliquo vitæ spatio præfuit.] Is autẽ Perigenes adfuit subscripsitque Concilio Ephesino. Nec de hac diœcesi maior est difficultas circa quintũ & sextum sæculum quàm circa superiora: cum in epistola Episcoporũ veteris Epiri ad Hormisdam, de electo Ioanne Metropolitano Nicopolis, [a] hæc ad eum scripta legantur. [Rogamus, vt iuxta antiquam consuetudinem, hunc quoque complectamini paternis visceribus vestris, nobisque atque ipsi Dei gratia efficiamini arma inexpugnabilia commonitionibus vestris, atque doctrinis. Et precantibus nobis, inclinetis aurem, & pietatem concordiæ reperiatis iustam inspiratam vobis diuinitus Apostolicam prouidentiam.] Non enim hæc nisi ad proprium Patriarcham, cuius erat electiones confirmare, scribere poterant. Vnde his respondens Hormisda, Ioannis electionem confirmatione sua sanciuit. Sic alio Ioanne electo Primate Iustinianæ primæ, Gregorius magnus huius electionem etiam confirmauit, eique vices suas committens per Illyricum, palliumque mittens hæc scripsit: [b] [Quia igitur suscepta fratrum & Coëpiscoporũ nostrorum relatio, ad locum vos Sacerdotij, totius Concilij vnito consensu, & serenissimi Principis voluntate declarat accersiri: gratias omnipotenti Deo creatori nostro magna cum exultatione retulimus: qui vitam actusque vestros ita de præteritis fecit esse probabiles, vt omnium vos, quod est valde laudabile, faceret placere iudicio. Quibus nos quoque in persona fraternitatis tuæ per omnia consentimus, atque omnipotentem Dominum deprecamur, vt charitatem vestram sicut sua gratia elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat. Palliũ verò ex more transmisimus, & vices vos Apostolicæ sedis agere iterata innouatione decernimus.] Sic idem [c] Gregorius, cum pallium Corinthiorum Archiepiscopo mitteret, Episcopis Helladis præcipit vt ipsi obediant. [Pallium Ioanni fratri nostro Corinthiorum Episcopo nos transmisisse cognoscite: cui vos magnopere conuenit obedire, præsertim dum hoc sibi & antiquæ consuetudinis ordo defendat, & bona eius, quibus ipsi testimonium perhibetis, inuitent.] Sic tandem multa id genus argumenta, nisi longum esset, in huius veritatis confirmationem afferri possent.

b Greg. m. lib. 4. indict. 13. epist. 8.

c Greg. m. lib. 4. epist. 55.

XV.

THRACIA EX ROMANO PATRIARCHATV.

Sed difficultas maior est circa diœceses Thraciæ, Scythiæ, Daciæ, Macedoniæ, Thessaliæ & Achaïæ: quæ vt solui possit, tempora necessario distinguenda sunt, cùm pro illorum varietate nunc ad Orientem, nunc ad Occidentem spectarint. Quòd Thracia ante Constantinum Romano Patriarchæ subdita fuerit, probat æternæ memoriæ Cardinalis Baronius [d] ex origine Bizantinæ Ecclesiæ, quam tribuit Apostolorum principi: recteque sane, cum huic omnes subiectæ manerent Ecclesiæ, à quo institutæ fuerant. [Petrus, inquit, Romam proficiscens hanc in Thracia, sicut Nicænam in Bithynia erexit, ac in iis Episcopos consecrauit.] idque colligit ex epistola Agapeti Papæ de Menna à se ordinato Episcopo Constantinopolitano, in quinta Synodo recitata, cuius verba sunt: [e] [Et hoc dignitati suæ addere credimus, quod à temporibus Petri Apostoli, nullum alium vmquam Orientalis Ecclesia suscepit Episcopum manibus nostræ sedis ordinatum. Et forsitan ad demonstrationem laudis ipsius, vel ad destructionem inimicorum,

d Baron. ad ann. 44. num. 18.

e Inact. 1. quintæ Synodi Generalis, Καὶ τοῦτο δὲ προσθεῖναι τῷ αὐτοῦ ἀξιώματι πιστεύομεν, ὅτι ἀπ' ... τῶν χρόνων τοῦ ἀποστόλου Πέτρου, οὐδένα ἄλλον οὐ-

instans res tanta prouenit, vt illis ipse similis esse videatur, quos in his quandoque partibus Apostolorum primi electio ordinauit.] At mihi tanto probabilior videtur huius sententia, quòd ad Constantinum vsque, Thracia, quæ Europæ prouincia est, Occidentalis semper existimata sit; saltem quantum ad ordinem Ecclesiasticum. Imperium à Diocletiano Imperatore in Orientale & Occidentale prius diuisum fuisse, Orientalique, quod sibi & Maximino reseruauit Thraciam tributam non ignoro. At quid ad Ecclesiã hæc mutatio ciuilis ab ethnico Imperatore facta & quæ ad paucos annos viguit: maximè cum Thracia adhuc tempore Concilij Nicæni Romano Patriarchæ subijceretur, vt mox dicemus ex Gelasio Cyziceno? Sed alijs rationibus tam de Thracia, quam de cæteris Illyrici Orientalis diœcesibus probabo. Orbem vniuersum in Europam, Asiam & Africam distinxit antiquitas: singulisque illius partibus singulos Patriarchas Petrus Apostolus præficiens, Europam Romano, Asiam Antiocheno, & Africam, quantum ad Ægyptum, Alexandrino subiecit. Cum autem Thracia, Illyricique Orientalis diœceses inter Europæ regiones censerentur, quis eas intra Romani Patriarchatus limites primis sæculis constituere dubitet? Ad id satis inuitant verba, quæ Gelasius Cyzicenus scribit in actis Synodi primæ Nicænæ [a] de Alexandro Thessalonicensium Episcopo, ipsiusque nomine: [Alexander Thessalonicæ per eos qui sub ipsius potestate sunt, Ecclesijs Macedoniæ primæ & secundæ cum omni Græcia, totius etiam Europæ, vtriusque Scythiæ, omnibusque Illyrici, Thessaliæ, & Achaiæ Ecclesijs.] Quis enim non agnoscit hisce in verbis Thessalonicensium Episcopum tempore Concilij Nicæni, vtriusque Macedoniæ, Thessaliæ, Achaiæ, Scythiæ etiam vtriusque, totius Illyrici, necnon & Europæ, hoc est Thraciæ, Metropolitanam obtinuisse dignitatem: ac proinde, cum prouinciæ ipsi subiectæ, sicut & ipse, à Romano Patriarcha penderent, nec vnus idemque Metropolita prouincijs diuersorum Patriarchatuum præficeretur, easdem prouincias, etiam Thraciam, intra Patriarchatus eiusdem limites fuisse? Argumentum illud sic clarius expono. Si Thracia, totiusque Illyrici diœceses vsque ad Constantinum Thessalonicensi Episcopo vt Metropolitano subijciebantur, etiam ad Romanum Patriarcham spectabant, cum diuersorum Patriarchatuum Episcopi, eidem Metropolitæ non parerent: At Thracia (quam per Europam significari etiam scioli non ignorant) totiusque Illyrici prouinciæ Thessalonicensi Episcopo tanquam Metropolitæ subiectæ fuerunt vsque ad Constantinum, imò etiam tempore Concilij Nicæni, vt patet ex prædictis verbis Gelasij Cyziceni. Vnde necessariò dicendum est Thraciam, Illyricique prouincias, vsque ad Constantinum Conciliumque Nicænum, Patriarchæ Romano fuisse subiectas.

XVI. Dacia et Macedonia ex Romano Patriarchatu.

De Dacia tamen, Macedonia, Achaia, cæterisque Illyrici prouincijs longè minor est dubitatio, quàm de Thracia, cum adhuc sub Constantini magni liberis Occidẽtales æstimatæ sint. [Græci, inquit [b] Sozomenus, Macedones & Illyrici, qui versus Occidentem suarum rerum domicilia habebant, Constantini opera, qui illi Imperij Romani parti præfuit, liberè & animo securo Deum coluerunt.] Id certo certius ex hoc confirmatur, quod Occidentalis Ecclesia, vt iam dixi ex Socrate, ab Ecclesia quæ erat in Oriente, diuisa fuerit, monte inter Illyricum & Thraciam interiecto, qui Tisucis dice-

[illegible]

[a] Gelas. Cyzicenus lib. 2. cap. 17. act. Concil. Nicæ.
Ἀλέξανδρος Θεσσαλονίκης διὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν τελούντων τῆς κατὰ Μακεδονίαν πρώτης καὶ δευτέρας, σὺν τῇ Ἑλλάδι, τῆς τε Εὐρώπης πάσης, Σκυθίας ἑκατέρας, καὶ τῶν κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν ἁπάσης Θεσσαλίας τε καὶ Ἀχαΐας.

[b] Sozom. hist. Eccl. lib. 1. cap. 2.
Οἱ δὲ ἀμφὶ τὴν δύσιν Ἕλληνές τε, καὶ Μακεδόνες, καὶ Ἰλλυριοὶ ἀδεῶς ἐθρήσκευον διὰ Κωνσταντῖνον, ὃς ἦρχε τῶν τῇδε Ῥωμαίων.

a Idem lib. 3. c. 10. Ἐπὶ τούτων ὑπ... Ἰουλίου καὶ Πρωτογένους τοῦ Σαρδικῆς ἐπισκόπου, καὶ Γαυδεντίου, τοῦ μετὰ Μαρκέλλου ἀντιφερομένου ... αὐτοῦ καταψηφισαμένου.

b Idem eodem lib. cap. 9. Καὶ αἰτιῶνται ὅτι τούτων, Νάρκισσος ὁ Εἰρηνουπόλεως τῆς Κιλικίας ἐπίσκοπος, καὶ Θεόδωρος ὁ Ἡρακλείας, τῆς Θρᾴκης, καὶ Μάρκος ὁ Ἀρεθουσίων, τῆς Συρίας.

c Leo mag. ep. 84

batur. Hincque factum est, vt Sozomenus [a] Protogenem tunc Sardicæ Episcopum inter Episcopos Occidentales enumeret, [b] Theodorum verò Heracleæ in Thracia eodem tempore Episcopum inter Orientales. Eademque ratio fuit, propter quam legitimum Concilium Sardicense, quod Sardicæ in Dacia celebratum est, Occidentale semper habitum sit; & aliud eodem tempore apud Philopopolim in Thracia ab Arrianis congregatum, Orientale. Quòd item sub Patriarcha Romano diu & sequentibus sæculis permãserint, certissime probatur ex eius Vicarijs Thessalonicensibus, qui totius Illyrici Ecclesias sub eius authoritate direxerunt. Vnus ex his fuit Anastasius Thessalonicensis, ad quem hæc scribit Leo [c] magnus: [Sicut præcessores mei præcessoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ priorum sequutus exemplum, vices mei moderaminis delegaui: vt curam, quam vniuersis Ecclesiis principaliter ex diuina institutione debemus, imitator nostræ mansuetudinis effectus, adiuuares: & longinquis ab Apostolica sede prouincijs præsentiam quodammodo nostræ visitationis impenderes.] Vnde Nicolaus [d] primus rogans Michaelem Imperatorẽ, vt has prouincias Romano Pontifici ab Iconomachis ademptas restitui curaret, hæc scribebat: [Oportet vestrum Imperiale decus (quod in omnibus Ecclesiasticis vtilitatibus vigere audiuimus) vt antiquum morem, quem nostra Ecclesia habuit, vestris temporibus restaurare dignemini: quatenus vicem, quam nostra sedes per Episcopos vestris in partibus constitutos habuit, videlicet Thessalonicensem, qui Romanæ sedis vicem per Epirum veterem Epirumque nouam atque Illyricum, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, Daciam Ripensem Daciamque Mediterraneam, Mysiam, Dardaniam & Præualim, Beato Petro Apostolorum principi contradicere nullus præsumat.] Sed has nonne declarat à Romana diœcesi auulsas Diatyposis [e] Patriarchatus Constantinopolitani, vulgò Leoni Imperatori tributa, cuius verba sunt: [Auulsi à diœcesi Romana, iamque throno Constantinopolitano subiecti Metropolitani Thessalonicensis, Corinthius, Nicopolitanus, Atheniensis, Patrensis.] At ne hanc auulsionem ante Iustiniani tempora factam esse quis existimet [f], audiamus eum in Nouellis priuilegia Archiepiscopalia Episcopo Achridæ siue Iustinianæ primæ à Vigilio data confirmantem. [Primæ Iustinianæ, inquit, patriæ nostræ, pro tempore sacrosanctus Antistes, non solum Metropolitanus, sed etiam Archiepiscopus fiat: & certæ prouinciæ sub eius sint authoritate, idest, tam ipsa Mediterranea Dacia, quam Dacia Ripensis, necnon Mysia secunda, Dardania & Præualitana prouincia, & secunda Macedonia, & pars secundæ etiam Pannoniæ, quæ in Bacensi est ciuitate.] Vt autem se talem illi dignitatem obtinuisse à Romano Patriarcha, cuius Vicarius erat, non autem à Constantinopolitano, indicaret, hæc [g] subdit in alia Nouella: [Ipsum verò Archiepiscopũ (scilicet Iustinianæ primæ) à proprio ordinari Concilio, & in subiectis sibi prouincijs locum obtinere sedis Apostolicæ Romæ, secundum ea quæ definita sunt à sancto Vigilio.] Verba ita clara sunt, vt plura his addere superfluum sit, planeque fatendũ videatur has omnes Illyrici prouincias, cum alijs Occidentalibus, ad Romanum Patriarcham spectasse vsque ad Imperatorem Iustinianum, imò vsque ad Iconomachorum tempora, qui eas Constantinopolitano subiecerunt. Sed vt harum notitia vno intuitu perspici queat,

d Nicol. 1. epist. 2. ad Michaelem Imp.

e Diatypos. Constant. Patr. apud Leunclauium lib. 2.

f Nouella 11. Iust.

g Nouella 131. c. 3.

accipe & illas, & singulas illarum sedes Exarchicas, seu Primatiales, & Metropolitanas.

IN ITALIA.

ROMA; sedes Patriarchæ Occidentis, & Primatis Italiæ, & Metropolitani Latij vtriusque noui & veteris, Campaniæ, Tusciæ, Vmbriæ, Valeriæ, vtriusque Picœni Annonarij & Suburbicarij, Samnij, Apuliæ, Calabriæ, Lucaniæ, Brutiorum & Corsicæ.

MEDIOLANVM, Metropolis Liguriæ, Alpium Cottiarum & Rhæthiæ vtriusque.

RAVENNA, Metropolis Flaminiæ & Aemiliæ.

AQVILEIA, Metropolis Venetiæ & Istriæ.

SYRACVSÆ, Metropolis Siciliæ.

CALARIS, Metropolis Sardiniæ & insularum Balearidum.

IN ILLYRICO OCCIDENTALI.

SYRMIVM, sedes Primatis Pannoniarum, & Norici vtriusque.

LAVREACVM, Syrmio diruto Metropolis Pannoniarum & Norici.

SALONA, Metropolis Dalmatiæ.

IN GALLIA.

ARELATVM, sedes Primatis Galliarum, & Metropolis secundæ Viennensis.

VIENNA, Metropolis Viennensis primæ, & Alpium Graiarum, seu Penninarum.

NARBO, Metropolis Narbonensis primæ.

AQVÆ SEXTIÆ, Metropolis Narbonensis secundæ, dubia.

EBRODVNVM, Metropolis Alpium Maritimarum.

TREVERIS, Metropolis Belgicæ primæ & duarum Germanicarum.

RHEMI, Metropolis secundæ Belgicæ.

LVGDVNVM, Metropolis primæ Lugdunensis.

ROTHOMAGVS, Metropolis secundæ Lugdunensis.

TVRONVM, Metropolis tertiæ Lugdunensis.

CIVITAS SENONVM, Metropolis quartæ Lugdunensis.

VESVNTIO, Metropolis Maximæ Sequanorum, dubia.

BITVRICÆ, Metropolis Aquitaniæ primæ, sedesque antiqua Primatis Aquitaniæ.

BVRDIGALA, Metropolis Aquitaniæ secundæ.

ELVSA, Metropolis Nouempopulaniæ.

IN HISPANIA.

HISPALIS, sedes Primatis Hispaniæ per aliquod tempus, & Metropolis Bæticæ.

CARTHAGO, primis sæculis Metropolis prouinciæ Carthaginensis.

TOLETVM, Metropolis primùm prouinciæ Carpetanæ, & postea Carthaginensis, denique sedes Primatis Hispaniæ.

TARRACO, Metropolis prouinciæ Tarraconensis.

EMERITA AVGVSTA, Metropolis Lusitaniæ.

BRACHARA AVGVSTA, prima Metropolis Gallæciæ.

LVCVS AVGVSTA, altera Metropolis Gallæciæ,

IN ILLYRICO ORIENTALI,

THESSALONICA, sedes Primatis Illyrici Orientalis per multa sæcula, & Metropolitani Macedoniæ.

CORINTHVS, sedes Primatis Achaïæ, & vna ex Metropolibus eiusdem diœcesis.

ATHENÆ, Metropolis Helladis, saltem quantum ad honorem.

PATRÆ, Metropolis altera Achaïæ, saltem quantum ad honorem.

NICOPOLIS, Metropolis Epiri veteris.

DYRRACHIVM, Metropolis Epiri nouæ.

LARISSA, Metropolis Thessaliæ.

SCVPI, Metropolis Dardaniæ.

ACHRIDA, sedes Primatis partis Illyrici & secundæ Pannoniæ.

SARDICA, Metropolis vtriusque Daciæ & Mœsiæ superioris.

IN DACIA ANTIQVA:

Mœsia secunda, & Scythia.

MARCIANOPOLIS, Metropolis Mœsiæ inferioris.

TOMI, Metropolis Scythiæ.

ZARMIZEGETVSA, Gothorum Metropolis in Dacia antiqua.

IN AFRICA.

CARTHAGO, sedes Primatis Africæ, & Metropolitani prouinciæ Proconsularis.

PRIMA sedes Numidiæ, in qua senior Episcopus sedebat.

PRIMA sedes Mauritaniæ Cæsariensis & Tingitanæ, in qua senior Episcopus sedebat.

PRIMA sedes Mauritaniæ Sitifensis, in qua senior Episcopus sedebat.

PRIMA sedes Bizacenæ prouinciæ, in qua senior Episcopus sedebat.

PRIMA sedes Tripolitanæ prouinciæ, in qua senior Episcopus sedebat.

IN MAGNA BRITANNIA.

LONDINVM, Metropolis antiqua Britanniæ.

DOROVERNVM, alijs CANTVARIA, postea Metropolis Cantij & Britanniæ Meridionalis.

CARLEONA, Metropolis Britanniæ secundæ, seu Occidentalis, dubia.

EBORACVM,

EBORACVM Metropolis Scotiæ & partis Septentrionalis Britanniæ. Hæc est antiqua Notitia prouinciarum & Metropoleon Ecclesiasticarum Romani Patriarchatus, cui vnicum addendum superest, scilicet Patriarcharum qui huic præfuerunt, series. Tam autem ex auctoribus antiquis historiæ Ecclesiasticæ, Marcellino Comite & Anastasio Bibliothecario, per ipsam et eorum verba sic proferam.

PONTIFICES ROMANI, QVI SEDEM Apostolicam per ea tempora tenuerunt, circa quæ hæc Notitia versatur.

SVb Claudij Imperio, benigna & propitia Dei, totius huius vniuersitatis rectoris, erga humanum genus prouidentia, fortem ac præpotentem, & reliquorum omnium Apostolorum propter virtutis amplitudinem facile *Euseb. hist. l. 2. cap. 13.*
1 principem PETRVM, Romam versus, ad eiusmodi pestiferam vitæ humanæ corruptelam delendam, quasi manu duxit. Quiquidem, vtpote generosus & strenuus Dei dux, diuinis armis obtectus, munitusque, eximiam & pretiosam tanquam mercaturam veri luminis, mente sola comprehensi, ab Oriente ad Occasum vsque deportauit: ipsamque regni cælorum prædicationem, cælestem scilicet lucem, & salutarem animorum doctrinam, palam diuulgauit.

Post Pauli & Petri martyrium, primus Romanæ Ecclesiæ Episcopatum *Idem hist. Eccles. l. 3. cap. 2.*
2 LINVS sortitò capit. Huius meminit Paulus, è Roma ad Timotheum scribens, in ea salutatione quam ad extremam epistolæ partem adnectit: Salutant te, inquit, Eubulus, Prudens, Linus & Claudia.

Linus Episcopus, cum duodecim annis Ecclesiæ Romanæ ministerium *Idem hist. Eccl. l. 3. cap. 12.*
3 obijsset, ANACLETO eam tradidit.

Quidam Cletum addunt: sed nulla eius mentio est apud authores antiquos historiæ Ecclesiasticæ, vt nec apud Optatum Mileuit. Epiphanius autem Cleti meminit, & non Anacleti.

Cum Anacletus Romanam Ecclesiam annos duodecim Episcopus ad- *Idem hist. Eccles. l. 3. cap. 12.*
4 ministrasset, eum sequutus est CLEMENS. Apostolus in epistola scripta ad Philippenses, cooperarium suum fuisse docet. Cum Clemente, inquit, & reliquis meis cooperarijs, quorum nomina sunt in libro vitæ.

Clemens apud Optatum l. 2, immediatè post Linum, ante Anacletum ponitur.

Clemens vnus ex Episcoporum Romanorum numero, cùm nouem annis docendo verbo Dei diligentem curam adhibuisset: ministerio suo & of- *Idem hist. Eccl. l. 3. cap. 28.*
5 ficio EVARESTO concredito, tertio anno [Traiani] diem suum obijt.

Vbi octo annos Euarestus in Romanæ Ecclesiæ procuratione ob- *Idem hist. Eccl. l. 4. cap. 1.*
6 eunda compleuisset, ALEXANDER quintus, successione à Petro & Paulo ducta, Pontificatum obtinet.

Tertio anno Adriani imperij, Alexander Pontifex Romanus, cum de- *Idem hist. Eccl. l. 4. cap. 4.*
7 cem annos in eo munere fungendo compleuisset, decedit e vita, cuius XISTVS successor fuit.

Vbi Xistus decem annorum spatium in Romani Pontificatus admini- *Idem hist. Eccl. l. 4. cap. 5.*
8 stratione confecerat, septimus ab Apostolis successit TELESPHORVS.

Telesphoro verò primo [Antonini Pij] imperij anno, vndecimo autem *Idem hist. Eccl. l. 4. cap. 10.*
9 sui ministerij completo, ex hac luce migrante, HYGINO Pontificatus Ecclesiæ Romanæ sorte obuenit.

D

Idem hist. Ec- [illegible]
10 Hygino post quartum Pontificatus sui annum decedente è vita, PIVS
Romanæ Ecclesiæ procurationem obtinet.
Pio ad decimum quintum Pontificatus sui annum mortem oppetente,
Idem hist. Ec- [illegible]
11 ANICETVS illius Ecclesiæ ministerio præficitur.
Cum Anicetus Ecclesiæ Romanæ Pontificatu vndecim annis continuis
Idem hist. Ec- [illegible]
12 perfunctus fuisset SOTER in eius locum succedit.
Idem hist. Ec- [illegible]
13 Sotere morte extincto, ELEVTHERVS munus Episcopale capessit.
Idem hist. Ec- [illegible]
Decimo anno Commodi imperij, postquam Eleutherus decem & tri-
14 bus annis Pontificatum administrauerat, successit VICTOR.
Idem hist. Ec- [illegible]
Qui cum decem annis Ecclesiæ ministerio præfuisset, in eius locum cir-
15 citer annum nonum imperij Seueri, ZEPHYRINVS successit.
Idem hist. Ec- [illegible]
Primo anno regni [Antonini, qui Macrino successit] Zephyrinus Pontifex
Romæ, vbi decẽ & octo annos continuos Ecclesiæ ministeriũ procurarat,
vitam cum morte commutat. Huic in Pontificatu successit CALIXTVS.
16
Idem hist. Ec- [illegible]
17 Qui vitam ad quinque annos traducens, VRBANO Ecclesiam guber-
nandam reliquit.
Idem hist. Ec- [illegible]
Dum ista hoc modo geruntur, Vrbano, qui Romanæ Ecclesiæ Pontifi-
18 catum gesserat, successit PONTIANVS.
Idem hist. Ec- [illegible]
Simul atque Gordianus post Maximinũ Romanorum Imperium obti-
nuerat, & Pontianus Ecclesiæ Romanæ Pontificatum per sex annos gesse-
19 rat, in eius locum ANTERVS surrogatus est.
Idem hist. Ec- [illegible]
20 In cuius ministerium, cum ad mensem eo perfunctus esset, FABIANVM
delectum ferunt.
Idem hist. Ec- [illegible]
21 Fabiano Romæ martyrium subeunte, CORNELIVS Pontificatum
capessit.
Cornelio Romanæ ciuitatis Episcopatu circiter triennium perfuncto,
Idem hist. Ec- [illegible]
22 LVCIVS succedit.
Idem hist. Ec- [illegible]
Iste vix octo continuis mensibus illud ministerium obiens, morte extin-
23 ctus STEPHANO Cleri tradit rectionem.
Idem hist. Ec- [illegible]
24 Stephanus cum biennij spatio Episcopatus ministerium obijsset, XYSTVS
capessit locum.
Idem hist. Ec- [illegible]
25 Cum Xystus Romanam Ecclesiam vndecim annis rexisset, DIONYSIVS
gẽtilis illius, qui fuit Episcopus Alexandriæ, Episcopatũ Romanũ obtinuit.
Vbi Dionysius Romæ Ecclesiæ ministerium procurauerat, Episcopatu
26 potitur FELIX.
Idem hist. Ec- [illegible]
27 Cum Felix quinquennio Romanam rexisset Ecclesiam, EVTYCHIANVS
eius capessit locum.
Idem hist. Ec- [illegible]
28 Iste non decem mensibus ad exitum plenè perductis, GAIO, qui nostra
viguit memoria, Cleri ministerium reliquit.
Cui, cum quindecim annos illud munus administrasset, à MARCELLINO
29 successum est. Cuius temporibus, persecutio supra demonstrata (in qua ipse
Idem hist. Ec- [illegible]
martyrio occubuit) exorta est.

Nulla fit mentio in hist. Eccles. Marcelli nec Eusebij, de quibus apud Optatum l. 2.

Eodem tempore SYLVESTER Romanæ Ecclesiæ gubernaculum te-
30 31 nuit: successorque fuit MILTIADIS illius, qui post Marcellinum, virum
persecutionis temporibus magna gloria plane nobilitatum, ad eiusdem Ec-
Theodor. hist. Eccl. l. 1. c. 3.
clesiæ Episcopatum gerendum delectus fuit.

32 Per id tempus,cum MARCVS post Syluestrum ad exiguum tempus Sozom. hist Eccles lib.2 cap.19.
33 Episcopatum Romanum gessisset, IVLIVS in illam sedem successit.
34 LIBERIVS, Iulio Syluestri successore mortuo, Romanam gubernauit Ecclesiam. Theodoret. hist. Eccl. lib 2 cap 15.

Liberius Episcopus Romanus, simul ac se Arianorum fidei assentire de- Socrat. hist Eccles. lib.2.cap.29.
35 negauerat, ab Vrsacio in exilium eiectus est: & FELIX Ecclesiæ Romanæ Diaconus, Arianæque sectæ addictus, per vim & violentiam ab eodem Vrsacio ad eum dignitatis gradum delectus. Proinde omnes partes versus Occidentem, propter nouas res quæ ibi gerebantur, permagna perturbatione redundarunt, dum alij vi exturbati sunt, missique in exilium: alij in eorum loca surrogati. Atque ista quidem edictorum Imperatoris vi, quæ in partes Occidentis miserat, confecta sunt.

Imperator dat Liberio potestatem Romam reuertendi. Atque Episcopi Sirmij congregati, scribunt literas Felici tum Romanæ Ecclesiæ Antistiti, & Clero eiusdem Ecclesiæ, vti Liberium recipiant: & ambo pariter sedem Apostolicam administrent, communique consensu & concordia sacerdotio illo fungerentur, atque tum casum acerbum, qui in electione Felicis obtigisset, tum exilium Liberij obliuione deleant. Nam populus Romanus Liberium, tum quod in aliis rebus vir excellens & spectatus erat, tum quod Imperatori animo adeo excelso & constanti in fide defendenda contradixerat, tam eximiè charum habuit, vt seditionem planè maximam eius exilij causa conflaret, resque ad cædem prorumperet. Haud ita diu pòst, moritur Felix, solusque deinceps Liberius Ecclesiæ illi præest: quod quidem non sine diuina prouidentia factum est, ne sedes Petri à duobus præsulibus gubernata (quæ est plane nota dissidij, & à sacrosanctis Ecclesiæ legibus aliena) vlla infamiæ macula aspergeretur. Sozom hist Eccles lib.4 cap 14

36 DAMASVS, in Ecclesiæ Romanæ primatu successor Liberij, vir plurimis virtutis insignibus eximiè ornatus. Theodor.hist.Eccl. lib.2.cap 22.

Romanæ Ecclesiæ episcopatum, vbi Damasus decem & octo annos Socrat. hist.Eccles lib.7. cap.9.
37 procurasset, SIRICIVS in eius locum suffectus est.

De numero Episcoporum Romanorum, non conueniunt authores antiquæ historiæ Ecclesiasticæ & Marcellinus Comes: cum illi Siricium trigesimo septimo loco constituant, hic trigesimo sexto: omisso, vt coniicio, Felici.

Romanæ Ecclesiæ Siricius 36. Antistes factus, vixit annos 15. Marcellinus Comes in Chronico,
38 Romanæ Ecclesiæ ANASTASIVS Episcopus 37. ordinatus, vixit annos quatuor. Idem ibidem.
39 Romanæ Ecclesiæ INNOCENTIVS creatus Antistes 38. vixit annos 15. Idem ibid.
40 Romanæ Ecclesiæ ZOSIMVS 39. Episcopus ordinatus, vixit annos 3. Idem ibid.
41 Romanæ Ecclesiæ BONIFACIVS 40. Episcopus ordinatus, vixit annos 3. Idem ibid.
42 CÆLESTINVS Romanæ Ecclesiæ 41. Antistes creatus est, vixit annos 9. Idem ibid
43 Romanæ Ecclesiæ XISTVS 42. Episcopus ordinatus, vixit annos 8. Idem ibid.
44 Romanæ Ecclesiæ LEO 43. Papa creatus, vixit annos 21. Idem ibid.
45 Romanæ Ecclesiæ HILARVS 44. Pontifex factus, vixit annos 6. Idem ibid.
46 Romanæ Ecclesiæ SIMPLICIVS 45. Pontifex creatus, vixit annos 15. Idem ibid.
47 Romanæ Ecclesiæ FELIX 46. Episcopus ordinatus, vixit annos 12. Idem ibid.
48 Romanæ Ecclesiæ GELASIVS 47. Episcopus ordinatus, vixit ann. 4. Idem ibid.

Idem ibid. 49 Romanæ Ecclesiæ 48. ANASTASIVS Pontifex ordinatus est, vixit annos 2.

Idem ibid. 50 Romanæ Ecclesiæ 49. SYMMACHVS Episcopus factus est, vixit annos 15.

Idem ibid. 51 Romanæ Ecclesiæ 50. HORMISDA Episcopus ordinatus, vixit annos 9.

Idem ibid. 52 IOANNES Romanæ Ecclesiæ Papa 51.

Anastas. Bibl. de vit. Pont. Rom. 53 FELIX 4. natione Samnius, ex patre Castorio, sedit annos 4. mens. 2. dies 14. cui successit Bonifacius secundus.

Idem ibid. 54 IOANNES 2. qui & Mercurius, natione Romanus, ex patre Proiecto, de Cœlio monte, sedit an. 2. mens. 4. dies 6.

Idem ibid. 55 AGAPITVS natione Romanus, ex patre Gordiano presbytero, Clericus ad sanctos Ioannem & Paulũ, sedit menses vndecim, dies octodecim.

Idem ibid. 56 SILVERIVS natione Campanus, ex patre Hormisda, Episcopus Romanus, sedit annum vnum, menses quinque, dies vndecim.

Euagrius hist. Eccles. lib. 4. cap. 18. Scribit Procopius, quod Gothis iterum Romam obsidentibus, Belisarius quoniam Siluerium Pontificem suspectum habebat de proditione, cum in

57 Græciam relegauit: VIGILIVMQVE constituit Pontificem.

Anast. Bibliothec. de vit. Pont. Rom. 58 PELAGIVS, post Vigilium, natione Romanus, ex patre Ioanne Vicariano, sedit annos quatuor, menses decem, dies octodecim.

Idem ibid. 59 IOANNES tertius, natione Romanus ex patre Anastasio, illustris viri, sedit annos duodecim, menses vndecim, dies viginti sex.

Cum Ioannes, qui alio nomine Catelinus dicebatur, è vita migrasset,

Euagr. histor. Eccl. lib. 5. c. 16. 60 BONOSVS (qui BENEDICTVS Anastasio dicitur) Episcopatus Ro-

61 mani suscipit gubernacula: cui successit IOANNES alter *: hunc rursus

62 sequutus est PELAGIVS.

Euag. hist. Eccles. lib. 6. cap. vltimo. 63 GREGORIVS, qui successerat Pelagio, Episcopatum antiquæ Romæ gessit.

* De hoc Ioanne 4. nulla mentio apud Anastasium.



ITALIA.

LIBER SECVNDVS.

ITALIA regionum omnium, inquit [a] Plinius, pulcherrima, ac in eas meritò principatum a natura obtinens: rectrix parensque mundi altera: artium præstantia & ingeniorum claritate nobilis. [b] Numine Deum electa, quæ cælum ipsum clarius faceret, sparsa congregaret imperia, ritusque molliret, & tot populorum discordes ferasque linguas, sermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret: tandemque vna cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Sibi ipsi [c] maxime sufficit, aduectitijs bonis plerumque quam minimũ indiget: omnigeramque fertilitatem, si cui aliæ terræ, Italiæ concessam credo. Insulis [d] vndequaque quasi tuto præsidio cingitur; exceptis paucis quibusdam partibus, quæ & ipsæ inuijs montibus muniuntur. Vnde [e] tot elogijs ab omnibus celebrata est, vt iam inueniri non possit, quod non veterum authorum præsumpserit diligentia. Huius termini sunt Pachinum promontorium in Sicilia ad Orientem: mare Adriaticum ad Septentrionem, saltem ex maiori parte: mare Thyrrenum ad Austrum: sed ad Occidentem non semper ijdem fuere. Primis temporibus Rubiconem pro limite habuit, vt legere est apud Ciceronem [f] hoc flumen Galliæ finem vocantem; quippe quod Italiam à Gallia Cisalpina tunc dirimeret. Post Augustum, qui Cisalpinam Galliam Italiæ adiecit, ab Alpibus terminata fuit, teste Strabone [g]. qui vocat radices Alpium initium Italiæ. Tandem ad Danubium vsque fines suos extendit, cum Rhetiæ duæ inter eius prouincias numerari cœperunt.

I. DESCRIPTIO ITALIÆ

a Plin. in fine hist. natur.

b Idem lib. 3 c. 5.

c Dionys. Halic. Rom. antiq. lib. 1.

d Strabo lib. 6.

e Solinus cap. 8.

f Cicero Philipp. ca 6.

g Strabo lib. 5.

Tunc autem in sexdecim, & paulò pòst in septemdecim prouincias diuisa est, vt legitur in Notitia Imperij, quæ hæc habet.

Prouinciæ Italiæ decem & septem.

Tuscia cum Vmbria, in qua Roma.
Campania, in qua est Capua.
Flaminia, in qua est Rauenna.
Aemilia.

Picenum Annonarium & Suburbicarium.
Valeria, *quæ sexdecim prouincijs addita est.*
Liguria, in qua est Mediolanum.
Venetia cum Istria, in qua est Aquileia.
Alpes Cottiæ.
Samnium.
Apulia cum Calabria, in qua est Tarentum.
Brutia cum Lucania.
Rhætia prima.
Rhætia secunda.
Sicilia.
Sardinia.
Corsica.

II. DESCRIPTIO PROVINCIARVM ITALIÆ EX PAVLO DIACONO.

[a] Paul. Diac. lib. 2. de gestis Longob. cap. 14.

Sic autem omnes à Paulo Diacono in historia [a] de gestis Longobardorum describuntur: [Venetia non solùm in paucis Insulis, quas nunc Venetias dicimus, constat, sed eius terminus à Pannoniæ finibus, vsque Adduam fluuium protelatur. Probatur hoc annalibus libris, in quibus Bergamus ciuitas esse legitur Venetiarum. Nam & de lacu Benaco, in historijs ita legimus. Benacus lacus Venetiarum, de quo Mintius fluuius egreditur. Eneti enim, licet apud Latinos vna litera addatur, Græcè laudabiles dicuntur. Venetiæ etiam Histria cōnectitur, & vtræque pro vna prouincia habentur. Histria autem ab Histro flumine cognominatur, quæ secundum Romanam historiam amplior quam nunc est, fuisse perhibetur. Huius Venetiæ Aquileia ciuitas extitit caput, pro qua nunc Forum Iulij, ita dictum, quòd Iulius Cæsar negotiationis forum ibi statuerat, habetur.

[b] Idem cap. 15.

[b] Liguria, à legendis, id est, colligendis leguminibus, quorum satis ferax est, nominatur, in qua Mediolanum est, & Ticinus, quæ alio nomine Papia appellatur. Hæc vsque ad Gallorum fines extenditur.

Inter hanc & Suauiam, hoc est, Alemannorum patriam, quæ versus Septentrionem est posita, duæ prouinciæ, id est Rhætia prima & Rhætia secunda, inter Alpes consistunt, in quibus propriè Rhæti habitare noscuntur.] Est autem Rhætia prima inter lacum Brigantinum, Rhenum, Danubium & Lycum sita: vt discere est ex Tacito, [c] qui ait, Germaniam omnē à Gallijs Rhætijsque & Pannoniis, Rheno & Danubio separari. Secunda autem, quæ olim Vindelicia dicta est, inter Lycum, Danubium, & Aenum, iuxta [d] Ptolemæum, qui ait Lyciam flumen, quod in Danubium euoluitur, Rhætiam à Vindelicia disterminare.

[c] Tacit. lib. de Germania.

[d] Ptol. Ὁ Λυκίας ποταμὸς, ὁ εἰς τὸν Δανούβιον ἐμβάλλων διορίζει τὴν Ῥαιτίαν ἀπὸ τῆς Οὐινδελικίας.

[e] Paul. Diac. lib. 2. cap. 16.

[[e] Alpes Cottiæ dicuntur, quæ sic à Cottio rege, qui Neronis tempore fuit, appellatæ sunt. Prouincia hæc à Liguria in Eurum versus vsque ad mare Thyrrenum extenditur, ab occiduo verò Gallorum finibus copulatur. In hac Aquis, vbi aquæ calidæ sunt, Dertona & Monasterium Bobium, Genua quoque & Saona ciuitates habentur:] quæ tamen secundum alios ad Liguriam spectarunt, vt legere est in Notitia antiqua vetusti Codicis Thuani, quo hæc habentur. In prouincia Liguriensi, ciuitates viginti. Ciuitas Mediolanum, Metropolis. Ciuitas Vigintimiliensium. Ciuitas Albingensium. Ciuitas Vuadis. Ciuitas Genua. Ciuitas Tartona. Ciuitas Eboreia. Ciuitas Taurinis. Ciuitas Alba. Ciuitas Astensis. Ciuitas Aquis. Ciuitas Vercellis.

Ciuitas Nouaria. Ciuitas Cremona. Ciuitas Bergamo. Ciuitas Laude. Ciuitas Regio. Ciuitas Parma. Ciuitas Brixia. Ciuitas Cuma.

Thuscia à Thure, quod populus illius superstitiosè in sacrificiis Deorum suorum incendere solebat, sic appellata est. Hæc habet intra se Circium versum Aureliam, ab Orientis vero parte Vmbriam. In hac prouincia Roma, quæ olim totius mundi caput extitit, est constituta. In Vmbria verò quæ illius in parte ponitur, Perusium & Lacus Clitorius, Spoletiumque consistunt. Vmbria autem dicta est, quod imbribus superfuerit, cum aquosa clades olim populos deuastaret. Idem.

Campania, ab vrbe Roma vsque ad Siler Lucaniæ fluuium perducitur, in qua opulentissimæ vrbes, Capua, Neapolis, & Salernus constitutæ sunt. Quæ ideò Campania appellata est propter vberrimam Capuæ planiciem. Cæterum ex maxima parte montuosa est. Porro octaua Lucania, quæ nomen à quodam luco accepit, à Silere fluuio inchoat cum Brutia, quæ ita à Reginæ quondam suæ nomine appellata est, vsque ad fretum Siculum, per ora maris Thyrreni, sicut & duæ superiores, dextrum Italiæ cornu tenens, pertingit, in qua Pæstus & Lanius, Cassianum & Consentia, Rhegiumque sunt positæ ciuitates. Idem cap. 17.

Æmilia à Liguria incipiens inter Appenninas Alpes & Padi fluenta versùs Rauennam pergit. Hæc locupletibus vrbibus decoratur, Placentia scilicet, Parmaque, Regio, & Bononia, Cornelijque foro, cuius castrum Imolas appellatur. Extiterunt quoque qui Æmiliam & Valeriam, Nursiamque vnam prouinciam dicerent: sed horum sententia stare non potest, quia inter Æmiliam & Valeriam, Nursiamque, Thuscia & Vmbria sunt constitutæ. Idem cap. 18.

Flaminia inter Apenninas Alpes & mare est Adriaticum posita, in qua nobilissima vrbium Rauenna, & quinque aliæ ciuitates consistunt Græco vocabulo Pentapolis dictæ. Constat autem Aureliam, Æmiliamque, & Flaminiam, à constratis viis, quæ ab vrbe Roma veniunt, & ab eorum vocabulis à quibus sunt constratæ, talibus nominibus appellari. Idem cap. 19.

Post Flaminiam Picenus occurrit, habens ab Austro Apenninos montes, ex altera verò parte Adriaticum mare. Hæc vsque ad fluuium Piscarium pertendit, in qua sunt ciuitates, Firmus, Asculus, & Pinnis, & vetustate consumpta Adria, quæ Adriatico pelago nomen dedit. Huius habitatores cum à Sabinis illuc properarent, in eorum vexillo picus consedit, atque hac de causa Picenus nomen accepit.

Valeria, cui est Nursia annexa, inter Vmbriam & Campaniam Picenumque consistit, quæ ab Oriente Samnitum regionem attingit. Huius pars occidua quæ ab vrbe Roma initium capit, olim ab Etruscorum populo, Etruria dicta est. Hæc habet vrbes Tyburim, Carsilis, Reate, Furconam, & Amiternum, regionemque Marsorum, & eorum lacum qui Fucinus appellatur. Marsorum quoque regionem ideo intra Valeriam prouinciam æstimo computari, quia in Catalogo prouinciarum Italiæ, minime ab antiquis descripta est. Idem cap. 20.

Samnium inter Campaniam & mare Adriaticum, Apuliamque à Piscaria incipiens habetur. In hac sunt vrbes, Theate, Aufidena, Hisernia, & antiquitate consumpta Samnium, à qua tota prouincia nominatur, & ipsa Idem ibidem.

harum prouinciarum caput ditissima Beneuentus. Porrò Samnites nomen accepere olim ab hastis quas ferre solebant, quasque Græci saunia appellant.

Idem cap. Apulia, cum sociata sibi Calabria *eidem Rectori subiecta*, ab Occidente vel Aurico habet Samnium & Lucaniam, à solis vero ortu Adriatico Pelago finitur. Habent vrbes satis opulentas Luceriam, Sepontum, Canusium, Agerentiam, Brundisium, & Tarentum, & in sinistro Italiæ cornu, quod quinquaginta millibus extenditur, aptam mercimoniis Hydruntum. Apulia autem à perditione nominatur, citius enim solis feruoribus terræ virentia perduntur.

Sicilia insula Thyrreno mari seu Ionio alluitur, de Siculi Ducis proprio nomine nuncupata. Sequitur Corsica insula, & non longe ab illa distans Sardinia, quæ vtræque Thyrrenis fluctibus ambiuntur. Porrò Corsica a Duce suo Corso. Sardinia à Sarde Herculis filio nominatur.

Idem cap. 22. [Certum est tamen Liguriam & partem Venetiæ, Æmiliam quoque Flaminiamque, veteres Historiographos Galliam Cisalpinam appellasse. Inde est quod Donatus Grammaticus in expositione Virgilij, Mantuam in Gallia esse dixit. Indeque est quod in Romana Historia legitur, Ariminum in Gallia constitutum. Siquidem antiquissimo tempore, Brennus rex Gallorum, qui apud Senonas vrbem regnabat, cum trecentis millibus Gallorum Senonum ad Italiam venit, eamque vsque ad Senogalliam, quæ à Gallis Senonibus vocitata est, occupauit.]

III. De Magistratibus Imperii per Italiam.

Hactenus Paulus Diaconus: nunc de harum prouinciarum magistratibus ex Notitia paucis dicendum. Omnes à Præfecto Prætorio Italiæ regebantur, & à duobus huius Vicariis, scilicet Vicario vrbis & Vicario Italiæ. Septem Vicario Italiæ, cuius sedes erat Mediolani, parebant: scilicet Venetia cum Istria, Rhætiæ duæ, Alpes Cottiæ, Æmilia, Flaminia cum Piceno Annonario, & Liguria. Decem aliæ Vicario vrbis Romæ: suntque Tuscia cum Vmbria, Campania, Picenum suburbicarium, Sicilia, Apulia cum Calabria, Brutia cum Lucania, Samnium, Sardinia, Corsica, & Valeria. Singularum Magistratus sic in Notitia numerantur. Quatuor sub Vicario Romæ Consulares, scilicet Consularis Campaniæ, Consularis Tusciæ & Vmbriæ, Consularis Piceni suburbicarij, & Consularis Siciliæ. Correctores duo, nempe Corrector Apuliæ & Calabriæ, & Corrector Brutiæ & Lucaniæ. Denique Præsides quatuor, hoc est, Samnij, Sardiniæ, Corsicæ, & Valeriæ. Sub Vicario autem Italiæ quatuor fuere Consulares; nimirum Consularis Venetiæ & Istriæ, Consularis Æmiliæ, Consularis Liguriæ, Consularis Flaminiæ Picenique annonarij. Tres etiam Præsides; primus Alpium Cottiarum, alter Rhætiæ primæ, & tertius Rhætiæ secundæ. Sed hæc satis de Notitia Ciuili Italiæ, cum instituti nostri non sit hocce in opere, nodos illius omnes soluere.

IV. Quot fuerint provinciæ Ecclesiasticæ per Italiam sex primis sæculis.

Nunc mihi de Ecclesiastica dicturo ante omnia in mentem venit obseruare, quòd licet iuxta diuisionem ciuilem septemdecim numerentur prouinciæ Italiæ, & septemdecim magistratus, qui eas sub Præfecto Prætorio & duobus Vicariis regerent: attamen Ecclesiam nonnisi duas prouincias ab initio, Romanam quippe & Mediolanensem, postea verò sex vsque ad finem sexti sæculi apud eam constituisse, Romanam, Mediolanensem,

Rauennensem,

Rauennensem, Aquileiensem, Syracusanam & Calaritanam. Harum Metro poles fuerunt Roma, Mediolanum, Rauenna, Aquileia, Syracusæ & Calaris: singulæque (si tamen Syracusanam excipias) plures prouincias ciuiles complectebantur. Neque enim repugnat, vt plures ciuiles in vnam Ecclesiasticam coalescant, aut contrà, vt intra ciuilem vnicam Ecclesiasticæ plures contineantur. Quæ autem in vnaquaque ciuiles fuerint, de singulis dicendo exponam.

V. ROMANVS PONTIFEX PRIMÆ ITALIÆ PRIMIS SÆCVLIS FVIT.
a Socr. hist. Eccl. l. 4 c. 11. Λιβέριος ἐπίσκοπος Ἰταλίας.

Sed prius obseruandum est Romanum Pontificem Exarchum seu Primatem fuisse primis sæculis totius Italiæ; eoque nomine huius septemdecim prouincias rexisse. Probabo ex Socrate, apud quem in epistola a Episcoporum Occidentalium ad Orientales, Liberius Papa dicitur Episcopus Italiæ. Quo enim alio, quam Exarchi iure, huiusce regionis dici potuit Episcopus: cum vniuersum Occidentem pro diœcesi habuerit, quatenus Patriarcha; & solam prouinciam Ecclesiasticam Romanam (quæ longè alios quàm Italia terminos habebat) in quantum Metropolitanus erat? Reuera sicut Gallicanas Synodos cogebant regebantque Primates Galliæ; & sicut Asiaticis, Ponticis & Thracicis præerant, Asiæ, Ponti & Thraciæ Exarchi; sic Primatis Italiæ officio fungens Romanus Pontifex Concilijs ex ea coactis præfuit, singularemque in Italia, quam extra huius limites non habebat, Primatis nomine iurisdictionem exercuit. Ægyptus prima Alexandrini Patriarchæ propria erat diœcesis, Oriens propriè dictus Antiocheni, & Romani proculdubio Italia: ac quemadmodum illi in Ægypto & Oriente Synodos cogebant, totamque diœcesim non Patriarchica tantum, sed etiam Exarchica authoritate regebant, sic Romanus Synodos ex vniuersa Italia congregabat, illiusque septemdecim prouincijs simili authoritate præerat. Quod si hæc ab eo, in quantum Summus Pontifex, aut Patriarcha erat, facta esse contendere quis velit, vnum dicam, scilicet haud conueniens esse supremæ Romani Pontificis, aut Patriarchicæ authoritati tribuere quod ei per vniuersam Italiam, absque suprema & Patriarchica authoritate, solo Primatis iure licuisset. Etenim hæc diœcesis suo Primate non caruit, sicut nec Gallia, nec Hispania, nec Britannia, nec Africa, nec Illyricus, quæ omnes Primates habuere. Quis autem præter Romanum Episcopum hac dignitate in Italia functus est? Non est sane quod eam Mediolanensi aut cuipiam alteri Italiæ Metropolitano tribuas, cum singuli vni tãtum prouinciæ Ecclesiasticæ præfuerint: Exarchus autem seu Primas superior esse debeat non vnius tantum prouinciæ Ecclesiasticæ, sed alicuius diœcesis ex pluribus Ecclesiasticis prouinciis constitutæ, vt iam ex Balsamone diximus. Plane fatendum est, quod sicut solus Romanus Pontifex plures sub se prouincias Ecclesiasticas & Metropolitanos habuit in Italia, solus etiam in ea verè Primas per sex prima sæcula fuit.

VI. VARIA EPISCOPI ROMANI NOMINA.

Si quis autem cur is tot honoris titulis, scilicet Pontificis summi totius Ecclesiæ, Patriarchæ & Primatis, à nobis insignitus sit miretur, desinat: cùm ex communi Philosophorum sententia, Entia superiora omnes inferiorum perfectiones in se vnitas contineant; viuens perfectiones entis simplicis, animal perfectiones viuentis & entis simplicis, & rationale perfectiones animalis viuentis & entis simplicis. Vnde cum Episcopus Ecclesiæ Romanæ, Antistitum omnium caput & Pontifex fuerit & sit, mirum esse non debet, si ho-

E

rum omnium nomina, ſicut authoritatē poſſideat. Nec hoc magis repugnare videtur ſupremæ illius authoritati, quam quod Galliarum Rex, plurimarum regionum, in quas regiam & ſupremam poteſtatem exercet, Dux prætcrea, Marchio, Comes & Baro dicatur. Imò par eſt omnino ratio, & ſicut Rex Chriſtianiſſimus vltra regiam poteſtatem, quamdam propriam habet, quatenus Dux eſt Aquitaniæ, & Comes Campaniæ, in Aquitania & Campania; ſic Romanus Pontifex præter ſupremam & vniuerſalem poteſtatem, qua caput Eccleſiæ conſtituitur, propriam habet Patriarchalem in Occidente, & propriam Exarchicam in Italia. Addam mox & Motropolitanam in prouincia Romana, & Epiſcopalem in ſua parœcia. Tanto verò probabilior eſt ſententia illa, quod dignitatum Eccleſiaſticarum iura & priuilegia diſtincta ſint, vt in proœmio annotauimus, & alibi fuſius probabitur: adeo vt planè alia munia ſint ſummi Pontificis, alia Patriarchæ, alia Primatis, alia Metropolitani, alia tandem Epiſcopi.

VII. De Provincia Romana. Iam ad ſingularum prouinciarum Eccleſiaſticarum illuſtrationem veniamus. Inter eas Romana prima eſt & amplitudine & dignitate. Prouinciā autem Romanam appello, quam Romanus Pontifex, non ſupremo, Patriarchico, aut Exarchico iure adminiſtrabat, ſed Metropolitico. In qua nempe ſolus poterat Epiſcopos ordinare, Eccleſias inſtituere, lites inter Epiſcopos & Clericos dirimere, Concilia prouincialia celebrare, aliaque eiuſmodi Metropolitanorū munia obire. Huius Metropolis Roma, quæ etiam caput mūdi, mater vrbium, orbis Romani gloria, ſedes fortunæ & Imperij, theatrum dignitatis, thronus Sacerdotij, religionis norma, ſedeſq; Romani Pontificis, qui huius proprius Epiſcopus ſemper fuit, in ea ſolus ordinans Clericos, ſolus ſacramenta per ſe vel per alios miniſtrans, fideleſque Epiſcopali authoritate ſolus gubernans; adeo vt nullus præter eius conſenſum ne quidem Miſſas celebrare poſſet in Eccleſia Romana, vt dicitur in fine Synodi tertiæ Romanæ ſub [a] Symmacho his verbis. [Quiſquis verò Clericorum poſt hanc formam à nobis prolatam, quocumque ſacrato Deo loco, in Eccleſia Romana Miſſas celebrare præſumpſerit, præter conſcientiam Papæ Symmachi, dum viuit, ſtatutis canonicis velut ſchiſmaticus percellatur.]

a Synod Rom. 3. ſub Sym.

Si antiquum petas Codicem, apud quem de hac prouincia ſermo ſit, Vaticanum peruetuſtum proferam, apud quem ſextus Canon Nicænus ſic legitur. [b] *De Primatu Eccleſiæ Romanæ, & aliarum Ciuitatum Epiſcopis.* [*Antiqui moris eſt, vt Epiſcopus vrbis Romæ habeat principatum, vt ſuburbicaria loca, & omnem prouinciam ſuam ſolicitudine gubernet.*] O verba ſingulari obſeruatione digna! Certum eſt ex communi hiſtoriæ Eccleſiaſticæ peritorum conſenſu, hoc canone Patriarchis Metropolitiſque ius Patriarchale habentibus præcipi, vt antiquas in ſua Diœceſi ſeruent conſuetudines: ſed præter hoc, vnum maxime notandum aduerte, quod in eo duæ diœceſes aſſignentur Romano, ſcilicet eius prouincia, quæ eſt Metropolitana, & ſuburbicaria loca, quæ ſunt Patriarchica. Per hæc intellige vniuerſum Occidentē, qui ex hoc ritè ſuburbicarius dici poteſt, ratione Patriarchæ Romani, licet apud Iuriſconſultos in alio ſenſu vſurpetur, quod ſub vrbe, in qua thronus illius eſt, ſit, eiq; ſubiectus. Etenim ſuburbicarij notio, vt rectè obſeruauit doctiſſimus Sirmūdus, pro rerū ad quas refertur varietate anguſtior laxiorq; ſine dubio eſſe poteſt. Et ſicut Eccleſiæ ſubiectæ Patriar-

b Canon 6. Nicæn.

chæ Constantinopolis Constantinopolitanæ dicebantur, sic Suburbicanæ quæ ab Episcopo Vrbis regebantur. Per prouinciam vero, de qua nunc agimus, intelligendus est tantum is Italiæ tractus, cuius Ecclesiæ siue Episcopales, siue alterius generis, Romano Episcopo vt Metropolitano parebant; & quarum Prælati vrbis Romanorũ Epicopi vocantur apud a Eusebium; & apud b Theodoretum, Episcopi Romæ. Ea autem quam longe diffusa fuerit vsque ad tempora Gregorij Papæ iam probandum est, quodque sex primis sæculis complexa sit Tusciam cum Vmbria, Campaniam, Picenum Annonarium & Suburbicarium, Valeriam, Samnium, Apuliam cum Calabria, Brutiam cum Lucania, & Corsicam. Hæc mea sententia est, quam haud communem esse non diffiteor, veram tamen multis rationibus adductus conijcio, & sic omnium oculis subijcio.

a Euseb lib. [illegible] Οἱ κτ τῆς Ῥω- μαί [illegible] τῶν Ῥωμαίων [illegible]. b Theod. lib. [illegible] Ἡ ἀρχὴ [illegible] [illegible] Ῥώμης [illegible].

Primùm desumam argumentum e Notitia Ecclesiæ Romanæ, quam ex antiquo Vaticano codice dedit nunquam satis laudatus Cardinalis Baronius ad annum 1057, & cui penè similem reperi in Bibliotheca Thuana, cum ex ea certum sit Episcopos vtriusque Latij, Tusciæ, vtriusque Piceni, Vmbriæ, Valeriæ & Samnij inter eius limites adhuc fuisse tempore illo quo facta est. In hac patet inter Romanos suffraganeos, Florentiæ & Fani fortunæ Antistites numerari, quorum ille est Tusciæ Annonariæ, hic Piceni Annonarij: item Episcopos Lunensem & Ariminensem, quorum vterque ducentis ferè millibus Roma distat: nec non & alios in Campania Latina, alios in Marsis & in Vmbria, alios in Tuscia & Piceno. Id autem cum sola lectione dignoscatur, eam hic referre conueniens est.

VIII. NOTITIA ANTIQVA PROVINCIÆ ROMANÆ.

[Sunt in Ecclesia Romana quinque Ecclesiæ Patriarchales. Prima est Ecclesia Lateranensis, quæ & Constantiniana, & Basilica Saluatoris diuerso nomine nuncupatur. Hæc habet septem Cardinales Episcopos, hosque dictos Episcopos collaterales, itemque & Hebdomadarios, eo quod singulis hebdomadibus per vices expleant munus Pontificis. Episcopi Cardinales erant hi: Episcopus Ostiensis, Episcopus Portuensis, Episcopus sanctæ Rufinæ siue Siluæ Candidæ, Episcopus Albanensis, Episcopus Sabinensis, Episcopus Tusculanus, Episcopus Prænestinus.

Alia Patriarchalis est sanctæ Mariæ, maior dictá, quæ habet septem Cardinales Presbyteros, scilicet Cardinalem SS. Apostolorum Philippi & Iacobi, S. Cyriaci in thermis, S. Eusebij, S. Pudentianæ, S. Vitalis, SS. Petri & Marcellini, & S. Clementis.

Alia Patriarchalis Ecclesia S. Petri, in qua item septem sunt Presbyteri Cardinales, scilicet sanctæ Mariæ trans Tyberim, sancti Chrysogoni, sanctæ Cæciliæ, sanctæ Anastasiæ, sancti Laurentij in Damaso, sancti Marci, sanctorum Martini & Siluestri.

Alia Ecclesia Patriarchalis est Basilica sancti Pauli, in qua sunt Cardinales Sanctæ Sabinæ, sanctæ Priscæ, sanctæ Balbinæ, sanctorum Nerei & Achillei, sancti Sixti, sancti Marcelli, sanctæ Susannæ.

Quinta Patriarchalis erat sanctus Laurentius extra muros, in qua sunt hi Cardinales, sanctæ Praxedis, sancti Petri ad Vincula, sancti Laurentij in Lucina, sanctorum Ioannis & Pauli, sanctorum quatuor Coronatorum, sancti Stephani in monte Cœlio, sancti Quiriaci.

His autem Patriarchalibus Ecclesiis præfecti erant hi: Lateranensi, primus Episcopus collateralis: sanctæ Mariæ maiori, Archipresbyter Cadinalis: S. Petro, Archipresbyter Cardinalis. Ecclesiæ sancti Pauli, Abbas Cardinalis: Ecclesiæ sancti Laurentij, Abbas Cardinalis.

Sunt præter Titulos, Diaconiæ, ijsque Præfecti Diaconi Cardinales dicti Regionarij, ijdemque numero duodecim: Diaconiis Regionariis præfecti item Diaconi Palatini sex. Hi præsunt Diaconiis, quæ sunt sancta Maria in Dominica, cui præest Archidiaconus, sancta Lucia ad septem solia, sancta Maria noua, sancti Cosma & Damianus, sanctus Hadrianus, sancti Sergius & Bacchus, sanctus Theodorus, sanctus Georgius, sancta Maria in schola Græca, sancta Maria in Porticu, sanctus Nicolaus in Carcere, sanctus Angelus in Foro piscario, sanctus Eustachius, sancta Maria in Aquiro, sancta Maria in via lata, sancta Agatha in equo marmoreo, sancta Lucia in capite Suburræ, sanctus Vitus in Macello. Est munus Diaconorum Regionariorum cantare Euangelium in Stationibus. Palatini cantant Euangelium in Ecclesia Lateranensi.

Subdiaconi sunt omnes numero viginti & vnus. Septem Regionarij qui Epistolas & Lectiones cantant in Stationibus. Septem Palatini, qui idem munus præstant in Ecclesia Lateranensi. Septem alij qui dicuntur Schola Cantorum, qui cantant tantummodo, quando Summus Pontifex celebrare consueuit.

Sunt in vrbe Abbatiæ viginti duæ, videlicet sancti Cæsarij in Palatio, sancti Gregorij in Cliuo Scauri, sanctæ Mariæ in Auentino, sancti Sabini Episcopi, sanctorum Alexij & Bonifacij, sanctorum Priscæ & Aquilæ, S. Sabbæ, sancti Tiburtij, sanctorum Cosmæ & Damiani in vico aureo, S. Siluestri inter duos hortos, sanctæ Mariæ in Capitolio, S. Basilij iuxta Palatium, sanctæ Agathæ, S. Laurentij in Paneperna, S. Thomæ iuxta forum Claudij, sancti Blasij inter Tyberim & Portam sancti Petri, S. Trinitatis Scotorum, S. Valentini iuxta Pontem, sanctæ Mariæ in capite aureo, sanctæ Mariæ in Pallaria, sanctæ Mariæ iuxta sanctum Petrum ad Vincula.

Insuper præter septem Collaterales Episcopos, erant alij Episcopi, qui dicuntur Suffraganei Romani Pontificis, nulli alij Primati vel Archiepiscopo subiecti, qui frequenter ad Synodos vocarentur. In Campania, Tiburtinus, Anagninus, Signinus, Ferentinus, Alatrinus, Verulanus, Soranus, Fundanus, Caietanus, Tarracinus. In Marsis sunt hi: Furconensis, Marsicanus, Valuensis, Theatinus, Pennensis, Aprutinus. In Thuscia sunt hi: Nepesinus, Sutrinus, Ciuitensis, Hortanus, Balneoregiensis, Vrbeuetanus, Viterbiensis, Castrensis, Suanensis, Clusinus, Perusinus, Castellanus, Aricinus, Grostetanus, Volaterranus, Senensis, Lucanus, Pistoriensis, Florentinus, Fesulanus, Lunensis. In Vmbria & Marchia: Spoletanus, Assisinus, Fulginus, Nucerinus, Eugubinus, Reatinus, Tudertinus, Amerinus, Narniensis, Interamnensis, Esculanus, Firmanus, Camerinensis, Auximanus, Numanus, Anconitanus, Esinus, Senogalliensis, Fanensis, Pisauriensis, Forosempronienfis, Calliensis, Vrbinas, Ariminensis, Ferentanus.]

IX. Antiqui limites Provinciæ Romanæ.

Hæc ex Notitia antiqua prouinciæ Romanæ. At cui, hac attentè considerata, statim in mentem non veniet Romanum Episcopum, vt iam dixi-

mus, per Tusciam & Vmbriam, Picenum Annonarium & Suburbicarium, Valeriam, Samnium & vtrumque Latium, eo tempore quo facta est, authoritatem Metropolitæ habuisse, cum sedes Episcopales in ea recensitæ omnes apud illas prouincias sitæ sint. Res adeo clara est, vt ne minimum quidem hæreat animus. In hoc Notitia illa deficit, quod adeo antiqua non sit, vt ex ea status Romanæ prouinciæ per sex prima sæcula dignoscatur. Hanc ante quingentos annos factam esse arbitror & ante Vrbanum secundum, qui eius amplitudinem iam multum imminutam arctioribus limitibus contraxit, noua prouincia intra huius fines constituta. Vnde, vt obseruatum est à peritissimo rerum Ecclesiasticarum scriptore, Innocentius tertius post eum de officio Vicarij agens, specialem prouinciam Romani Pontificis inter Capuanam & Pisanam ponit. Vrbani exemplum sequuti successores, plures adhuc Metropoles & prouincias in ea erexere: Martinus quintus Florentinam, Pius secundus Senensem, Paulus tertius Vrbinatem, Sixtus quintus Firmanam, & alij alias. Quod si ad prima Ecclesiæ sæcula redeamus, eiusque terminos per illa tempora, hoc est ad finem vsque sexti, mortemque Gregorij primi disquiramus, hanc proculdubio longius fusam reperiemus. Tunc enim alias omnes prouincias vsque ad fretum Siculum complexa est; Idque his paucis, sed valde probabilibus argumentis conijcio.

Nemo negabit Romanum Episcopum tunc harum omnium fuisse Metropolitam, si nullus erat apud eas proprius, cùm his vicinior fuerit cæteris Italiæ Metropolitis, quibus nec eas subditas fuisse certissimum est. At hac ætate nec in Campania, nec in Lucania, nec in Apulia, nec in Calabria, nec in Brutia vllus Metropolita proprius fuit: vnde & has omnes Romano Pontifici paruisse tanquã Metropolitæ asserere prorsus necesse est. Si in iis quidam Metropolitæ proprij authoritatem habuissent sex primis sæculis, certe legerentur horum nomina in subscriptionibus antiquorum Conciliorum Italiæ: & sicut Episcopi Metropoleωn Mediolani, Aquileiæ, Rauennæ Syracusarum & Calaris, semper ante alios subscripti reperiuntur, vel saltem ante Episcopos suæ cuiusque prouinciæ; ita harum prouinciarum Metropolitæ primi subscripsissent inter eos, vel saltem inter Episcopos Campaniæ, Lucaniæ, Brutiæ, &c. fuissentque vel Capuanus Episcopus, vel Rhegiensis, vel Consantinus, vel Tarentinus, vel Neapolitanus, vel Beneuẽtanus, qui in primariis vrbibus sedebant: sed nec inter Metropolitanos Mediolani, Rauennæ, Aquileiæ, Syracusarum & Calaris, nec proximè post eos; nec primi suæ cuiusque prouinciæ in Concilijs Italiæ vlli ordinariè subscripserunt Episcopi, ne quidẽ Capuanus, Tarentinus, Rhegiensis, Consantinus, Neapolitanus & Beneuentanus; proindeque nec eos per illa tempora Metropolitas fuisse asseuerandum est. Veritas hæc clara est in Conciliis Italiæ sub Symmacho, quibus Episcopi Mediolani, Rauennæ & Syracusarum semper primi, & ante alios, subscripserunt, nullique alij, quos Metropolitas fuisse quam minimum conijcere sit. Hanc tamen confirmabo ex subscriptionibus Epistolæ Synodicæ Concilij Occidentalis sub Agathone octoginta circiter annis post Gregorium magnum celebrati: cùm in ea Agnellus Neapolis, Barbatus Beneuenti, & Decorosus Capuæ vltimi subscribant inter Episcopos Campaniæ. Fateor Iulianum Consantiæ, quæ

nunc eſt Metropolis, primum ex prouincia Brutiorum huic ſubſcripſiſſe: ſed nihil inde, cum eſſet adhuc Conſantia Suffraganea Rhegij ſub Iconomachis, quando Rhegium à Patriarchatu Romano auulſum eſt, vt in Notitia Conſtantinopolitana Leoni tributa legitur.

Sed huic valde probabili rationi, alio firmiſſimo argumento lucem addamus. Cum ex communi placito Philoſophorum cauſæ per effectus inueſtigandæ ſint, nulla proculdubio certior via eſt inquirendarum Metropole in Campaniæ, Apuliæ, Calabriæ, Lucaniæ & Brutiæ, quam per effectus, hoc eſt, per res geſtas, & ea munia, quæ Metropolitani ex officio exercere ſolent & tenentur: adeo vt hi ſoli pro Metropolitis habendi ſint, qui ea obierunt, & nuſquam alij, in quorum actibus ſimilis authoritatis ne minimum quidem veſtigium apparet. At ſolus Romanus Pontifex per illas prouincias dictis temporibus veri Metropolitani muneribus functus eſt, & nullus Epiſcopus quidquam ſimile exercuit. vnde certum eſſe videtur, hūc ſolum tunc & neminem alium verè apud illas fuiſſe Metropolitanum. Quod autem nullus præter Romanum Pontificem per ea tempora Metropolitæ munus obierit, ſic conijcere eſt. Metropolitanorum officium erat, vt in proœmio diximus, Epiſcoporum electionibus præſidere, electoſque conſecrare per ſe vel per alios, eoſdem Epiſcopos delinquentes deponere vel alijs pœnis Canonicis ſubijcere, Concilia ex prouincia conuocare iiſque præeſſe, Patriarchæ mandata recipere, ac de iis poſteà Suffraganeos certiores facere. Ea ſunt vera, certaque Metropolitarū munia, vt apud omnes certum eſt. At quis per ſex prima ſæcula dictaſque prouincias, Campaniæ, Lucaniæ, Brutiæ, Calabriæ, Apuliæ & Corſicæ talia obiit præter Romanum Pontificem per ſe vel per Vicarios? Ita eſſe, vt inductione probetur, longum eſſet ſex illa ſæcula percurrere: nec ſane videtur neceſſarium: ſatis erit ſi de tempore beati Gregorij magni probemus, cum certum ſit Metropoles, quæ ante illum erant, ab eo ſublatas, ſuoque honore ſpoliatas non fuiſſe. Quis vnquam Epiſtolas huius magni Pontificis legit, nec obſeruauit hunc præcipere [a] Anthemio Subdiacono, vt Amalfitanum Epiſcopum in Campania, quem in Eccleſia ſua non reſidere didicerat, ſi ita eſſe reperiret, in Monaſterio recluderet: & vt [b] Amandum electum Epiſcopum Surrentinæ Eccleſiæ in eadem prouincia, Romam mitteret: Felici Epiſcopo [c] Acropolitano in Lucania, vt Buxentinam & Blandanam Eccleſias Epiſcopales eiuſdem prouinciæ viſitaret: Ioanni Epiſcopo [d] Scyllatienſi, vt Crotonenſi, Taurianenſi & Thurienſi Eccleſijs in Brutia idem viſitationis officium impenderet, ac in eis Epiſcopos eligi curaret: Ioanni [e] Callipolitano, vt Andream Epiſcopum Tarentinum deponeret, ſi hunc concubinam habuiſſe dignoſceret: Et Petro [f] Epiſcopo Hydruntino in Calabria, vt per Brunduſinam & Callipolitanam Eccleſiās in eadem prouincia viſitationis munus obiret, eiſque Epiſcopos faceret eligere: Felici [g] Siponrino in Apulia, vt Canuſinam Eccleſiam in eadem prouincia viſitaret, eique duos parochiales Presbyteros præficeret: Denique Bonifacio [h] Defenſori Corſicæ, vt quamprimum Aleriæ & Adiacio eiuſdem Inſulæ vrbibus Epiſcopos curaret eligendos, electoſque Romam ordinandos mitteret? At quis neſcit hæc omnia vera ordinariaque Metropolitanorum munia fuiſſe, eoſque à quibus geſta vel mandata ſunt ſemper pro Metropolitis habitos; ac proinde

a Greg. mag. lib. 5. indict. 14. epiſt. 25.
b Idem lib. 8 indict. 5. ep. 18
c Lib. 2. indict. 10. ep 29.
d Lib 2. indict. 10. ep 27.
e Lib. 1: indict. 11. ep 4.
f Lib. 5. indict. 14: ep 21.
g Lib. 1. epiſt. 51. indict. 9.
h Lib. 9. Indict. 4. epiſt 74

non videt hinc quasi certò inferendum esse vnum Episcopum Romanum per id temporis Metropolitanum fuisse harum omnium prouinciarum, nullumque earum Episcopum per hæc tempora Archiepiscopali authoritate donatum? Id sane tantò verisimilius est, quòd semper pro Ecclesiarum priuilegijs Gregorius magnus acriter pugnarit, diligenterque cauerit, ne iura Metropolitanorum læderentur, vt ipsemet testatur in epistolis, ac primum Virgilio [a] Arelatensi, hunc Vicarium Apostolicæ sedis instituens, his verbis: [Itaque fraternitati vestræ vices nostras in Ecclesijs, quæ sub regno sunt præcellentissimi filij nostri Childeberti, iuxta antiquum morem Deo authore committimus: singulis siquidem Metropolitanis, secundum priscam consuetudinem, proprio honore seruato.] Item: [b] [Absit à me, vt statuta maiorum consacerdotibus meis, in qualibet Ecclesia infringam; quia mihi iniuriam facio, si fratrum meorum iura perturbo.] Ac iterum: [c] [Si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed euersor esse iustè probarer, testante veritatis voce, quæ ait: Omne regnum in seipso diuisum non stabit.]

a Epist. 5. ad Virg. Arelat. c. 3. Conc. Gall.

b Idem lib. 2. ind. 10 ep. 37.

c Idem lib. 10. ep. 31.

Fateor Rhegium Brutiorum Metropolim factum fuisse ante Iconomachorum tempora, cum id a Patriarchatu Romano auulserint, Metropolisque nomine subiecerint Constantinopolitano, vt videre est in Notitia Græca manuscripta Regiæ bibliothecæ, Leonis Iconomachi tempore facta. Sed cum nulla præter eā ibi designetur Metropolis hisce in prouincijs, inter auulsas à Romano Patriarchatu, nullam etiam apud eas tunc fuisse pro certo habendū videtur. Aliæ si fuissent, has item proculdubio sedi Constantinopolitanæ subiecissent Græci Imperatores, sicut subjecerunt Hydruntum, & sanctam Seuerinam, postquam ad honorē Metropoleωn euectæ fuerunt ab huius vrbis Patriarcha, cum parem in eas haberent authoritatem, ac in Rhegium, hisque prouincijs omnibus imperarent. Nec est tamen quod censeas istas, hoc est S. Seuerinam & Hydruntum, quæ in Diatyposi Constantinopolitana apud Leunclauium leguntur, ante Iconomachos Metropoles fuisse, cum inter auulsas à Romano Patriarchatu haud recenseantur. Ideo enim illas, sicut & plures alias quæ in eadem Notitia vulgò Leoni Philosopho tributa reperiūtur, honore isto posterioribus tantum sæculis insignitas fuisse à Græcis Imperatoribus, existimandum est. Dixi vulgò Leoni tributa, quia reuerà per Leonem eo modo edita non est, quo apud Leunclauium legitur: idque satis ex hoc patet, quod plures ciuitates nonnisi post illum Imperatorem Metropoles factæ fuerint, vt sola lectione dignoscitur, quæ tamen apud eam antiquis annumerantur, licet nullatenus hoc cum nomine legantur in alia manuscripta Bibliothecæ Regiæ longe antiquiori, & quam, vt verisimilius sub Leone factam, ad calcem huius operis dabimus.

De Capua forsitan dubitatio erit, cum æmula quondam fuerit Romæ, teste [d] Cicerone, Metropolisque dicatur totius Campaniæ ab [e] Athanasio. At licet non repugnem, quin inter celebriores Italiæ Metropoles Ciuiles recenseatur; (idque tantùm voluit Athanasius, qui etiam Coloniam Agrippinam Metropolim superioris Galliæ vocat, licet Archiepiscopalis non fuerit, nisi sub Bonifacio Germaniæ Apostolo) Tamen quod huiusce Notitiæ temporibus, hoc est, ante finem sexti sæculi, Metropolis Ecclesiastica non

d Cic. Orat. 2 contra Rullum

e Athan. epist. ad Solitar.

[illegible] Καπ[illegible] μητρόπολις [illegible] Γερμανίας, [illegible] Ἀγριππίνης, [illegible] μητρόπολις [illegible]

a Leo Ostien. l. 2. c. 9.

fuerit, clarè videtur apud Leonem ᵃ Ostiensem, qui eam honore isto à Ioanne decimotertio donatam fuisse scribit circa annum nongentesimum septuagesimum primum, dum ait: [Huius Abbatis nono decimo anno, Ioannes Papa de Roma exiliatus, venit Capuam, & rogatus à præfato Principe Pandulfo, tunc primum in eadem ciuitate Archiepiscopatum constituit: consecrato ibi Ioanne fratre eiusdem Principis Archiepiscopo. Post quem Donnus Leo huius cœnobij Monachus in eadem ciuitate, quatuor annis & dimidio Archiepiscopatu functus.] Subdit illustrissimæ memoriæ Cardinalis Baronius ciuitatem illam ante omnes alias regni Neapolitani Metropolim factam fuisse, idque se in monumentis Ecclesiarum huiusce regionis obseruasse asserit. Hanc autem coniecturam adeo probabilem confirmabo ex perantiqua Notitia Metropoleωn Italiæ in vetusto Codice Thuano, quo hæ quinque Metropoles tantum recensentur.

[In prouincia Etruria, siue Tyrrea, numerantur ciuitates
Ciuitas Romensium Metropolis.
In prouincia Capuensi
Ciuitas Capuensis Metropolis inuenitur.
In prouincia Flaminiensi, ciuitates numerantur
Ciuitas Rauennensium Metropolis.
In prouincia Venetiensi & Histriensi numerantur
Ciuitas Aquileiensium, ipsa est Forum Iulij.
In prouincia . . . . seu Liguriensi, ciuitates numerantur viginti.
Ciuitas Mediolanensium Metropolis.

Hæc habet Notitia antiqua, ex quibus patet euidenter Capuam primam Metropolim in continenti Italiæ factam fuisse post Romam, Mediolanum, Rauennam & Aquileiam. Obstare tamen videtur Notitia alia antiqua Bibliothecæ Regiæ temporibus Photij Patriarchæ Constantinopolitani facta, dum ait Rhegitanam Metropolim iam tunc auulsam fuisse a Patriarchatu Romano. Is enim vixit seditque Constantinopoli, dum in ea celebrata est Synodus octaua generalis, anno octingentesimo sexagesimo nono: Capua verò nonnisi anno nongentesimo septuagesimo primo Metropolis facta est: vnde nihil circa hoc certi videtur esse, quod asseueremus. Sed satis de prouincia Romana, nunc de alijs dicendum.

X.
MEDIOLANVM METROPOLIS.
b Procop. rerum Gothic. lib. 1.
c Liuius lib. 5. D. 1.

Prouincia Mediolanensis secunda post Romanam in Italia, sic dicta à Mediolano, quod huius Metropolis fuit. [Mediolanum autem, ᵇ inquit Procopius, vrbs à Liguribus habitata, medio ferè inter Rauennam & Alpes, quæ in Galliarum confiniis sunt, sita est itinere. Princeps inter Occidentis vrbes post Romam, tam magnitudine quam incolarum frequentia, & cæteris fortunæ bonis.] De huius origine tradit ista Liuius. ᶜ [Sigouesus Bituriges, Aruernos, Heduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos exciuit. Ipsi per Taurinos saltumque inuiæ Alpis transcenderunt in Italiam; fusisque acie Tuscis, haud procul Ticino flumine in agro Insubrum vrbem condidêre, quam Mediolanum appellarunt.] Sed quid ad hanc Metropolim paucis describendam conuenientius isto Epigrammate Ausonij Poetæ?

Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumeræ cultæque domus, facunda virorum
Ingenia, antiqui mores: tum duplice muro

Amplificata loci species, populique voluptas
Circus, & inclusi moles cuneata theatri,
Templa, Palatinaque arces, opulensque moneta,
Et regio Herculei celebris sub honore lauacri,
Cunctaque marmoreis ornata peristyla signis,
Mœniaque in valli formam circumdata limbo.
Omnia quæ magnis operum velut æmula formis
Excellunt, nec iuncta premit vicinia Romæ.

Quæ autem Gallorum tempore Metropolis Insubrum erat, eadem, his post Alpes reiectis, Italiæ Metropolis dicta est, vt legitur apud [a] Athanasium epist. ad Solitarios, qua nominato Dionysio Mediolanensium Episcopo, hæc addit: [Est autem Mediolanum Metropolis Italiæ.] Rectè sane Italiæ, cùm prouincia, quam Mediolanensem vocamus, Italia propriè post Constantini diuisionem nominata sit. Ab hoc Imperatore, vel saltem Theodosio, in septemdecim prouincias Italiam diuisam esse supra diximus, harumque decem vrbis Vicario paruisse, & septem alias, scilicet Venetiam cum Istria, Æmiliam, Liguriam, Flaminiam cum Piceno Annonario, Alpes Cottias, Rhætiam primam & Rhætiam secundam Vicario alteri, cuius sedes erat Mediolani. Addam nunc has septem prouincias Italiæ nomine speciatim donatas fuisse: & licet id satis probauero, si hunc Vicarium, Italiæ Vicarium dictum fuisse ex Notitia Imperij proferam, cum nulla alia ratio istius denominationis afferri possit, quam quod huius diœcesis Italia erat; tamen pluribus testimoniis hanc veritatem certiorem faciam. Testem vocabo D. Athanasium, quem distinguentem Episcopos Italiæ ab Episcopis Romæ, Campaniæ, Calabriæ, Apuliæ & Brutiæ, legere est in [b] epistola iam laudata. Hincque factum, vt Episcopi prouinciæ Mediolanensis, qui subscripserunt Conciliis Arelatensi & Sardicensi, dicātur ex prouincia Italiæ. Sic in subscriptionibus Sardicensis habetur: [Prothasius ab Italia de Mediolano, Vrsatius ab Italia de Brixia, Fortunatianus ab Italia de Aquileia, Lucillus ab Italia de Verona.] Ac ne putes hos ab Italia dictos, quatenus Italia sumitur pro toto illo tractu, qui ab Alpibus ad fretum Siculum extenditur; sic ibidem subscripserunt Episcopi aliarum decem prouinciarū. [Vincentius a Campania de Capua, Ianuarius à Campania de Beneuento, Calepodius à Campania de Neapoli, & Stercorius ab Apulia de Canusio.] Hac prouinciarum suarum denominatione satis testantes, solos prouinciæ Mediolanensis Episcopos ex Italia propriè dicta tunc censeri. At quis nescit idem prius obseruatum esse in subscriptionibus Concilij Arelatensis primi, in quibus hæc leguntur: [Ex prouincia Italiæ ciuitate Mediolanensi Merocles Episcopus: Ex prouincia Campaniæ de ciuitate Capuensi Proterius Episcopus: Ex prouincia Apuliæ de ciuitate Arpiensium Pardus Episcopus.] Vnde nec dubitari potest quin prouincia Mediolanensis primis sæculis dicta sit prouincia Italiæ, sicut & Mediolanum eiusdem Italiæ Metropolis. Albam vrbem, cuius Dionysius erat Episcopus, Italiæ Metropolim dictam esse apud [c] Socratem, non ignoro; sed Mediolanum per Albam intelligendum esse satis explicat D. Athanasius, dum loco [d] iam citato eumdem Dionysium Mediolanensem primariæ vrbis Italiæ Episcopum vocat.

[a] Athan. epist. ad Solit. Διονύσιος ἀπὸ Μεδιολάνου, ἔστι δὲ αὕτη μητρόπολις τῆς Ἰταλίας.

[b] Athan. epist. ad Solit. Ἀπό τε τῆς μεγάλης Ῥώμης καὶ τῆς Ἰταλίας πάσης, Καλαβρίας τε, Ἀπουλίας, καὶ Καμπανίας, Βρυτίας τε καὶ Σικελίας.

[c] Socrat. lib. 2 c. 19. Διονύσιός τε καὶ Εὐσέβιος, ὧν ὁ μὲν Ἄλβας τῆς Ἰταλῶν μητροπόλεως ἐπίσκοπος ἦν.

[d] Athan. epist. ad Solit. vt sup.

Quinam autem huius prouinciæ limites fuerint si quæras; non eosdem di-

cam qui nunc ſunt, ſed multò ampliores, maximè ante inſtitutionem Metropoleωn Rauennenſis & Aquileienſis. Siquidem epiſtolæ Synodicæ Euſebij Mediolanenſis ad Leonem magnum Romanum Pontificem, inter eius Suffraganeos, non Liguriæ ſolum Epiſcopi, Ticinenſis, Laudenſis, Comenſis & reliqui, ſed etiam alij vicinarum prouinciarum præſules cum his ſubſcripſerunt; nimirum Regienſis, Placentinus & Brixillenſis ab Æmilia; Curienſis & Auguſtanus è Rhætia: denique Taurinas & Dertonenſis ex Alpibus Cottiis. Diuus Ambroſius Conſtantio Epiſcopo Eccleſiam Forocorneli enſem quaſi ſolicitudini ſuæ creditam commendat in [a] Epiſtolis, his verbis: [Commendo tibi, fili, Eccleſiam quæ eſt ad Forumcornelij, quo eam de proximo interuiſas frequentius, donec ei ordinetur Epiſcopus. Occupatus diebus ingruentibus Quadrageſimæ, tam longè non poſſum excurrere.] Hæc autē ſcribens ſatis indicat Eccleſiā illam quæ ſecundū quoſdam in Flaminia erat, vel, ſi Paulo Diacono credimus, in extremis finibus Æmiliæ, etiā tunc ad prouinciam ſuam ſpectaſſe, quæ poſtea ſub Gregorio magno ſuffraganea fuit Rauennenſis Metropolitæ, qui huius Epiſcopum ordinauit: vt legere eſt in Epiſtolis [b] eiuſdem Gregorij. Bononiam quoque in ea fuiſſe docet idem Ambroſius epiſtola [c] ad Epiſcopos Italiæ, de ſanctis Vitale & Agricola, cum paſſos eſſe ait in ciuitate Bononia prouinciæ Italiæ. Nec dubitandum credo quin etiam Aquileia Mediolanenſi Epiſcopo ſubiecta eſſet temporibus Concilij Sardicenſis, cum in eius ſubſcriptionibus Fortunatianus huius Epiſcopus ex prouincia Italiæ dicatur. An autem adhuc ita fuerit ſub Ambroſio Mediolanēſi, non adeo probabile exiſtimo, (licet Concilio Aquileienſi præfuiſſe videatur) cum in actis eiuſdem Concilij, Valerianus Aquileienſis Epiſcopus ante illum nominetur. Nec inde poteſt inferri ciuitates, quibus Concilia celebrata ſunt, Metropolitanis ſubiectas fuiſſe, qui ipſis præfuerunt: cum Cyprianus Burdegalenſis Metropolitanus Concilio primo Aurelianenſi, & Lupus Lugdunenſis tertio etiam Aurelianenſi præfuerint, nec tamen Aurelia Burdegalæ vel Lugduno fuerit ſubiecta.

a Ambr. epiſt. 19.

b Greg. lib. 6. ep. 39. indict. 15.

c Ambr. ep. ad Epiſcopos Italiæ de ſanctis Vitale & Agricola.

Quamuis autem primi hi fuerint limites Mediolanenſis prouinciæ, adeo vt nulla alia Romam inter & Mediolanum Metropolis in tota Italia intercederet; attamen imperante, vt ferūt, Valentiniano tertio, huic Flaminia, necnon Æmilia ſaltem maiori ex parte, ademptæ ſunt, quando Rauennenſis Metropolis inſtituta eſt; ſicut Venetia & Iſtria in erectione Metropolis Aquileienſis. Poſterioribus ſæculis Innocentius ſecundus Genuenſem, Eugenius quartus Venetam, Sixtus quartus & Leo decimus Taurinatem, Gregorius decimus tertius Bononienſem, & alij alias ciuitates Metropoles fecere. Sed iam de Rauenna dicamus.

XI. Ravenna Metropolis.

[Vrbium, inquit [d] Strabo, in paludibus ſitarum maxima eſt Rauenna; tota ligneis conſtans ædificijs, aquis perflua, quare pontibus & lembis viæ expediuntur: non exiguam maris portionem affluxu æſtus recipit, à quo & à fluminibus cœnoſa omnia cum eleuantur, aëris vitio fit medicina. Itaque locus adeo ſalubris eſt, vt ibi gladiatores ali atque exerceri iuſſerint principes Romani. Mirabile hoc locus iſte habet, quod in palude aër eſt innoxius; ſicut & Alexandriæ, quæ ad Ægyptum eſt, æſtate lacus vitium tollitur ob aſcenſum fluuij, quo paludes abolentur. Sed & mira eſt Rauennæ vitis natura, quæ à palude celeriter producitur, ita vt multum fructus ferat: ſed intra quadriennium, aut ad

d Strabo lib. 5.

ſummum intra quinquennium perit.] Talis ſanè ab initio Rauenna fuit, ſed poſterioribus ſæculis paludibus exſiccatis, huic circumquaque campi maxime fructiferi, hortiſque culti adiacentes videntur. Hanc Auguſtus ampliſſimo portu altiſſimaque pharo nobilitauit, vt [a] Suetonius teſtatur. Muris poſtea nouis circumdedit Claudius Imperator, vt videre eſt in hoc titulo portæ marmoreæ, quam auream vel ſpecioſam, ob Architecturæ & ornamentorum pulchritudinem vulgus appellat.

[a] Sueton. in Augusto.

[TI. CLAVDIVS DRVSI. F. CÆSAR. AVG. GERMANICVS PONT. MAX. TR. POT. COS. II. DES. III. P. P. DEDIT.] Rauennam tandem reſtaurarunt ampliaruntque Placidia Galla Arcadij & Honorij Imperatorum ſoror, eiuſque filius Valentinianus tertius, vt Blondus aſſerit.

Quæ autem Flaminiæ primaria vrbs erat, Metropolis Eccleſiaſtica facta eſt, vt apud [b] Zoſimum legitur his verbis: [Rauenna Metropolis, Flaminiæ vrbs primaria.] Vnde fit vt Rauennenſis Epiſcopus ſemper ſecundus aut tertius reperiatur, in ſubſcriptionibus 4. 5. & 6. Synodi Romanæ ſub Symmacho. Sed quo tempore honore illo inſignita fuerit, etiam apud peritiores incertum eſt. Hunc à Valentiniano tertio accepiſſe, Hieronymus [c] Rubeus, propenſiore eo in patriam ſtudio, quo vel æquiſſimi interdum feruntur, contendit, vultque Imperatorem illum, Ioannem huius vrbis Epiſcopum ad honorem Archiepiſcopalem euexiſſe, ſubiectis ipſius Eccleſiæ ſedibus Epiſcopalibus Æmiliæ & Flaminiæ, eique dato priuilegio pallium gerendi Archiepiſcopale. Priuilegium quo vult ei gratiam illam conceſſam eſſe, ex vetuſtis membranis, aliquot locis corruptum ſic refert. [In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Fl. Valentinianus fidelis Ieſu Chriſti maior Imp. Aug. Ioanni viro ſanctiſſimo, Archiepiſcopo Rauen. ciuitatis. Si Redemptoris noſtri plena pietate dignos ſuæ maieſtatis honorificat Sacerdotes, & chriſmatum dona clarificat, quanto magis nos, qui ab eius pietate regalia ſupra gubernanda ſuſcepimus, cultum religionis & reuerentiæ honorificentius debemus impendere, eis maxime quos virtutum experimento Deo cognoſcimus propinquantes: vt inde illis etiam præſtet augmentum, vnde eos probabiliter Dei clementia .... ſalute impetrare confidimus: ac proinde Imperiali authoritate ſancimus, ſanctitatem tuam & ſanctam tuam Rauennatem Eccleſiam, atque vniuerſos poſtea Deo .... præſules, Archieratica dignitate erectam Metropolitæ decore ſublimandam, ſeu Archiepiſcopali faſtigio .... præponendam. Conſtituimus ſub ſacroſanctæ eius Eccleſiæ ditione ordinationem totius Æmiliæ noſtræ prouinciæ, ciuitatum omnium Deo amabilium Epiſcoporum creationes, id eſt, Sarſenæ, Cæſenæ, Forumpopuli, Forumliuij, Fauentiæ, Forumcornelij, Bononiæ, Mutinæ, Regij, Parmæ, Placentiæ, Brixilli, Vicohabentiæ, Hadriæ, omniumque Monaſteriorum, ſub eius diſpoſitione reiacentium, & in eis ſeruientium monachorum. Conferentes eis ob decorem Apoſtolicæ dignitatis honorem pallij, & omnem Pontificalis decoris vſum, ſicut cæteri ſub noſtra Chriſtianiſſima poteſtate ſæpe degentes, fiuuntur Metropolitæ. Condecet enim nos ad honorem Sacerdotis efficaciter propter ...... & maxime vbi ſerenitatis noſtræ præfulget præſentia: quatenus ſecuritate ſuffulta

[b] Zoſimus lib. 5. Ῥαβέννα μητρόπολις Φλαμινίας πόλις ἀρχαία.

[c] Hieron. Rubeus lib. 2. hiſt. Rauenn.

ta ſanctitas tua, ſanctaque tua in perpetuum Eccleſia, cum meritis virtutum, honoris etiam noſtræ ſerenitatis dono, & in poſterum fulgeat. Dat. VI. Id. Ian. Rauen.]

At licet maximo in honore iam primis ſæculis Eccleſiam Rauennenſem habitā eſſe non ignorem, tamen pace Rubei dixerim, mihi hoc priuilegium cum doctiſſimo Cardinale Baronio fictitium videri, atque ad id non paucis rationibus ducor. Imprimis enim, Gelaſius [a] Papa verbis expreſſis aſſerit, Rauennam nihil ex Imperatoris præſentia antiquæ dignitati ſuæ quippiam addidiſſe. [Riſimus, inquit, quod prærogatiuam volunt Acacio comparari, quia Epiſcopus fuit regiæ ciuitatis. Nunquid apud Rauennam, apud Mediolanum, Sirmium, apud Treuiros, multis temporibus non conſtitit Imperator? Nunquidnam harum vrbium Sacerdotes vltra menſuram ſibimet antiquitus deputatam, quippiam ſuis dignitatibus vſurparunt?] Deinde plures ex Eccleſijs ſuffraganeis, quas Rauennenſi Archiepiſcopo ſubditas fert priuilegium, ac inter alias Regienſem, Placentinam & Brixillenſem adhuc ſub Leone ex prouincia Mediolanenſi fuiſſe patet ex epiſtola Euſebij Mediolanenſis ad illum pontificem ſcripta, cui harum Epiſcopi ſubſcripſerunt. Vnde ſaltem Æmiliam nondum Rauennæ ſubiectam fuiſſe certum eſt. Adde quod tunc ad Imperatores non ſpectabat ſedes Epiſcopales in Metropoles Eccleſiaſticas erigere. Statutum quidem dicitur à Concilio [b] Chalcedonenſi, [Vt quæcumque ciuitates per litteras Imperiales Metropolis nomine honoratæ eſſent, ſolo honore fruerentur, & qui eius Eccleſiam adminiſtrabat Epiſcopus, ſeruato veræ Metropoli ſuo iure.] Sed hoc decretum in Italia nunquam vſu receptum eſt; & Suffraganeas ſedes à vera Metropoli auellere, nouæque ſubijcere, nondum illis conceſſum erat ab Eccleſia, ſicut poſtea fuit ex ignauia & adulatione Epiſcoporum ſi Balſamoni [c] credimus, qui hæc ad Canonem 38. Synodi 6. ait: [Decretum fuit Imperiale in præſentia Synodi, quæ tunc erat, conſentientis vnàque decernentis: licere Imperatoribus Pontificalem thronum Eccleſiis largiri, & Epiſcopatus vel Archiepiſcopatus in Metropoles erigere: eaque, quæ ad electionem pertinent, & reliquam diſpoſitionē prout ipſe voluerit, deſcribere: nec à Canone impediri, qui ſtatuit Metropoli iura ſeruari, quæ illi adfuerunt ab initio in honorato Epiſcopatu.]

a Gelaſ. P. epiſt. ad Epiſc. Dardaniæ

b Can 12. Concil. Chalced. Ὅσαι δὲ ἤδη πόλεις διὰ γραμμάτων βασιλικῶν τῷ τῆς μητροπόλεως ἐτιμήθησαν ὀνόματι, μόναι ἀπολαυέτωσαν τῆς τιμῆς, καὶ ὁ τὴν ἐκκλησίαν αὐτῆς διοικῶν ἐπίσκοπος, δηλονότι σωζομένων τῇ κατ' ἀλήθειαν μητροπόλει τῶν οἰκείων δικαίων.

c Balſam. ad Can. 38 in Trullo Ἐψηφίσθη εἶναι τῷ βασιλεῖ συνδείας θρόνους ἐκκλησίας χαρίζεσθαι, καὶ τὰς ἐπισκοπὰς, καὶ τὰς ἀρχιεπισκοπὰς εἰς μητροπόλεις ἀνάγειν.

Probabile quidem eſt Rauennenſem Eccleſiam iam tempore Leonis magni à Mediolanenſis iuriſdictione abſtractam Metropolimq; fuiſſe, cū nec Rauennenſis Epiſcopus, vt nec plures è Flaminia Epiſcopi Epiſtolæ Synodicæ Euſebij Mediolanenſis ad Leonem magnū, qui Valentiniani coëtaneus erat, ſubſcripti reperiantur. Sed quidquid ſit, hanc iſtud honoris ab Eccleſia Romana obtinuiſſe credendū eſt, licet forte ſacræ aliquæ Imperatorū litteræ in eius fauorem datæ fuerint, quibus aut in Metropolim ciuilē erigeretur, aut priuilegia à ſede Apoſtolica conceſſa firmarentur. Id verbis expreſſis teſtatur Petrus Chryſologus Rauennenſis Archiepiſcopus ſcribens de Marcellino Epiſcopo Vicohabentinō à ſe ordinato poſt Decretum à Romana ſede obtentum aduerſus Mediolanenſem Eccleſiam antiqua iura ſua tuentem. Huius [d] verba ſunt: [Omnium quidem rerum primordia ſunt dura, ſed duriora ſunt omnibus primordia generantis. Sancta Eccleſia Rauennas vt primum pareret viam fecit, angores pertulit, ſenſit dolores,

d Petr. Chryſol. ſerm. 175.

(& infra.) Edicto Cæsaris & pagani Dominus obtemperaturus occurrit, & Decreto beati Petri, Decreto Principis Christiani, seruus adhuc aliquis irreuerenter obsistit.] Vides quomodo & Petro & Imperatori honorem acceptum Metropolitani referat: non tamen eodem modo intellige, sed Imperatori, quia, vt dixi, aut Rauennam Metropolim ciuilem fecerat, aut quia Petri, id est Romanæ sedis decretum suo edicto confirmarat. Vnde fit, vt sæpius in Registro Gregorij magni, Rauennates Episcopi ab Apostolica sede, tum pallium, tum alia priuilegia se accepisse profiteantur, ac inter eos Ioannes, cuius verba [a] sunt: [Quia ergo vniuersa priuilegia, quæ sanctæ Rauennati Ecclesiæ à prædecessoribus vestris indulta sunt, pro maiori satisfactione subieci ea in scriniis venerabilibus, secundum consecrationis decessorum meorum tempora, fidem nihilominus reperientes, nunc vero in Dei & in vestra est potestate, quicquid veritate cognita fieri iusseritis.]

a Greg. lib. 1. Indict. 11 epist. 55.

Aquileia ciuitas Venetiæ caput extitit, inquit Paulus [b] Diaconus. XII.
Illam tamen Strabo [c] describens extra Venetiæ fines ponit. [Hæc, inquit, maximè sinus Adriatici intimo in continentem recessui appropinquans, à Romanis condita est munitionis loco, contra habitantes suprà barbaros. Extra fines Venetorum sita est: pro limite est fluuius ab Alpibus delapsus, qui aduersus nauigari potest, & CIↃCC stadiis ad Norciam vrbem, apud quam Cneus Carbo inani conatu cum Cimbris conflixit.] Æquiparatur Mediolano, in Notitia [d] Græca quam vult sub Constantio factam doctissimus Gotofredus, & quæ sic habet. [Italiæ porrò ciuitates & aliæ claræ sunt, puta Aquileia & Mediolanum.] Ac Vopiscus [e] eiusdem temporis scriptor Aquileienses & Mediolanenses tanquàm præcipuos Italiæ populos iungit, pluresque Metropoles designans, ac de Epistolis à Romano Senatu scriptis post Taciti Imperatoris electionem loquens, Aquileiam inter vrbes ad quas scripsit Senatus recenset. [Senatus, inquit, amplissimus curiæ Carthaginensi, &c. Senatus amplissimus Curiæ Treuirorum. Eodem modo scriptum est Antiochensibus, Aquileiensibus, Mediolanensibus, Alexandrinis, Thessalonicensibus, Corinthijs & Athenensibus.] Sed quid [f] Ausonium commemorem? qui claris vrbibus locum assignans septimum Mediolano & nonum dat Aquileiæ his versibus.

AQVILEIA METROPOLIS.

b Paulus Diacon. lib. 2. c. 14.

c Strabo lib. 5.

d Not. græca. c. 45. Τῆς Ἰταλίας δὲ ἄλλαι πόλεις εἰσὶ ἐπισημοι, οἷον Ἀκυληΐα, Ἀκυληΐα καὶ Μεδιολάνον.

e Vopisc. in vita Floriani.

f Auson. in claris vrbib.

Non erat iste locus, merito tamen aucta recenti,
Nona inter claras Aquileia cieberis vrbes.

Iam vero si in ordine ciuili celebris ad hoc vsque tempus fuit, quo primum à Gothis, & deinde à Longobardis Iustiniano imperante magna ex parte diruta est, non minoris nominis in Ecclesiastico fuit, cum Metropolis extiterit Venetiæ & Istriæ. Vnde mirum esse non debet, si ante D. Ambrosium Valerianus huius Episcopus in Concilio Aquileiensi nominetur. Hanc saltem Metropolim fuisse tempore Leonis Papæ ex hoc conijci potest, quod Aquileiensis Episcopus, pluresque ex Venetia & Istria inter eos non reperiantur, qui epistolæ synodicæ Eusebij Mediolanensis ad hũc magnum Papam subscripserunt. Nec futilis sane est coniectura, cum idem ex ipsiusmet Leonis Epistola ad Nicetam Aquileiensem dignoscatur; in qua, postquam varia de fæminis quæ captis viris nubebant, & de baptismo hæreticorum edocuit, huic præcipit, vt comprouinciales suos Episcopos huius doctrinæ participes faciat, quodquidem Metropolitani munus esse, in

a Leo magnus ep. 79. ad Nicetã Aquil.

Prooemio diximus. Eius verba sunt[a]: [Hanc autem epistolam nostram quam ad consultationem tuæ fraternitatis emisimus, ad omnes fratres & comprouinciales tuos Episcopos facies peruenire; vt in omnium obseruantia, data prosit authoritas.] Porrò Aquileienses Episcopi non solum Metropolitani, sed & Patriarchæ dicti sunt, vt legitur apud Paulum[b] Diaconum hæc narrantem: [His diebus quibus Longobardi Italiam inuaserunt, Aquileiensi ciuitati, eiusque populis B. Paulus Patriarcha præerat: qui Longobardorum barbariem metuens, ex Aquileia ad Gradum insulam confugit, secumque omnem suæ thesaurum Ecclesiæ deportauit.] Et libro[c] sequenti: [Defuncto Elia Aquileiensi Patriarcha, postquam quindecim annos Sacerdotium gesserat, Seuerus huic succedens regendam suscepit Ecclesiam.] At Patriarchæ nomen non strictè & propriè sumit, vt quinque magnis Patriarchis competit, sed latè & quomodo vt plurimum Metropolitanis concessum fuit apud antiquos, ac inter eos Nicetio Lugdunensi apud Gregoriũ[d] Turonensem, & apud[e] Socratem Amphilochio Iconij, & Optimo Antiochiæ Pisidiæ. Addam etiam, non ex ratione adeo laudabili nomen istud his datũ fuisse, cum id primùm in schismate, quo propter tria Capitula Concilij Chalcedonensis se ab Ecclesiæ summo capite subduxerunt & αὐτοκέφαλοι sibi ipsi facti sunt, temerè vsurparint; et post hæc, à Pontificibus & Synodis, cum in sedis Apostolicæ gratiam redijssent, nonnisi studio pacis concessum relictũque sit. Idem & Gradensibus Episcopis qui ab illis prodierant, datũ est, de quibus hæc ait Paulus[f] Diaconus. [Defuncto Seuero Patriarcha, ordinatur Ioannes Abbas Patriarcha in Aquileia vetere, cum consensu regis & Gisulphi Ducis. In Gradòs quoque ordinatus est Romanis Candidianus Antistes. Candidiano quoque defuncto apud Grados, ordinatur Patriarcha Epiphanius, qui fuerat primicerius notariorum ab Episcopis qui erant sub Romanis.] Sic ab hoc tempore duo cœperunt esse Patriarchæ, alter in Venetia, & alter in Histria; Candidianus scilicet, vt ritè obseruat immortalis memoriæ Cardinalis Baronius, à Catholicis electus, fauente Italiæ Exarcho, qui etiam Histriæ prouinciæ Episcopos huic subiectos esse cogebat, vt contra Ioannem Aquileiensem schismaticum & à schismaticis electum authoritate Agilulphi Longobardorum regis, pro partibus Romanæ Ecclesiæ staret. Sed hæc, cum extra tempora sint huiusce Notitiæ, nihil ad nos, nec duas Metropoles ex Aquileia & Grado constituemus, cùm vna eademque sedes legitima fuerit, & earum altera nonnisi à schismaticis constituta. De alijs igitur duabus Metropolibus Siciliæ & Sardiniæ dicamus.

b Paulus Diacon lib. 2. cap. 10.

c Idem lib. 3. c. 27.

d Greg. Turon. lib. 5. c. 10.

e Socrat. l. 5 cap. 8. Τῶν πατριαρχιῶν ἐκληρώσαντο. τὴν ἀνατολὴν δὲ λαγχάνει Ἀμφιλόχιος ὁ Ἰκονίου, καὶ Ὄπτιμος ὁ Ἀντιοχείας τῆς Πισιδίας.

f Paulus Diac. l. 4. c. 34.

XIII. SYRACVSÆ METROPOLIS SICILIÆ.

[Sicilia, vt legitur in Notitia Græca, beatissima & maxima insula quæ continentem diuidit. Multa sanè bona producit, & vbique emittit merces vtiles magna copia. Habet autem & viros diuites, & doctos omni eruditione, tum Græca, tum Latina; Ciuitates etiam claras Syracusam & Catanam. Et apud eam videtur mons qui vocatur Aëtna, in quo, si qua fides, diuinitas est, quandoquidem die noctuque in vertice montis ignis est, vnde fumus ascendit.] Cur autem continentem diuidere dicatur, intellige ex Eustathio qui hæc ait: [Sicilia olim peninsula erat, Italiæ per isthmum cohærens, ingenti autem terræmotu facto, isthmoque disciso, irrupisse æquor aiunt, quod isthmum alluebat; cinctuque suo insulam effecisse Siciliam, haud longè à continenti disiunctam. Vnde fabula fertur, Neptunum, qui

motibus terræ præest, abſcidiſſe iſthmum Aonio multas cuſpides habente ferro, & induxiſſe mare, quod iſthmum vtrimque cingebat: atque ita ex peninſula feciſſe inſulam, gratificantem Iocaſto Æoli filio; quo is ſecurè ac tuto inhabitare eam poſſet.]

Principem vrbium Syracuſas habet, inquit [a] Solinus, quam ſic deſcribit Cicero [b] in Verrem. [Vrbem Syracuſas maximam eſſe Græcarum vrbium pulcherrimamque omnium ſæpe audiſtis. Eſt, iudices, ita vt dicitur. Nam & ſitu eſt cùm munito, tum ex omni aditu, terra vel mari, præclaro ad adſpectum; & portus habet prope in ædificatione adſpectuque vrbis incluſos: qui cum diuerſos inter ſe aditus habeant, in exitu coniunguntur & confluunt. Eorum coniunctione pars oppidi, quæ adpellatur inſula, mari diſiuncta anguſto, ponte rurſum adiungitur & continetur.]

a Solinus c. 11
b Cic in Verrem. lib 4.

Quod autem in ea fuerit ſedes Metropolitana, hiſce rationibus conjicio. Primùm ex Tractoria [c] Conſtantini ad Chreſtum Syracuſanum Epiſcopum, qua hunc ad Synodum Arelatenſem inuitat: [Quoniam, inquit, plurimos ex diuerſis locis Epiſcopos in Arelatenſium oppido ad Kalendas Auguſti conuenire præcipimus, tibi etiam per literas ſignificandum duximus, vt accepto a clariſſimo viro Latroniano Correctore Siciliæ, publico vehiculo, cum duobus alijs ſecundæ ſedis, quos ipſe deligendos iudicaueris, tribuſque vna famulis, qui vobis in via miniſtrent, adſcitis, deſignatum in locum ad diem prædictam te conferas.] Quis enim non videt duo ex his verbis colligi? Primum in Sicilia quoſdam Epiſcopos ſecundæ ſedis fuiſſe, & alios vel ſaltem alium primæ. Id clare verba ſonant: vnde & perſpicuum eſt in ea Metropolitam fuiſſe, cum à primæ ſedis Epiſcopo non differat. Secundum autem, quod Chreſtus Syracuſanus ipſe primæ ſedis Epiſcopus fuerit, cum ad eum directa ſit Tractoria, eiuſque arbitrio commiſſum, vt quos ſecum adducendos iudicaret, ipſe eligeret: id enim nonniſi Metropolitæ conuenit. Quoſdam huic Metropolitani titulum dignitatemque ex hoc concedere ſcio, quod eum primum inter Epiſcopos Concilij Arelatenſis ſubſcriptum animaduertant. Non enim, aiunt, probabile eſt, vt ſola inſignitus Epiſcopali dignitate ante plures Metropolitanos ſubſcriberet: ſed leui admodum hæc ſententia nititur fundamento, cum primorum Conciliorum ſubſcriptiones planè inuerſæ ſint, ac in ijs plerumque alio ordine reperiantur nominati Epiſcopi, quam quo ſubſcripſerunt. Id clarè videre eſt in Concilio Sardicenſi, cui Vincentius de Capua & Calepodius Neapolitanus 2. & 3. ſubſcripti leguntur, licet Metropolitani haud fuerint iſtis temporibus. Certius eruetur argumentum ex ſubſcriptionibus Conciliorum Italiæ, quippe quæ pene integræ, & quaſi ſine mendis ad nos venerunt. Quis non aduertit Eulalium huius ſedis Epiſcopũ, quartæ & quintæ Synodo Romanæ ſub Symmacho (quibus ſolis ex Conciliis Italiæ reperitur Pontifex Syracuſanus) ſubſcriptum proxime poſt Rauennenſem Metropolitanũ, & ante omnes alios Italiæ Epiſcopos. Vnde & tunc Metropolitanum fuiſſe non eſt quod dubitemus. Nec omittam quod Maximianus Syracuſanus Epiſcopus, Vicarius ſedis Apoſtolicæ à Gregorio magno per Siciliam inſtitutus fuerit, epiſtola [d] qua hæc leguntur: [Olim quidem fraternitati tuæ noſtra fuerat authoritate commiſſum, vt ſi quæ in Sicilia exciderent Eccleſiæ cæteriſque venerabilibus locis, vel incongruè

c Euſeb. hiſt. Eccl. l. 10. c 5.
Καὶ δύο γέ τινας τῶν ἐκ τοῦ δευτέρου θρόνου, οὓς ἂν σὺ αὐτὸς ἐπιλέξασθαι κρίνῃς.
d Epiſt. 11. lib. 3. Indict. 11.

gererentur, nostra vice corrigeres: sed quia de quibusdam neglectis hactenus capitulis ad nos querela peruenit, rursus ad eorum correptionem fraternitatem tuam specialiter præuidimus excitandam.] Sed & dicam id muneris eumdem Gregorium Ioanni Syracusano dedisse, eique in varijs epistolis præcipere, vt [a] perquireret an Catanensis Ecclesiæ Diaconi campagis calceati publice incederent: vt [b] Lucillum Melitensem Episcopum deponeret, ob commissa scelera, quæ ipse Ioannes Gregorio indicauerat: & vt [c] cum Romano Siciliæ Defensore inquireret, quænam ex Ecclesia sua bona Lucillus asportarat. Quæ singula, Metropolitanorum munia fuisse in procemio diximus. Adde quod is mos primis sæculis inualuerit, vt nonnisi Metropolitanis hæc dignitas Vicarij ordinarij daretur, vt per alios singularum Diœceseωn vicariatus perquirēti satis ex se patebit: cum in Gallia Arelatensis, in Hispania Hispalensis, in Anglia Dorouernensis seu Cantuariensis, & in Illyrico Thessalonicensis soli Vicarij ordinarij sanctæ sedis fuerint. Quibusdam tamen alijs per Siciliam siue Episcopis, siue etiam inferioribus Clericis vices suas Diuum Gregoriū commisisse non diffiteor, cum has etiam Petrus Subdiaconus habuerit, sed id per aliquod solummodo tempus, aut pro certis tantum negotijs factum esse ex hoc maxime opinor, quod D. Gregorius acerrimus iurium Metropolitanorum defensor fuerit, vt superius ostendimus.

a Gregor. epist. 18. indict. 2 lib. 7.
b Idem epist. 73. indict. 1. l. 7.
c Idem epist. 2. indict. 3. l. 8.

XIV. CALARIS METROPOLIS.

De Calari Sardiniæ Metropoli dicendum restat. Est autem Sardinia Mediterranei maris Insula ditissima frugum & iumentorum, & valde splendida, vt legitur in Notitia antiqua sub Constantio facta. De huius priori nomine hæc scribit Pausanias. [d] [Nomen Sardiniæ priscis temporibus quodnam fuerit apud incolas, compertum non habeo: qui illuc è Græcis commercij causa adnauigarunt, Ichnusani, quod formam habeat insula humani vestigij, appellarunt.] Vnde Silius [e] Italicus de illa loquens hæc habet:

Insula fluctisono circumuallata profundo
Castigatur aquis, compressaque gurgite, terras
Enormeis cohibet nuda sub imagine plantæ.
Inde Ichnusa prius Graijs memorata colonis.

d Pausan. in Phocicis.
e Silius Italicus l. 12.

Postea tamen Sardinia dicta est à Sarde, seu Sardo, qui, vt refert [f] Isidorus, [Hercule procreatus, cum magna multitudine à Libya profectus Sardiniam occupauit: & ex suo vocabulo insulæ nomen dedit.] Vrbes habet plures, vt legitur apud [g] Strabonem, quarum præcipuæ sunt Caralis & Sulchi.

f Isid. orig. lib. 14. cap 6.
g Strabo lib. 5.

Caralis autem, quæ Melæ [h] Calaris dicitur, non tantum Metropolis ciuilis eius fuit, sed etiam Ecclesiastica. Vnde & illam primariam vrbem Sardiniæ vocat [i] Theodoretus in historia Ecclesiastica qua loquens de Lucifero huius sedis Metropolitano, hunc in exilium actum esse dicit cum Paulino Treuerensi & Eusebio Vercellensi, temporibus Constantij Imperatoris, quod hæresi Arianæ fauere nollent. Vnde & Ianuarius, eiusdem sedis Archiepiscopus dicitur à Diuo [k] Gregorio, qui ad eum multas scripsit epistolas, eique præcepit, vt bis in anno Concilia prouinciæ suæ de more celebraret, quod proprium fuisse Metropolitanorum nemo nescit. Huius verba [l] sunt: [Episcoporum etiam Concilia, sicut tam tuæ mos dicitur fuisse prouinciæ, quam quod sanctorum Canonum authoritate præcipitur, bis in

h Mela lib. 2. cap. 7.
i Theod. hist. Eccl. lib. 2. cap. 15. Λουκίφερος τῆς μητροπόλεως τῆς κατὰ Σαρδινίαν πρόεδρος.
k Greg. mag. lib. 8. indict. 9. ep 60.
l Idem lib. 3. epist. 9 ind. 11.

[illegible] colamus [illegible] cuiusquam inter eos [illegible] perpetrat actionis atque [illegible] qualitate discordat, sociali possit [illegible] increpa-tione redargui & protestate commissi gregis [illegible] statu, paterna valeat circumspectione tractari] Sed & Calaritanum Episcopum etiam Balearium Insularum Metropolitam fuisse, patet ex Notitia Sar-diniensium Episcoporum, qui iussu Hunnerici regis Carthaginem pro reddenda ratione fidei venerunt, quam ad calcem Africanæ dedit doctissimus Sirmundus. Ibi enim inter eos leguntur Helias de Maiorica, & Macarius de Minorica. Nec mirum, cum etiam Syracusano Metropolitæ subessent Episcopi Melitæ & Liparæ, sicut Rhodiensi Præsules Cycladum Insularum. Scio quidem Baleares in Notitia ciuili Romani Imperij Hispaniarum prouincijs annumerari, sed harum Episcopos Hispaniarum Metropolitis nunquam subditos fuisse ex hoc censeo, quod nusquam Hispanis Concilijs subscripti reperiantur. Adde quod non diu, Romanis imperantibus, inter Hispaniæ prouincias Baleares recensitæ sunt, cum eius Vicario, Arcadio imperante, ademptæ sint, postquam a Wandalis ex Hispania in Africam transeuntibus occupatæ fuerunt.

Hactenus de prouincijs & Metropolibus Ecclesiasticis Italiæ: iam quæ sub singulis sedes essent Episcopales, disces ex Notitia sequenti. Vnum aut alterum antea monebo, nimirum eas omnes a primo Ecclesiæ sæculo haud institutas fuisse, simulque semper extitisse: etenim plures successu temporis post alias institutæ, plures translatæ, plures extinctæ, plures etiam vnitæ leguntur, tam apud authores historiæ Ecclesiasticæ, quam in monumentis antiquis Ecclesiarum. Harum non paucas vnijt sanctus Gregorius magnus; ac inter eas Lysitanam [a] Squillatiensi, Tres Tabernas [b] Velitræ, Anthimiensem Sabinorum [c] Nomentanæ, Carinensem [d] Rhegiensi, & Fundanam [e] Terracinensi. Sed cum mei sit instituti eas omnes enumerare, quas sex primis sæculis reperi, aut fuisse probabili ratione censui, de his sigillatim aliquid dicendum. Porro singulis ciuitatibus singulos Episcopos apposui, vt has Episcopales certius probarem. Quod si in his quosdam, qui Concilijs post Gregorium magnum celebratis septimo sæculo subscripserint, aduerteris: ratio est, quod alij prioribus in Concilijs non reperiantur, licet ciuitates, quibus tribuuntur, prius Episcopales fuisse conijcere sit.

a Greg. epist. 11. Ind. 9.
b Idem epist. 15. eiusdem lib. & ind.
c Idem lib. eod. ep. 19 indict. 11.
d Idem l. 5 epist. 9 Indict. 14
e Idem l. 2. epist. 13. Indict. 10.

NOTITIA ANTIQVA
EPISCOPATVVM ITALIÆ.
PROVINCIA ROMANA.
TVSCIA.

ROMA caput mundi, totiusque Romani Imperij moderatrix Eusebio de vita Constant. lib. 1. cap. 20. Apostolorum schola, & pietatis Metropolis Sozomeno hist. Eccles. l. 3. c. 7. vulgò etiam *Roma*. Huius Episcopos, Occidentis Patriarchas, vniuersique orbis Ecclesiastici summos Pontifices, à Petro Apostolorum Principe ad Gregorium magnum supra retulimus.

PORTVS AVGVSTI Dioni lib. 40. vulgò *Porto*. Ex eius Episcopis *Gregorius* subscripsit Concilio Arelatensi primo, *Petrus* Concilio Romano sub Hilaro, *Herennius* Concilio Romano sub Felice, & *Costus* eiusdem vrbis Concilio 6. sub Symmacho. D. Gregorins magnus Epistolam scripsit *Felici* Portuensi Episcopo, quæ est 44. l. 4. indict. 13.

SYLVA CANDIDA Marcellino Comiti, vulgò *sancta Rufina*. Ex eius Episcopis *Adeodatus* subscripsit Concilio Romano tertio sub Symmacho: & *Tiberius* priuilegio quod Gregorium magnum sancto Medardo Suessionensi concessisse aiunt.

NEPE Procop. l. 3. rerum Gothic. vulgò *Nepi*. Ex eius Episcopis *Proiectitius* subscripsit Concilio Romano sub Hilaro, *Felix* eiusdem vrbis Concilio tertio sub Symmacho, & *Gratiosus* Lateranensi sub Martino.

AQVA VIVA, vrbs Episcopalis, quam Cluuerius ex monumentis antiquis apud Etruriam fuisse asserit in descriptione Italiæ antiquæ, præter aliam eiusdem nominis quæ adhuc extat in Campania, & nomen vulgò retinet, estque ad vulturnum fluuium, inter Venafrum & cœnobium sancti Vincentij in Aprutij confinibus. Ex Aquæ viuæ Episcopis *Paulinus* subscripsit Cōcilio Romano sub Hilaro, & *Benignus* primo Romano sub Symmacho.

PHALARIS, aliàs Falarina, & Falerium Ptol. lib. 3. c. 1. hodie *Phalaro*, sed Vicus tantum aliquot ædibus constans, licet olim Ciuitas Episcopalis & adeo ampla fuerit in Faliscorum finibus. *Ioannes* Episcopus Falarinæ subscripsit Concilio Romano sub Gregorio magno.

FERENTIVM seu Ptol. l. 3. c. 1. Ferentia, alijs Ferentinum, vulgò *Ferento*. *Maximinus* huius Episc. subscripsit Concil. Romano sub Felice. Huic sedi Viterbiensis successit, teste Ferrario, anno 1074. cùm ob hæresim euersa est.

POLYMARTIVM, vrbs Episcopalis Tom. 2. Concilior. vulgò *Bomarzo*. Hanc sedem vnitam fuisse Ferentinati conijcere est ex Concilio Lateranensi sub Martino, cui *Bonitus* Ferentispolimartianus subscripsit.

HORTANVM Anastasio in vita Leonis quarti, vnde Hortenses populi Plinio lib. 3. cap. 5. vulgò nunc dicitur *Horti*, & ad eius Episcopum *Blandum* scribit D. Greg lib. 1. Indict. 9. epist. 32.

BLERA Ptol.lib. 3. c. 1. hodie *Bieda*. Ex eius Episcopis [illegible] subscripsit Concilio Romano sub Felice, & primo sub Symmacho.

SVTRIVM Ptol. ibid. hodie *Sutri*. Inter huius Episcopos, *Eusebius* subscripsit Concilio Romano sub Hilaro, *Constantinus* Romano sub Felice, & *Mercurius* Romano primo sub Symmacho.

TARQVINII Stephano, alijs Tarquinia, vulgo *Tarquene*. Inter eius Episcopos *Apuleius* subscripsit Concilio Romano sub Hilaro, *Protectinus* Romano sub Felice, & *Lucianus* Romano primo sub Symmacho.

TVSCANIA, a qua Tuscanienses populi, quorum meminit Plinius lib.3. c. 5. hodie *Toscanello*. *Maurus* Tuscaniæ Episcopus interfuit Concilio Lateranensi sub Martino.

SALPIS a qua Salpinates populi Liuio lib 5. cuius *Palladius* Episcopus Concilio Romano sub Hilaro subscripsit.

BALNEVM Regis Paulo Diacono, hodie *Bagnarea*. D.Gregorius magnus scripsit ad *Ioannem* Balnei Regis epist. 34. lib.8.

VRBS VETVS Procop. rerum Gothic. l.2 hodie *Oruieto*. D.Gregorius scripsit epistolam 27 l.5. ad *Candidum* Episcopum de Vrbe veteri.

CLVSIVM Ptolem. l 3. c 1 vulgò *Chiusa*, cuius Episcopus *Laurentius* interfuit Concilio Aquileiensi sub Damaso.

PERVSIA Ptol. l.3. c.1. hodie *Perugia*. *Maximianus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano primo sub Symmacho; & *Venantij* meminit D.Gregorius l.10. epist. 52. Indict.5.

CORTONA Ptol.ibid. hodie nomen retinet. *Theodosius* Episcopus Cortonæ subscripsit Concilio Lateranensi sub Martino.

ARETIVM Straboni l 5. nunc *Arezzo*, cuius Episcopus *Gaudentius* passus est 14. Iunij sub Diocletiano, ex Martyrologio.

VOLSINIVM Straboni l.5. hodie *Bolsena*. *Gaudentius* huius Episcopus subscripsit Synodo primæ Romanæ sub Symmacho.

CENTVM-CELLÆ Procop. rerum Gothic. l.2. vulgò *Ciuita Vecchia* Kollenutio, & *Cincellæ* Ferrario. Ex eius Episcopis plures Concilijs subscripserunt: *Epictetus* primo Arelatensi, *Paschasius* Romano sub Felice, & *Molensius* Romano primo sub Symmacho

GRAVISCA Antonino in Itinerario, vulgò *Mont'alto*. *Adonius* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano sexto sub Symmacho.

SVANA, Ptol.l.3.c.1. hodie *Soana*, Vrbs Episcopalis, sed an sex primis sæculis, dubium est. *Mauritius* huius Episcopus subscripsit epistolæ Concilij Romani sub Agathone.

MANTVRANVM, alijs Manturianum, locus Thusciæ, cuius mentio est in literis Ludouici primi Imperatoris: vt testatur Antoninus Massa lib. de Faliscis. *Reparatus* huius Episcopus subscripsit Concilio Lateranensi sub Martino.

RVSELLA Ptol.lib.3. cap.1. vulgò *Rossella*. *Vitalianus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano primo sub Symmacho: & *Balbini* Episcopi Rusellani mentio est apud D.Gregorium lib.1. epist.15. Indict.9.

POPVLONIA, Melæ lib.2. c.4. vulgò *Porto Baratto*. *Asellus* huius Episcopus subscripsit Synodo tertiæ Romanæ sub Symmacho.

VOLATERRÆ Ptol. lib. 3. cap. 1. hodie *Volaterra*. *Elpidius* huius

Episcopus subscripsit Concilio Romano tertio sub Symmacho.

PISÆ Straboni lib. 5. vulgo *Pisa*. *Gaudentius* huius Episcopus legitur apud Optatum lib. 1.

LVCA Ptol. lib. 3. c. 1. hodie nomen retinet. *Felix* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano sub Hilaro & ante eum, *Maximus* Sardicensi.

FORVM-CLAVDII Ptolem. ibid. vulgo *Tosa noua*. Inter eius Episcopos *Gaudentius* subscripsit Concilio Romano sub Felice, *Colonus*, alijs *Colonius* Romanis primo & secundo sub Symmacho, & *Donatiani* mentio fit apud Optatum lib. 1.

LVNA Ptol. ibid. vulgò *Luni*, Ferrario. *Victor* Episcopus Lunæ adfuit Concilio Romano tertio sub Symmacho.

FÆSVLÆ Ptolem. ibid. hodie *Fiezoli*, cuius primus Episcopus *Romulus* Discipulus sancti Petri dicitur in monumentis Ecclesiæ Fæsulanæ.

FLORENTIA Ptol. ibid. hodie *Fiorenza*. Huius Episcopi *Felicis* mentio fit apud Optatum lib. 1.

SENA Ptol. ibid. hodie *Siena*. *Eusebius* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano sub Hilaro.

CORNETVM, alijs Cornuetum, vrbs Episcopalis in Notitijs Ecclesiasticis Italiæ & Prouinciali Romano, vulgò *Corneto*. Quibusdam Castrum Nouum, de quo Ptolem. lib. 3. c. 1. *Neoptolemus* Cornensis Episcopus subscripsit Concilio Romano quinto sub Symmacho, & *Boëthius* Lateranensi sub Martino. Hanc sedem Ferrarius ait vnitam fuisse Grauiscæ.

VMBRIA.

OCRICVLVM Ptol. l. 3. c. 1. alijs Vtriculum, & Otriculum, vulgò *Otriculi*. Ex huius Episcopis *Herculius* subscripsit Concilio Romano sub Felice, & *Constantius* primo sub Symmacho.

NARNIA Ptol. ibid. vulgo *Narni*. *Vitalinus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano primo sub Symmacho: & Gregorius magnus scripsit epist. 88. lib. 4. indict. 13. *Constantio* Episcopo Narniæ.

INTERAMNA Plin. l. 18. c. 28. vulgo *Terni*. cuius Episcopus *Felix* subscripsit Concilio Romano tertio sub Symmacho.

AMERIA Ptolem. ibid. vulgò *Amelia*. *Hilarus* Amerinus subscripsit Concilio Romano sub Hilaro, & *Lampadius* Romano primo sub Symmacho, necnon *Martianus* alteri Romano sub Felice.

TVDER Straboni lib. 5. vulgò *Todi*. Ex eius Episcopis *Crescouius* subscripsit Concilio Romano sub Felice, & primo Romano sub Symmacho.

VETTONIVM, vrbs Episcopalis in lib. Conciliorum à qua Vettonienses populi Plinio lib. 3. c. 14. vulgò *Bittona*. *Gaudentius* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano sub Hilaro.

MEVANIA Ptol. l. 3. c. 1. vulgo *Beuagna*. *Innocentius* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano sub Felice, & primo sub Symmacho.

TIFERNVM TIBERINVM Ptolem. ibid. vulgò *Citta di Castello*. *Luminosus* huius Episcopus subscripsit Concilio Lateranensi sub Martino.

TREBIA, Treba Ptol. lib. 3. cap. 1. vulgò *Treui*. *Propinquus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano quarto sub Symmacho, & ante

cum *Constantinus* Romano sub Felice.

SPOLETVM Ptol. lib. 3. c. 1. vulgo *Spoleto*. *Epiphanius* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano sub Felice & *Ioannes* primo Romano sub Symmacho.

FVLGINVM, a quo Fulginates populi Italiæ Ciceroni in Oratione pro Cornelio Balbo, hodie *Fuligno*. *Vrbanus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano sub Felice, & *Fortunatus* primo sub Symmacho.

FORVM NOVVM Æthico in Cosmographia, inter Forum Flaminij & Spoletum. *Proiectitius* Foronouanus subscripsit Concilio Romano primo sub Symmacho, & ante eum *Asterius* Concilio Romano sub Felice.

FORVM FLAMINII Ptol. l. 3. c. 1. vulgo *For-flammo*. *Bonifacius* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano quarto sub Symmacho.

CAMERINVM Ptol. ibid. vulgò *Camerino*. *Probus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano tertio sub Symmacho, & quarto, quo legendum est Cameranensis pro Carmeianensis.

HISPELLVM, Ispelum Ptolem. lib. 3. c. 1. hodie *Spello*; Ciuitas olim Episcopalis, cuius tamen Episcopum non legi nisi in Concilio Sinuessano parum certæ fidei.

ASSISIVM Plinio lib. 3. c. 14. Æsisium Ptol. l. 3. c. 1. vulgo *Assisi*, cuius Episcopus *Aquilinus* adfuit Concilio Lateranensi sub Martino.

NVCERIA Ptol. lib. 3. c. 1. vulgò *Nocera*. *Laurentius* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano sub Symmacho, & D. Gregorius scripsit epistolam 47. lib. 7. indict. 2. *Primerio* Nuceriæ Episcopo.

EVGVBIVM Ciuitas Episcopalis libro Conciliorum, vulgò *Gubbio*. Gregorius magnus Epistolam 89. lib. 7. Indict. 2. ad huius Episcopum *Gaudiosum* direxit, sed longè ante illum Innocentius 1. ad *Decentium* scripsit.

CAMPANIA, IN QVA LATIVM.

OSTIA Ptol. lib. 3. cap. 1. vulgò etiam *Ostia* ex eius Episcopis *Bonus* subscripsit Concilio Romano sub Felice, *Bellator* primæ Synodo Romanæ sub Symmacho, & *Aristus* vel *Ariston* tertiæ & quartæ sub eodem.

VELITRÆ Liuio lib. 6. vulgò *Veletri*. Ex eius Episcopis *Adeodatus* subscripsit Concilio Romano sub Hilaro, *Bonifacius* Romano sub Felice, & *Syluinus* quarto eiusdem vrbis sub Symmacho.

TRES TABERNÆ Zosimo lib. 2. vulgò *Cisterna*. *Lucifer* huius ciuitatis Episcopus subscripsit Concilio Romano sub Hilaro, *Decius* item Romano sub Felice, & primo sub Symmacho.

ANTIVM Ptol. lib. 3. cap. 1. vulgò *Anzo*. *Gaudentius* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano sub Hilaro, *Felix* item Romano sub Felice, & *Vindemius* primo sub Symmacho.

TARRACINA Ptol. ibid. vulgò etiam *Tarracina* dicitur. *Sauinj* Episcopi à Tarracina meminit Optatus lib. 1. Item *Martyrius* subscripsit primæ Synodo Romanæ sub Symmacho.

TERENTINVM Ptol. lib. 3. cap. 1. vulgò *Fiorentino*. *Bassus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano sub Felice, & primo sub Symmacho

necnon *Innocentius* tertio sub eodem Symmacho.

ANAGNIA Straboni lib. 5. vulgò *Anagni*. Ex eius Episcopis *Felix* subscripsit Concilio Romano sub Felice, & *Fortunatus* item Romano primo sub Symmacho.

GABII Straboni ibidem, hodie *Gallicano*, inquit Blondus. Inter eius Episcopos *Asterius* subscripsit Concilio Romano sub Hilaro, *Andreas* item Romano sub Felice, & *Mercurius* primo sub Symmacho.

SIGNIA Straboni libro quinto, vulgò *Segna* vel *Segni*. *Sanctulus* huius Episcopus subscripsit Concilio primo Romano sub Symmacho, necnon *Iustus* tertio & quarto sub eodem.

ALBANUM Procopio lib. 2. rerum Gothicarum, vulgò *Albano*. Ciuitas Episcopalis Latij, & non Alba longa ab Ascanio condita, cùm illius Episcopi dicantur in Concilijs Albanenses, non Albenses. Inter eos *Romanus* subscripsit Concilio Romano sub Hilaro, *Athanasius* item Romano sub Felice, *Chrysogonus* tertio sub Symmacho, & *Andreas* Albanensis Episcopus legitur apud D. Gregorium magnum, epistolarum lib. 2. Indict. 11. in priuilegio S. Medardi.

TVSCVLVM Ptol. lib. 3. cap. 1. vulgò *Frescati*. Huius Episcopum à Totila occisum anno 545. narrat Baronius, & *Vitalianus* subscripsit epistolæ Synodicæ Concilij Romani sub Agathone.

SVBAVGVSTA, Vrbs Episcopalis circa Romam, quæ & Augusta Helena dicebatur. Ex eius Episcopis *Crispianus* subscripsit Concilio Romano sub Hilaro, *Petrus* item Romano sub Felice, & *Maximianus* primo sub Symmacho.

FVNDI Sueton. in Tiberio cap. 5. hodie *Fondi*. *Vitalis* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano primo sub Symmacho.

FORMIÆ Diodoro lib. 4. nunc *Mola*. Ex eius Episcopis *Martinianus* subscripsit Concilio Romano sub Felice, & *Adeodatus* primæ Synodo Romanæ sub Symmacho.

SALERNVM Straboni lib. 5. vulgò *Salerno*. *Gaudentius* huius Episcopus subscripsit Concilio primo Romano sub Symmacho, necnon *Asterius* Concilio generali quinto.

AMALPHIA, vulgò *Amalfi*. Diuus Gregorius scripsit Epistolam 23. lib. 5. indict. ad *Primenium* Episcopum Amalphitanum.

SVRRENTVM Melæ lib. 2. c. 4. nunc *Sorrento*, seu *Sorriento*. *Rosarius* Episcopus Surrētinus subscripsit Synodo primæ Romanæ sub Symmacho.

STABIÆ Ouidio l. 15. Metamorphos. vulgo *Castel amar di Stabia*. *Vrsus* eius Episcopus subscripsit eidem Concilio.

NEAPOLIS Ptolem. lib. 3. c. 1. vulgò *Napoli*. Ex eius Episcopis *Soter* subscripsit Concilio Romano sub Hilaro, & Stephanus primo sub Symmacho.

PVTEOLI, quæ & Dicearchia Plin. l. 3. c 5. nunc *Puzzolo*. Ex eius Episcopis *Claudius* subscripsit Concilio Romano sub Hilaro, & *Aucupius* Romano primo sub Symmacho.

MISENVM Virgilio 1. Aeneid. vulgo *Miseno*. *Concordius* huius Episcopus subscripsit tertiæ Synodo Romanæ sub Symmacho. Hormisda Papa scripsit epistolam 9. ad *Peregrinum* Episcopum Miseni.

CVMÆ Ptol. lib. 3. c. 1. vulgò *Cuma*. Ex cuius Episcopis *Adeodatus* sub-

ſcripſit Concilio Romano ſub Hilaro, & *Maximus* Romano primo ſub Symmacho.

ATELLA Ptol. ibidem, vulgo *S. Arpino*. Ex eius Epiſcopis [illegible] ſubſcripſit Concilio Romano ſub Hilaro, *Felix* tertiæ Synodo Romanæ ſub Symmacho, & *Importunus* legitur apud D. *Gregorium* magnum epiſtola [illegible] lib. [illegible] indict. [illegible]

VVLTVRNVM Liuio lib. 25. vulgo *Caſtel di Volturno*. *Paſchaſius* huius Epiſcopus ſubſcripſit primæ Synodo Romanæ ſub Symmacho.

SORA Ptol. lib. 3. c. 1. etiam hodie *Sora* dicitur. [illegible] huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Romano tertio ſub Symmacho.

AQVINVM Plin. l. 3. c. 5. vulgo *Aquino*. *Conſtantinus* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Romano ſub Felice & *Aſterius* eiuſdem vrbis Epiſcopus quintæ Synodi Romanæ ſub Symmacho.

CASSINVM M. Varroni l. de lingua Latina, *Caſinum* dicitur vulgo. Ex eius Epiſcopis *Caprarius* ſubſcripſit Concilio Romano ſub Hilaro, & *Seuerus* Romano ſub Felice.

MINTVRNÆ Strab. l. 5. vulgo *la foſſa del Garigliano*, teſte Sanfelicio. *Ruſticus* Minturnenſis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Romano primo ſub Symmacho.

SVESSA Ptol. l. 3. c. 1. vulgo *Seſſa*. *Fortunatus* Sueſſanus Epiſcopus ſubſcripſit eidem Concilio.

TEANVM Ptol. ibid. vulgo *Tiano*. *Quintus* huius Epiſcopus ſubſcripſit eidem Concilio.

CALENVM Strab. l. 5. vulgo *Carinola*. *Valerius* huius Epiſcopus ſubſcripſit eidem Concilio.

CALATIA Liuio l. 8. vulgo *Caiazzo*. Antiquum Breuiarium Capuæ meminit *Stephani* Calatiæ Epiſcopi; ſed an ſex primis ſæculis, mihi non conſtat.

CAPVA Melæ lib. 2. cap. 4. hodie *Capoa*. Ex eius Epiſcopis *Vincentius* ſubſcripſit Concilio Sardicenſi, *Tiburtius* Romano ſub Hilaro, *Conſtantinus* Romano ſub Felice, & primo ſub Symmacho; necnon *Proterij* Epiſcopi à Capua meminit Optatus libro primo.

ACERRA Plin. l. 3. c. 5. vulgò *l'Acerra*. *Concordij* huius Epiſcopi mentio eſt in Concilio Romano primo ſub Symmacho.

NOLA Ptol. l. 3. c. 1. nunc quoque *Nola* dicitur. *Serenus* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Romano primo ſub Symmacho. & D. Gregorius magnus ſcripſit epiſt. 13. 14. & 26. lib. 4. indict. 13. ad *Gaudentium* Nolanum Epiſcopum.

ABELLINVM Ptol. ibid. vulgò *Auellino*. *Timotheus* huius Epiſcopus ſubſcripſit Synodo Romanæ primæ ſub Symmacho.

VENAFRVM Strab. lib. 5. vulgò *Venafri*. *Conſtantinus* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Romano primo ſub Symmacho.

ATINA Virgilio lib. 7. Æneid. vulgo *Atino*. Plures huius Epiſcopi numerantur in Martyrologio Romano, ac inter eos *Marcus* à ſancto Petro ordinatus, & *Fulgentius* ſucceſſor Marci, Martyrque ſub Domitiano.

PICENVM ANNONARIVM.

ÆSIS Ptolem. l.3. c.1. hodie *Giesi. Martianus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano tertio sub Symmacho.

SENOGALLIA Melæ l.2. c.4. vulgo *Senegalia. Venantius* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano quarto sub Symmacho.

FANVM FORTVNÆ Ptol. lib.3 c.1. vulgo *Fano. Eusebius* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano quarto sub Symmacho, scripsitque Gregorius magnus epistolam 177. lib.6 indict. 15. ad *Fortunatum* Episcopum Fani fortunæ.

PISAVRVM Melæ lib.2. cap.4. hodie *Pesaro. Germanus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano primo sub Symmacho.

ARIMINVM, Plinio Ariminium lib.3. c.15. vulgo *Rimini. Stemnius* huius Episcopus legitur apud Optatum lib.1. & *Ioannes* eiusdem ciuitatis Episcopus adfuit Concilio Romano primo sub Symmacho.

VRBINVM Procopio lib.2. rerum Gothic. hodie *Vrbino.* Gregorius magnus epistolam 24. lib.2. Indict.11. ad *Leontium* Episcopum Vrbinatem scripsit.

TIFERNVM METAVRENSE Plin. libro tertio capite quinto. Ciuitas Episcopalis antiqua creditur: attamen nullum legi ante *Exhilaratum* Concilio Romano sub Agathone subscriptum, quem huius Episcopum fuisse conijcere sit.

FORVM SEMPRONII Ptol. lib.3. c.1. vulgo *Fossunbrono. Felicissimus* Episcopus Forosemproniensis subscripsit Concilio Romano primo sub Symmacho, & *Innocentius* secundo.

CALLIVM, Antonino in Itinerario Calle vicus, vulgò *Cagli. Viticanus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano tertio sub Symmacho

PICENVM SVBVRBICARIVM.

PINNA Ptol. lib.3. c.1. hodie *Penna. Romanus* huius Episcopus adfuit Concilio Romano primo sub Symmacho.

INTERAMNIA Ptol lib.3 c.1. alijs Interamnium, vulgò *Teramo*, huius Episcopus subscripsit Concilio Romano tertio sub Hilaro

ASCVLVM Ptol. ibid. hodie *Ascoli. Lucentius* huius Episcopus interfuit Concilio Chalcedonensi.

FIRMVM Ptol. ibid. vulgò *Fermo. Iustus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano quinto sub Symmacho.

TOLENTINVM, à quo Tolentinates populi. Plin. l.3. c.16. vulgò *Tolentino. Basilius* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano primo sub Symmacho, & ante eum *Basilicus* Romano sub Felice.

SEPTEMPEDA Straboni lib.5 hodie *S. Seuerino*, cuius Episcopus *Seuerinus* legitur in monumentis Ecclesiæ Septempedanæ, tempore Iustiniani Imperatoris.

MATELICA Piceni vrbs, à qua Matilicates populi Plin l.3. c.14 vulgò *Matelica. Equitius* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano sub Felice.

CINGVLVM

CINGVLVM, Picenorum oppidum Cæsari, & Ciceroni ad Atticum, vulgò *Cingulo*. *Iulianus* Episcopus Cinguli interfuit Concilio quinto generali Constantinopolitano.

AVXIMVM Procop. lib. 2. vulgò *Osimo* & *Osmo*. *Fortunatus* huius Episcopus subscripsit Concilio Lateranensi sub Martino.

POTENTIA Straboni lib. 5. vulgo *Porto di S. Lepidio*, alijs *Potenza*. *Faustinus* huius Episcopus adfuit Concilio Carthaginensi septimo, ad quod Legatus missus fuerat a sede Apostolica.

NVMANA Melæ lib 2. cap 4. vulgò *Humana*. *Philippus* huius Episcopus subscripsit Concilijs Romanis sub Hilaro & Felice.

ANCONA Ptol. lib. 3. c. 1. hodie nomen retinet. Gregorius magnus epistolam 91. lib. 7. indict. 2. scripsit *Seuero* Episcopo Anconitano

HADRIA Straboni lib. 5. vulgò *Adri*, cuius Episcopus interfuit Concilio Lateranensi sub Martino. Differt autem ab ea, quæ est in Flaminia.

ATERNVM Straboni lib. 5. vulgò *Pescara*. *Peregrini* Episcopi Aterni mentio fit apud D. Gregorium in Dialogis.

VALERIA.

FIDENE Virgilio lib. 6. Æneid. vulgò *Castel Iubileo*. *Gerontius* Episcopus Fidenes subscripsit Concilio Romano tertio sub Symmacho.

NOMENTVM Ptolem. lib. 3. c. 1. vulgò *Lamentana*. Ex eius Episcopis *Seruus-dei* subscripsit Concilio Romano sub Hilaro, *Cyprianus* Romano sub Felice, & *Romanus* Romano tertio sub Symmacho.

TIBVR Suetonio in Augusto cap. 72. hodie *Tiuoli*. *Candidus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano sub Felice, & primo Romano sub Symmacho.

NVRSIA Ptol. lib 3. cap. 1. nunc *Notza*. *Stephanus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano primo sub Symmacho.

MARSI Ptolem. ibid. vulgò *Marci*. *Luminosus* Episcopus Marsensis subscripsit Concilio Lateranensi sub Martino.

PRÆNESTE Ptolem. ibid. vulgo *Palestrina*. *Ianuarius* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano sub Hilaro, & *Romulus* item Romano sub Felice, & quartæ Synodo sub Symmacho.

FVRCONIVM Paulo Diacono hist. Longobard. lib. 2. cap. 20 hodie *Forconio*. In ea ciuitate sedem Episcopalem a primis sæculis fuisse ferunt, sed eius Episcopum non legi ante *Florum*, qui subscripsit Concilio Romano sub Agathone.

AMITERNVM Plinio lib. 3. cap. 12. vulgò *S. Vittorino*. *Valentinus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano primo sub Symmacho.

REATE Straboni lib 5. vulgò *Rieti*. *Vrsus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano tertio sub Symmacho.

LISTA Dionysio Vrbs Sabinorum non longe distans à Reate. *Ioannem* eius Episcopum fuisse conijcere est, qui à Diuo Gregorio Presbyter Cardinalis constitutus est in Ecclesia Scyllatina, epist. 25. lib. 2. indict. 10.

CVRES, Curis Straboni lib. 5. vulgò *Curese*. *Tiberius* Episcopus Curicum Sabinorum subscripsit Concilio Romano sub Hilaro. Hancque se-

dem probabile est eamdem fuisse cum ea, quæ dicitur sancti Anthimij, cuius meminit Diuus Gregorius epist. 2. libro 2. indict. 11. & quam vnijt Nomentanæ.

SAMNIVM.

BENEVENTVM Ptolem. lib. 3. c. 1. hodie *Beneuento. Epiphanius* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano primo sub Symmacho: & *Theophili* eiusdem ciuitatis Episcopi meminit Optatus lib. 1.

SÆPINVM Ptolem. lib. 3. cap. 1. vulgò *Sepino. Proculianus* Sepinatis Episcopus subscripsit Concilio Romano tertio sub Symmacho.

SVLMO Ptol. ibid. nunc *Sermona* dicitur. *Palladius* Sulmontinus Episcopus subscripsit Concilio Romano primo sub Symmacho.

BOVIANVM, Boianum Ptol. ibid. vulgò *Boiano. Laurentius* Episcopus Boianensis subscripsit Concilio Romano tertio sub Symmacho.

ALIPHA, vel Allifa Ptol. ibid. *Clarus* Episcopus Aliphanus subscripsit Concilio Romano primo sub Symmacho.

THEATEA Ptol. lib. 3. cap. 1. vulgò *Ciuita di Chieti. Quintus* Theatinus Episcopus subscripsit Concilio primo Romano sub Symmacho.

ORTONA Straboni libro 5. hodie nomen retinet. *Maximianus* Episcopus Ortonensis subscripsit Concilio Romano quarto sub Symmacho.

FREQVENTVM, vulgò *Fricenti*, vrbs Episcopalis, cuius Episcopus *Marcianus* à sancto Leone Papa ordinatus est, ex monumentis Ecclesiæ Beneuentanæ.

SAMNIVM Paulo Diacono lib. 2. cap. 20. *Marcus* Samninus Episcopus subscripsit Synodo quartæ Romanæ sub Symmacho.

VALVA, oppidum Sulmoni proximum, apud quod fuit olim sedes Episcopalis vnita Sulmoni. *Fortunatus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano quinto sub Symmacho; & *Pamphili* Valuensis Episcopi memoria fit in Martyrologio Romano die 28. Aprilis.

APVLIA.

EGNATIA Ptolem. lib. 3. cap. 1. Ignatia Straboni, vulgò *Gnazzo. Rufentius* Episcopus Ignatinus subscripsit Concilio Romano sub Symmacho.

BARIVM Ptol. ibid. hodie *Barri. Concordius* Episcopus Barinus subscripsit Concilio Romano sub Hilaro.

TRANVM, vulgò *Trani. Eutychius* Tranensis Episcopus subscripsit Concilio Romano tertio sub Symmacho.

CVPERSANVM, vulgò *Conuersano. Hilarius* Cupersanensis Episcopus subscripsit Concilio Romano tertio sub Symmacho.

CANVSIVM Ptol. lib. 3. cap. 1. vulgò *Canosa. Rufinus* Canusinus Episcopus subscripsit Concilio Romano primo sub Symmacho, & *Memor* eiusdem Ciuitatis Episcopus tertio sub eodem.

SIPONTVM Plinio lib.3. cap.11. adhuc *Siponto* dicitur. *Felix* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano sub Hilaro, & ad alium *Felicem* Sipontinum D. Gregorius magnus plures epistolas misit, vt videre est in ipsius operibus.

ARPI Ptol.lib.3. cap.1. nunc *Sarpi* dicitur. *Pardus* Episcopus Arpi subscripsit Concilio Arelatensi primo.

MELFIA, siue Melphia, vulgò *Melfi*, Ciuitas Episcopalis lib. Concil. *Leucadius* Melphitensis Episcopus subscripsit Synodo sextæ Romanæ sub Symmacho.

VENVSIA Ptol.lib.3. c.1. hodie *Venosa*. *Stephanus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano tertio sub Symmacho.

ACHERONTIA, Acherontius Liu.lib.8. vulgò *Acerenza*. *Iustus* Acherontinus Episcopus subscripsit primæ Synodo Romanæ sub Symmacho.

VIGILIÆ, vrbs Episcopalis vulgò *Bisegli* dicta; legitur in Martyrologio Romano, vbi *Maurus* Episcopus martyrium subijsse sub Traiano dicitur.

CANNÆ Liuio decad.3. l.2. vrbs clade Romanorum celebris, nunc diruta : cuius Episcopus *Antipater* subscripsit Concilio Romano quinto sub Symmacho.

CALABRIA.

BRVNDVSIVM Ptol. lib.3. cap.1. vulgò *Brindisi*. *Leontij* Episcopi Brundusini meminit D. Gregorius magnus lib.9. Indict.4. epist.73.

ALETIVM Ptolem. ibid. vulgò *Lecci*. *Iustus* & *Orontius* primi huius Episcopi, & sancti Pauli Apostoli Discipuli leguntur, vt ferunt, in monumentis Ecclesiæ Aletinæ.

HYDRVNTVM, Hydrus Straboni lib.6. vulgò *Otranto*. *Andreas* huius Episcopus subscripsit Concilio Lateranensi sub Martino: scripsitque Gregorius magnus Epistolam 21. lib. 5. Indict. 14. ad *Petrum* Episcopum Hydruntinum.

CALLIPOLIS Melæ lib.2. cap.4. nunc *Gallipoli*. D. Gregorius magnus scripsit epistolam 84. lib. 2. Indict. 11. ad *Joannem* Episcopum Callipolitanum.

TARENTVM Ptol. lib.3. cap.1. hodie *Taranto*. *Joannes* huius Episcopus subscripsit Concilio Lateranensi sub Martino: scripsitque D. Gregorius magnus epist.44. l.2. Indict. 11. ad *Andream* Episcopum Tarentinum.

VRIA Straboni lib 6. vulgò *Oira*. *Barsanus* huius primus Episcopus legitur in monumentis huius vrbis, fuitque sancti Cataldi Synchronus.

LYPIA, Lupia Melæ lib.2. cap. 4. Hanc autem Episcopalem fuisse legitur apud Gregorium magnum epistola 21. lib. 5. Indict.14. cuius pontifice destitutæ visitationis munus iniungit Brundusino & Callipolitano Episcopis.

BRVTIA.

RHEGIVM Ptolem. lib.3. cap.1. hodie *Rezo*. *Stephanus* primus huius Episcopus ordinatus dicitur à sancto Paulo Apostolo in Martyrolo-

gio Romano : ſcripſitque Diuus Gregorius magnus epiſtolas 4. & 43. l. 2. indict. 11. pluresque alias ad *Bonifacium* Epiſcopum Rhegienſem.

TAVRIANVM Melæ lib. 2. c. 4. hodie *Seminara*. D. Gregorius magnus epiſtolam 39. lib. 1. Indict. 9. ſcripſit ad *Paulinum* Epiſcopum Taurianenſem: ſubſcripſitque *Laurentius* Taurianenſis Epiſcopus Concilio Lateranenſi ſub Martino.

TROPIA, Tropea Stephano, vulgò etiam *Tropia*, cuius Epiſcopus *Ioannes* ſubſcripſit Concilio Lateranenſi ſub Martino.

VIBO, quæ & Vibo-Valentia Plin. lib. 3. c. 5. hodie *Biuona*, teſte Barrio. *Ioannes* Vibonenſis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Romano primo ſub Symmacho, itemque *Papinius* Lateranenſi ſub Martino.

NICOTERA Antonino in Itinerario, nunc *Nicodro*. D. Gregorius magnus ſcripſit epiſtolam 47. lib. 7. Indict. 2. ad *Proculum* Epiſcopum Nicoteræ.

TEMPSA Straboni lib. 5. nunc *S. Marco. Hilarius* huius Epiſcopus ſubſcripſit tertiæ Synodo Romanæ ſub Symmacho, & *Sergius* Lateranenſi ſub Martino.

THVRIVM Ptol lib. 3. cap. 1. nunc *Terra noua* Barrio, alijs *Buffalora*. *Ioannes* Thuritanus Epiſcopus ſubſcripſit tertiæ Synodo Romanæ ſub Symmacho.

CERILLVS Straboni lib. 6. alijs Cerellus, vulgò *Cerilla* Barrio. *Romanus* Epiſcopus Cerellitanus ſubſcripſit Concilio Lateranenſi ſub Martino.

CONSENTIA, vel Coſentia, Liuio lib. 8. hodie *Coſenza*. D. Gregorius magnus ſcripſit epiſtolam 47. lib. 7. indict. 2. ad *Palumbum* Epiſcopum Coſentiæ.

CROTONA Ptolem. lib. 3. c. 1. adhuc *Crotone*. *Theodoſius* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Lateranenſi ſub Martino.

SCYLLATIVM Ptol. lib. 3. cap. 1. vulgò *Squillaci*. *Gaudentius* Scyllatenus Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Romano ſub Hilaro : ſcripſitque D. Gregorius magnus epiſtolas 38. lib. 2. indict. 10. & 37. lib. 7. indict. 1. ad *Ioannem* Epiſcopum Schyllatinum.

LOCRI Ptol. ibid. vulgò *Gieraci*. D. Gregorius magnus dirigit Epiſtolam 47. lib. 7. indict 2. ad *Marcianum* Locrenſium Epiſcopum.

MVRANVM, vel Submuranum Antonino in Itinerario, vulgò *Morano*. *Lucianus* Epiſcopus Murani ſubſcripſit Concilio Romano ſub Iulio.

ORESTIS, vel Oreſtis-portus Plin. lib. 3. cap. 5. hodie *Porto Rauaglioſo*. *Longinus* Oreſtenſis Epiſcopus ſubſcripſit Synodo ſextæ Romanæ ſub Symmacho.

CARINA, vrbs Epiſcopalis in Brutia D. Gregorio magno epiſt. 9. lib. 5. indict. 14. qui, huius defuncto Antiſtite, cum alium ordinare non ſineret deſerti loci habitatio, vt ait, ſedem vniuit Rhegienſi.

BOVA, vulgò etiam *Boua* dicta, Ciuitas Brutiorum in libro Conciliorum legitur: multis antiqua ſedes Epiſcopalis creditur, ſed eius Epiſcopum non reperi ante *Luminoſum* Bouenſem, qui ſubſcripſit Concilio Lateranenſi ſub Martino, non enim legendum eſt Bonenſis, cum nullibi Bona legatur in Italia.

LVCANIA.

POTENTIA Antonino in Itinerario, vulgò *Potenza*. *Amantius* vel *Amandus* ſubſcripſit Synodis tertiæ & quartæ Romanis ſub Symmacho.

BVXENTVM Melæ lib. 2. c. 4. vulgò *Piſciota*. *Ruſticus* Epiſcopus Buxentinus ſubſcripſit tertiæ Synodo Romanæ ſub Symmacho.

PÆSTVM Ptol. lib. 3. c. 1. vulgò *Peſto*. *Florentinus* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio primo Romano ſub Symmacho, & *Ioannes* Lateranenſi ſub Martino.

ACROPOLIS, vrbs Epiſcopalis D. Gregorio epiſt. 29. lib. 2. indict. 10. qua huius Epiſcopo *Felici* curam viſitandarum Velinæ, Buxentinæ, & Blandanæ Eccleſiarum iniungit.

BLANDA Melæ lib. 2. c. 4. hodie *Beluedere*, teſte Barrio *Paſchalis* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Lateranenſi ſub Martino.

CORSICA INSVLA.

ALERIA Ptol. lib. 3. c. 2. vulgò etiam *Aleria* dicitur incolis. *Bonoſus* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Lateranenſi ſub Martino, Diuuſque Gregorius magnus ſcripſit epiſt. 22. lib. 2. indict. 14. ad *Petrum* Epiſcopum Alerienſem de Corſica.

VRCINIVM Ptolem. lib. 3. cap. 2. Adiacium poſtea dictum volunt, vulgò *Adiazzo*. *Euandri* Epiſcopi ab Vrſino meminit Optatus lib. 1. & Diuus Gregorius magnus Epiſcopi Adiacij epiſt. 74. lib. 9. indictione 4.

NEBIVM, vulgò *Nebio*, vrbs Corſicæ inſulæ Epiſcopalis, cuius Epiſcopus *Martianus* ſubſcripſit Concilio Lateranenſi ſub Martino.

TAMITA, vrbs Corſicæ Epiſcopalis, teſte Gregorio magno, qui ſcripſit epiſtolam 77. lib. 1. ind. 9. ad *Martinum* Eccleſiæ Tamitanæ Epiſcopum.

PROVINCIA MEDIOLANENSIS.

LIGVRIA.

MEDIOLANVM Ptolemæo lib. 3. cap. 1. vulgò *Milano*. Primaria vrbs Italiæ Theodoreto lib. 2. c. 15. hiſt. Eccleſ. qui *Dionyſium* huius Epiſcopum nominat. Præter eum alij varijs Concilijs ſubſcripſerunt, *Ambroſius* Concilio Aquileienſi ſub Damaſo, & *Laurentius* Concilio Romano tertio ſub Symmacho.

EPOREDIA Ptol. ibid. vulgò *Iurea* ſeu *Hiurea*. *Eulogius* huius Epiſcopus ſubſcripſit epiſtolæ Euſebij Epiſcopi Mediolanenſis ad Leonem Papam, quæ extat inter epiſtolas Leonis magni.

VERCELLÆ Ptol. ibid. vulgo etiam *Vercelli*. Ex eius Epiſcopis *Limenius* ſubſcripſit Concilio Aquileienſi ſub Damaſo, *Iuſtianus* Epiſtolæ Euſebij Mediolanenſis ad Leonem Papam, & *Æmilianus* tertiæ Synodo Romanæ ſub Symmacho.

NOVARIA Plin. lib. 3. c. 17. vulgò *Nouara*. *Simplicius* huius Episcopus subscripsit epistolæ Eusebij Mediolanensis ad Leonem Papam.

TICINVM Ptol. lib. 3. c. 1. vulgò *Pauia*. *Crispinus* huius Episcopus subscripsit eidem epistolæ, nec non *Maximus* tertiæ Synodo Romanæ sub Symmacho.

LAVS POMPEIA Plin. lib. 3. c. 17. vulgò *Lodi*. *Basilianus* huius Episcopus subscripsit Concilio Aquileiensi sub Damaso, & *Cyriacus* supradictæ epistolæ Eusebij Mediolanensis ad Leonem Papam.

CREMONA Æthico in Cosmographia, nomen retinet. *Ioannes* huius Episcopus subscripsit eidem epistolæ Eusebij, & *Eustathius* Synodis tertiæ & sextæ Romanis sub Symmacho.

BRIXIA Straboni lib. 5. vulgò *Brescia*. Ex eius Episcopis *Vrsacius* subscripsit Concilio Sardicensi, *Philaster* Concilio Aquileiensi sub Damaso, & *Octauianus* supradictæ Eusebij epistolæ.

BERGOMVM Ptolem. lib. 3. c. 1. vulgò *Bergamo*. *Prestantius* huius ciuitatis Episcopus subscripsit eidem epistolæ, necnon *Laurentius* tertiæ Synodo Romanæ sub Symmacho.

COMVM Straboni lib. 5. vulgò *Como*. *Abundantius* huius Episcopus subscripsit supradictæ epistolæ Eusebij.

ALPES COTTIÆ.

AVGVSTA TAVRINORVM Ptolem. lib. 3. cap. 1. vulgò *Turino*. Ex eius Episcopis *Maximus* subscripsit Concilio Aquileiensi sub Damaso, & *Tigridius* Synodis tertiæ & sextæ Romanis sub Symmacho.

ASTA Ptol. ibid. vulgò *Asti*. *Pastor* huius Episcopus subscripsit epistolæ Eusebij, & *Maiorianus* Concilio Romano sub Hilaro.

DERTONA Antonino in Itinerario, vulgò *Tortona*. Ex eius Episcopis *Exuperantius* subscripsit Concilio Aquileiensi sub Damaso, *Quintus* epipistolæ supradictæ Eusebij, & *Saturninus* primæ Synodo Romanæ sub Symmacho.

ALBA POMPEIA Plin. lib. 3. c. 5. hodie etiam *Alba* dicitur. *Lampadius* huius Episcopus subscripsit primæ Synodo Romanæ sub Symmacho.

AQVÆ STATIELLÆ, Straboni lib. 5. vulgò *Acqui*. Huius ciuitatis Episcopus *Valentinus* subscripsit epistolæ Eusebij Mediolanensis ad Leonem Papam.

ALBINGAVNVM Melæ lib. 2. c. 4. vulgò *Albenga*. Ex eius Episcopis *Quintius* subscripsit eidem epistolæ Eusebij, & *Gaudentius* Concilio Romano sub Hilaro.

VIGINTIMILIVM Antonino in Itinerario, vulgò *Vintimiglia*. Ciuitas Episcopalis antiqua quibusdam creditur, sed eius Episcopum non reperi ante *Ioannem*, qui legitur in epistola Concilij Romani sub Agathone.

BOBIVM Paulo Diaco. lib. 4 cap. 43. hodie *Bobi* & *Bobio*. *Laurentius* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano quinto sub Symmacho.

GENVA Antonino in Itinerario, vulgò *Genoüa*. *Diogenes* huius Episcopus subscripsit Concilio Aquileiensi sub Damaso, & *Paschasius* supradictæ epistolæ Eusebij.

SAVONA, Sabata Ptol. lib. 3. cap. 1. etiam vulgò *Sauona*. *Montani* Sauonæ Episcopi meminit Gregorius magnus epist. 22. lib. 9. indict. 4.

RHÆTIA PRIMA.

CVRIA Antonino in Itinerario, vulgò *Chur*, & Italis *Corra*. *Asimo* huius Episcopus subscripsit epistolæ Eusebij Mediolanensis ad Leonem Papam.

RHÆTIA SECVNDA.

AVGVSTA VINDELICORVM Ptolem. lib 3. cap. 1. vulgò *Auspurg*. Huius Episcopus *Euthasius* subscripsit epistolæ Eusebij Mediolanensis ad Leonem Papam, & *Iocundus* Synodo Romanæ tertiæ sub Symmacho.

RATISPONA, *Regium* Antonino, & libro Notitiarum *Castra regina*, vulgò *Regensburg*. *Paulinus* huius Episcopus legitur temporibus Zenonis Imperatoris & Clodouei Regis Francorum apud rerum Germanicarum scriptores.

QVINTANÆ Antonino in Itinerario, Quintanum Optato lib. 1. qui ibidem meminit *Zotici* Episcopi à Quintano.

PROVINCIA RAVENNENSIS.

FLAMINIA.

RAVENNA, inquit Zosimus lib. 5. Metropolis est Flaminiæ, vrbs sanè antiqua, Thessalorum colonia, Rene dicta, quod eam aquæ ab omni parte circumfluant: non verò inde, vt Olympiodorus Thebanus ait, quod Remus Romuli frater, huius vrbis conditor fuerit, vulgò etiam *Rauenna* dicitur. *Petrus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano sub Symmacho: Diuusque Gregorius scripsit epistolam 37. lib. 3. indict. 12. ad *Ioannem* Episcopum Rauennensem, & epist. 50. lib. 7. indict. 2. ad *Marinianum* eiusdem ciuitatis Episcopum.

SARSINA Straboni lib. 5. vulgò etiam *Sarsina*. *Donatus* huius Episcopus subscripsit Concilio Lateranensi sub Martino.

CÆSENA Ptol. lib. 3. c. 1. vulgò etiam *Cesena*. *Florianus* huius Episcopus legitur apud Optatum lib. 1.

FORVM POPVLI, seu Forum Popilij Plin. lib. 3. cap. 15. *Stephanus* huius Episcopus adfuit & subscripsit Concilio Lateranensi sub Martino.

FICOCLÆ Anastasio in vita Theodori, vulgò *Ceruia*. *Bonus* huius Episcopus subscripsit Concilio Lateranensi sub Martino.

FORVM LIVII Plinio lib. 3. cap. 15 vulgò *Forli*. Quibusdam vrbs antiqua Episcopalis, tamen huius Episcopum non legi ante *Vincentium*, qui epistolæ Concilij Romani sub Agathone subscripsit.

FAVENTIA Ptol. lib. 3. cap. 1. hodie *Faenza*. *Constantij* huius Episcopi meminit Optatus lib. 1. & *Iustus* Fauentinus subscripsit Concilio Romano sub Hilaro.

FORVM CORNELII Ptol. lib. 3. cap. 1. vulgò *Imola*. *Constantius* huius

Epiſcopus legitur apud D. Ambroſium epiſt. 44. Paulo Diacono eſt in Æmilia.

VICOHABENTIA, vulgò *Vicouenza*: apud Petrum Chryſologum legitur ſermone 175. quo etiam meminit *Marcellini* eius Epiſcopi. Ex hac autem vrbe *Deuſdedit* Epiſcopus ſedem Epiſcopalem tranſtulit Ferrariam authoritate Vitaliani Papæ.

HADRIA, vel Adria, Melæ lib.2. cap.4. hodie *Adri*. Quibuſdam ciuitas Epiſcopalis antiqua, ſed huius Epiſcopum non legi ante Concilium Lateranenſe ſub Martino, cui adfuit.

COMACVLA, alijs Comaclum, vulgò *Comacchio*, vrbs Epiſcopalis ad oſtium Padi, legitur in libris Conciliorum: ſubſcripſit autem *Pacatianus* eius Epiſcopus Concilio Romano quarto ſub Symmacho.

ÆMILIA.

BONONIA Melæ lib.2. cap.4. vulgò *Bologna*. *Euſebius* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Aquileienſi ſub Damaſo.

BRIXELLVM Ptol. lib.3. cap.1. vulgò *Breſſello*. *Cyprianus* huius Epiſcopus ſubſcripſit epiſtolæ Euſebij Mediolanenſis ad Leonem Papam.

MVTINA Ptol. ibid. vulgò *Modena*. Ex eius Epiſcopis *Caſſianus* ſubſcripſit Synodo Romanæ tertiæ ſub Symmacho, & *Baſſus* quartæ ſub eodem.

REGIVM LEPIDI Straboni lib.5. vulgò *Reggio*. *Fauentius* huius Epiſcopus ſubſcripſit epiſtolæ Euſebij & Synodi Mediolanenſis ad Leonem Papam.

PARMA Ptol. vbi ſuprà, vulgò etiam *Parma* dicitur. Epiſcopi Parmæ meminit Baronius à primis ſæculis, ſed in Concilijs non legi ante *Gratioſum*, qui ſubſcripſit epiſtolæ Concilij Romani ſub Agathone.

PLACENTIA Tacito hiſt. lib. 11. vulgò *Piacenza*. *Sabinus* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Aquileienſi ſub Damaſo.

PROVINCIA AQVILEIENSIS.

VENETIA.

AQVILEIA, vt legitur apud Euſtathium in ſcholiis ad Dionyſium, vrbs eſt maxima, quæ & Aquilia vocatur, ab volucre, quam Itali Aquilam appelant, quæ, teſte Iuliano Imperatore, vrbi, cum conderetur, dextra ex parte cælitus aduolans, de ſuo nomine vocabulum impoſuit. *Fortunatianus* eius Epiſcopus ſub Conſtantio apud D. Hieronym. lib. de ſcript. Eccleſ. legitur. Leo magnus epiſtolam ſcripſit ad *Nicetam* & ad *Iulianum* Aquileienſes Epiſcopos.

PATAVIVM Antonino in Itinerario, vulgò *Padoüa*. *Proſdocimus* primus huius Epiſcopus à ſancto Petro Apoſtolo ordinatus legitur apud Mombritium tomo 2. & *Maximus* Proſdocimi ſucceſſor apud eumdem.

TORCELLVM, vrbs Epiſcopalis in libro Conciliorum, cuius Epiſcopus *Agnellus* ſubſcripſit Concilio Romano ſub Felice.

ALTINVM Melæ lib.2. c.4. vulgò *Altino*. *Heliodorus* huius Epiſcopus ſubſcripſit

ſubſcripſit Concilio Aquileienſi ſub Damaſo, & D. Ambroſius epiſtolam 85. ſcripſit ad *Septimium* Epiſcopum Altini.

ACELVM Plinio lib.3.cap.19. vulgò *Aſolo*. *Agnelli* huius Epiſcopi meminit Paulus Diaconus lib.3. cap.27.

TARVISIVM, Venetiæ vrbs, vulgò *Treuiſo*, legitur apud Paulum Diaconum lib 3. cap.27. vbi etiam meminit *Ruſtici* Epiſcopi de Taruiſio.

MARIANVM, oppidum in Inſula quæ eſt ad ſiniſtram Zelinæ amnis, Paulo Diacono lib. 3. cap. 27. *Donatus* Epiſcopus Marianenſis ſubſcripſit Concilio Lateranenſi ſub Martino.

VERONA Ptolem. lib.3. cap.1. hodie nomen retinet. Ex eius Epiſcopis *Lucius* ſubſcripſit Concilio Sardicenſi, & *Seruus-dei* Concilio Romano tertio ſub Symmacho.

GRADVS vulgò *Grado*, Paulo Diacono lib.2.cap.10. vbi *Paulus* huius Patriarcha dicitur, ſed & Diuus Gregorius epiſt. 38. lib.11. indict. 6. meminit *Seueri* Epiſcopi Gradienſis.

NOVA, vrbs olim Venetorum in ora Marchiæ Taruiſinæ, nunc euerſa, D.Gregorio epiſt.10.lib.7.indict.2.vbi meminit *Ioannis* Epiſcopi Nouæ.

CAPRVLA, Inſula proxima Venetijs, vulgò *Caborla*, Epiſcopalis dicitur apud D.Gregorium epiſt. prox.citata.

CENETA vulgò *Ceneda*, Venantio Fortunato, qui de illa ſcribēs, hæc ait: *Per Cenetam gradiens & amicos Duplauonenſes.* Quibuſdam creditur ciuitas Epiſcopalis antiqua, ſed eius Epiſcopum non legi ante *Urſinum*, qui ſubſcripſit epiſt.Synod. Concilij Occidentalis ſub Agathone. Veruntamen ratio dubitandi eſt, num *Euentius*, qui dicitur Epiſcopus Citinienſis in Concilio Aquileienſi ſub Damaſo, potius Cenetenſis ſit.

TRIDENTVM Ptol. lib.3. cap.1. vulgò *Trento*. *Abundantius* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Aquileienſi ſub Damaſo.

FELTRIA, vulgò *Feltri*, Paulo Diacono lib.3. cap.27. vbi legitur *Fronteius* Epiſcopus Feltriæ.

BELLVNVM, Belunum Ptol. lib.3. cap.1. vulgò *Belluno*. Paulus Diaconus vbi ſupra, meminit *Laurentij* Bellunenſis Epiſcopi.

SABIONA, vulgò *Siben*, Paulo Diacono vbi ſupra, meminitque ibidem *Ingenuini* Epiſcopi de Sabiona.

OPITERGIVM Ptol. lib. 3. cap. 1. vulgò *Oderzo*. Quibuſdam creditur antiqua ſedes Epiſcopalis, ſed eius Epiſcopum non reperi ante *Benenatum*, qui ſubſcripſit Epiſtolæ Synodicæ ſub Agathone.

CELINA Plin. lib.3. cap.19. vulgò *Celine*. *Viticanus* Epiſcopus Celinenſis ſubſcripſit Synodo ſextæ Romanæ ſub Symmacho.

HISTRIA.

FORVM IVLII Ptol. lib.3. cap.1. vulgò *Friuli*. *Aſterius* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Romano ſub Hilaro.

TERGESTVM Ptol. lib.3. cap.1. vulgò *Trieſto*. D. Gregorius meminit *Firmini* Epiſcopi Tergeſtini epiſt.40. lib.11. indict.6.

PARENTIVM Ptol. ibid. hodie *Parenzo*. *Seuerus* huius Epiſcopus legitur apud Paulum Diaconum lib.3. cap.27.

POLA Ptol. ibid. hodie etiam *Pola*. *Venerus* huius Episcopus subscripsit Conciliô Romano tertio sub Symmacho.

EMONA, alijs Æmonia, legitur in lib. Concil. vulgò *Citta noua*. *Maximus* huius Episcopus subscripsit Concilio Aquileiensi sub Damaso.

PROVINCIA SICILIÆ, IN QVA MELITA ET LIPARA.

SYRACVSÆ Plinio lib. 3. cap. 8. vulgò *Syragusa*. Princeps Siciliæ vrbium dicitur apud Solinum cap. 11. Ex eius Episcopis *Chrestus* subscripsit Concilio Arelatensi primo, *Eulalius* Concilio Romano quarto sub Symmacho; & D. Gregorius magnus meminit *Maximiani* eius Episcopi lib. 2. indict. 10. epist. 4. necnon *Ioannis* lib. 5. epist. 118. indict. 14.

TINDARIVM Ptol. lib. 3. cap. 4. vulgò *Tyndaro*. Ex eius Episcopis *Gaudentius* subscripsit Synodo primæ Romanæ sub Symmacho, *Seuerus* tertiæ Romanæ sub eodem. D. Gregorius magnus meminit etiam *Eutycij* Tyndaritani Episcopi lib. 2. indict. 11. epist. 60.

LEONTINI, Leontium Ptol. ibid. vulgò *Lentini*. D. Gregorius magnus scripsit epist. 53. lib. 10. indict. 5. ad *Lucidum* Leontinum Episcopum.

LYLIBÆVM Melæ lib. 2. cap. 7. vulgò *Marsala*. *Paschasius* huius Episcopus interfuit Concilio Chalcedonensi, scripsitque epistolam ad Leonem magnum quæ extat inter huius epistolas Decretales.

TAVROMENIVM Ptol. ibid. vulgò *Taormina*. *Rogatus* huius Episcopus subscripsit tertiæ Synodo Romanæ sub Symmacho. *Victorinus* & *Secund nus* eiusdem ciuitatis Episcopi leguntur apud D. Gregorium magnum epist. 71. lib. 1. indict. 9.

MESSANA Plin. lib. 4. cap. 8. hodie *Messina*. Ex eius Episcopis *Eucarpus* subscripsit Concilio Romano tertio sub Symmacho, & D. Gregorius magnus scripsit epist. 38. lib. 1. indict. 9. ad *Felicem* Episcopum Messanensem, necnon ad *Domnum* eiusdem ciuitatis Episcopum epist. 35. lib. 6. indict. 15.

AGRIGENTVM Stephano, siue Agragantinum Emporium Ptolemæo vbi supra, vulgò *Grigenti*. D. Gregorius magnus meminit *Gregorij* Agrigentini epist. 70. lib. 1. indict. 9. & *Eusanij* eiusdem ciuitatis Episcopi epist. 36. lib. 4. indict. 11.

PANORMVS Melæ lib. 2. cap. 7. hodie *Palermo*. Vrbs Siciliæ Episcopalis, vt legitur apud Leonem magnum in epistola ad vniuersos Siciliæ Episcopos. Diuusque Gregorius magnus meminit *Victoris* Panormitani Episcopi epist. 70. lib. 1. indict. 9. necnon *Ioannis* epist. 44. lib. 11. indict. 6.

THERMÆ Ptol. lib. 3. cap. 4. vulgò *Thermine*. *Elpidius* Thermensis Monasterij Episcopus subscripsit Synodo Romanæ tertiæ sub Symmacho.

CATANA Straboni lib. 6. hodie *Catania*. *Berillus* primus huius Episcopus dicitur à sancto Petro ordinatus, in Martyrologio Romano 21. Martij. Meminitque *Leonis* Catanensis Episcopi Diuus Gregorius epist. 70. lib. 1. indict. 9.

TRIOCALA, Stephano Tricala, vulgò *S. Giorgio di Triocala*. *Petrus* huius Episcopus dicitur apud D. Gregorium magnum epist. 43. l. 9. indict. 4.

ALÆSA Ptol. lib. 3. cap. 4. vulgò *Caronia*. *Calumniosus* huius Episcopus subscripsit Concilio Lateranensi sub Martino.

CAMARINA Ptol. ibid. nunc *Camarana*, teste Fazel. *Probus* huius Episcopus subscripsit Synodo tertiæ Romanæ sub Symmacho.

MELITA Insula Plin. lib. 4. c. 8. hodie *Malta*. *Lucillus* huius Episcopus dicitur apud D. Gregorium epist. 1. lib. 8. indict. 3

LIPARA Insula & ciuitas Ptol. lib. 3. c. 4. vulgò *Lipari*. *Augustus* huius Episcopus subscripsit Concilio Romano tertio sub Symmacho: meminitque Gregorius magnus Ecclesiæ Liparitanæ, cuius curam commisit *Paulino*, epist. 13. lib. 2. indict. 10.

SARDINIA CVM INSVLIS BALEARIBVS.

CARALLIS Ptol. l. 3. c. 3. vrbs primaria Sardiniæ Straboni lib. 5. & antiquissima Melæ, cui *Calaris* nominatur, lib. 2. cap. 7. vulgo *Cagliari*. *Lucifer* huius Episcopus legitur apud Theodoretum hist. Eccles. lib. 2. c. 15. necnon apud Socratem lib. 3. cap. 4. & *Ianuarius* dicitur Episcopus Metropoleos Calaris apud D. Greg. epist. 47. lib. 1. indict. 9.

SVLCHI Melæ ibid. nunc *Solo*, teste Pineto. *Antiochus* huius Episcopus passus est sub Adriano Imperatore, vt scribit Fara de rebus Sardiniæ: & *Vitalis* Sulcitanus legitur in Notitia Episcoporum, qui Carthaginem iussu Hunnerici Regis venerunt pro reddenda ratione fidei.

TEGVLA Antonino in Itinerario, vrbs Sardiniæ inter Sulchi & Nuram. *Donatum* huius Episcopum fuisse dicunt, qui legitur in Collatione Carthaginensi.

TVRRIS Libissonis, Plin. lib. 4. cap. 7. vulgò *Porto di torre*. *Felix* de Turribus legitur in Notitia Episcoporum, qui Carthaginem venerunt, vt suprà: & *Marianus* apud D. Gregorium epist. 59. lib. 1. indict. 9.

FORVM Traiani, Antonino inter Tibulas & Caralim. *Martiniani* huius Episcopi mentio fit in supra citata Notitia.

PHAVSANIA, alijs Fausiana, vulgò *Terra noua*, vrbs Sardiniæ Episcopalis in ora ad ortum. *Victor* huius Episcopus dicitur apud D. Gregorium epist. 1. lib. 9. indict. 4. & *Simplex* passus est sub Diocletiano, vt legitur in Martyrologio die 15. Martij. Sed hæc sedes iam vnita est Emporiensi.

EVVSVM modo dictæ Notitiæ, à Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Ebyssus nominatur, estque Insula & Vrbs, in mari Balearico, cuius Episcopus *Opilio* dicitur in eadem Notitia.

SANAFER, vrbs Episcopalis sub Calari, an in Sardinia non ita certum, huius Episcopus *Martinianus* recensetur in eadem Notitia.

PALMA, primaria vrbs Maioricæ Insulæ Balearis Ptolemæo lib. 2. cap. 6. vulgò *Mallorca*. *Helias* huius Episcopus in eadem Notitia reperitur.

MINORICA, altera ex Balearibus Insulis, cuius primaria vrbs Iamna Ptol. ibid. vulgò *Citadella*. *Macarius* huius Episcopus dicitur in eadem Notitia

ILLYRICVM OCCIDENTALE.

LIBER TERTIVS.

I. Illyrici nomen, situs et incolæ.

a Appian. lib. De rebus Illyrici

ἔφασι δὲ τὴν μὲν χώραν ἐπώνυμον Ἰλλυριοῦ, τοῦ Πολυφήμου γενέσθαι. Πολυφήμῳ γὰρ τῷ Κύκλωπι, καὶ Γαλατείᾳ Κελτὸν καὶ Ἰλλυριὸν, καὶ Γάλαν παῖδας ὄντας, ἐξορμῆσαι Σικελίας, καὶ ἄρξαι τῶν δι' αὐτοὺς Κελτῶν, Ἰλλυριῶν καὶ Γαλατῶν λεγομένων.

b Strabo lib. 7.

Λείπεται δὲ τὰ ὀρεινὰ μετὰ τὰ πέραν τοῦ Ῥήνου, μέχρι τοῦ Ταναΐδος, καὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος λίμνης, καὶ ὅσα μεταξὺ τοῦ Ἀδρίου καὶ τῶν ἀριστερῶν τῆς Ποντικῆς θαλάττης μερῶν ἀπολαμβάνεται πρὸς νότον, μέχρι τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Προποντίδος ὁ Ἴστρος.

c Herodian. l. 6.

Τὰ Ἰλλυρικὰ δὲ ἔθνη, στενὰ ὄντα καὶ οὐ πολλὴν ἔχοντα τῆς ὑπὸ Ῥωμαίοις γῆς, παρὰ τοσοῦτον ὅμορα καὶ γείτονα Γερμανοῖς Ἰταλιώτας.

d Plin. l. 3. c. 21.

e Sextus Rufus in Breuiario.

f Iustin. lib. 24.

ILLYRICVM, inquit [a] Appianus, ferunt ab Illyrio Polyphemi filio nomen accepisse; & Polyphemi Cyclopis ex Galatea filios, Celtam, Illyrium, & Galam profectos e Sicilia, gentibus imperitasse, quæ ab ijs vocatæ Celtæ, Illyrij, & Galli.] Quod ad eius situm terminosque spectat, sic varie à varijs describuntur. [Illyrica dicuntur, teste [b] Strabone, quæ & Istrum & Alpes attingunt, sita inter Italiam & Germaniam, initium ducentia à lacu, qui est apud Vindelicos, Rhætos, atque Heluetios.] [Gentes autem illa incolentes, vt legitur apud [c] Herodianum, terrarum situ angustæ, neque multum agri Romanis subiecti possidentes, hoc ipso conterminos ferme vicinosque faciunt Germanis Italos.] Sed longè arctioribus adhuc limitibus Illyricum circumscribit Plinius, [d] dum ait: [Arsiæ gens Liburnorum iungitur, vsque ad flumen Titium. Pars eius fuere Mentores, Hymani, Encheleæ, Dudini, ad quos Callimachus Peucetias appellat: nunc toto nomine Illyricum vocatur generatim,] Postea tamen ampliores obtinuit: vnde fit, vt septemdecim eius prouinciæ numerentur apud Sextum [e] Rufum, cuius verba sunt: [Prouincias habet Illyricus septem & decem: Noricorum duas, Pannoniarum duas, Valeriam, Sauiam, Dalmatiam, Mœsiam, Daciarum duas. Et in diœcesi Macedoniæ sunt septem, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiri duæ, Præualis & Creta.] Non tamen semper eumdem numerum prouinciarum habuit, sed nunc plures, nunc pauciores, prout Imperatoribus placitum est.

Porro de Gallorum in Illyricum transmigratione hæc tradit [f] Iustinus. [Galli, inquit, abundanti multitudine, cum eos non caperent terræ, quæ genuerant trecenta millia hominum ad sedes nouas quærendas, velut ver sacrum miserunt. Ex his portio in Italia consedit, quæ vrbem Romam captam incendit: & portio Illyricos sinus per strages Barbarorum penetrauit, & in Pannonia consedit. Gens aspera, audax, bellicosa: quæ prima post

Herculem Alpium inuicta iuga, & frigore intractabilia loca transcendit. Ibi domitis Pannonijs, per multos annos cum finitimis varia bella gesserunt.

Sed his positis, olim Illyricum indiuisum, & ab eodem Duce vel Præfecto II.
administratum fuisse imprimis ex Trebellio obseruandum, dum per illud ILLYRICVM DIV INDIVISVM FVIT.
vniuersum Claudium Ducem fuisse docet [a], his verbis [Dux factus est, [a] Trebell. Pall. in Claudio.
inquit, & Dux totius Illyrici, habet in potestatem Thracias, Mœsias Dalmatas, Pannonias, Dacos exercitus.] Id sub Constantino in diuisione magistratuum Imperij per Præfecturas, mutatum fuisse videtur apud Zosimum [b], cum de Præfecto Prætorio Illyrici à Constantino instituto loquens, hæc ait: [Alteri Constantinus Macedones attribuit. & Thessalos, & Cretenses, & Græciam, & circumiacentes Insulas, & Epyrum vtramque, & Illyrios, & Dacos, & Triballos, & Pannonios ad Valeriam vsque & Mysiam superiorem.] Quis enim hisce in verbis non obseruat, Valeriam à qua incipit Illyricum Occidentale, Orientalis terminum fuisse, proindeque Occidentale alteri Præfecto scilicet Italiæ paruisse. At quamuis ex diuersis Præfecturis essent Illyrici duo, attamen vni Præfecto duas illas Præfecturas multoties commissas fuisse non pauca testantur antiquitatis monumenta. Imprimis hunc ordinem sub Valente & Valentiniano seruatum fuisse, ex hoc conijcimus, quod his imperantibus tres tantùm recenseantur Præfecti Prætorio; vnus Italiæ, Illyrici totius, & Africæ; alter Galliarum; & tertius Orientis. Id clarè discere est ex Marcellino [c], dum ait: [Valentinianus Mediolanum, Constantinopolim Valens discessit. Et Orientem quidem regebat potestate Præfecti Sallustius, Italiam verò cum Africa & Illyrico Mamertinus, & Gallias prouincias Germanianus.] Sed & confirmatur ex Codice Theodosiano, in quo sub Valente, Valentiniano & Gratiano, Macedoniæ & Illyrici, Italiæ & Africæ cura vni tribuitur Præfecto Prætorio Probo. Ad eum dirigitur lex, Quemadmodum [d] septima, de Metallis & Metallarijs, in qua hæc ei, vt Præfecto per Illyricum & Macedoniam, scribunt Imperatores: [Ita Synceritas tua vniuersos per Illyricum & diœcesim Macedonicam prouinciales edicto conueniat, vt nemo quemquam Thracem vltra in possessione propria putet esse celandum.] Vnde Ammianus Marcellinus [e] narrans quomodo Valentinianus, acceptis à Probo Præfecto de Illyrici clade literis, in Illyricum venerit, hæc ait: [Ad prouincialium residuorum exemplum, etiam Epirotæ acturos sibi gratias à Præfecto mittere compulsi Legatos.] Eumdem autem probum Præfectum Prætorio Italiæ sub iisdem Imperatoribus fuisse ex alia lege, [f] qua hæc leguntur, aduertere est. [Igitur Synceritas tua idipsum per omnem Italiam, tum etiam per vrbicarias Africanasque regiones, ac per omne Illyricum prælata, oraculi huius authoritate firmabit.] Sicque Illyricum integrum per hæc tempora sub vno Præfecto fuisse nemo nisi perperam negare potest.

[b] Zosimus lib. 2.
[c] Amm. Marcell. lib. 26.
[d] Cod. Theod. de Metal. & Metallar.
[e] Ammian. Marc. lib. 30.
[f] Cod. Theod. L. Vnica Si per obrep. fuer. impetr.

Attamen quod vt plurimũ per duos Magistratus maximeque administratũ III.
fuerit, imperãtibus Arcadio & Honorio, cõstat ex Notitia Imperij Romani, ILLYRICI DIVISIO, ET PROVINCIÆ OCCIDENTALIS.
in qua Oriẽtale subijcitur Præfecto Prętorio Illyrici, & Occidẽtale Præfecto Prætorio Italiæ. Hæc enim habet: [Sub dispositione viri illustris Præfecti Prætorio Italiæ diœceses infrascriptæ, Italia, Illyricum, Africa.] Vnde etiam cum præfecturarum ordinem sequi nobis in animo sit, explicata antiquæ

Italiæ Notitia, vt de Illyrico Occidentali in superiori parte tabulæ Geographicæ Italiæ descripto dicamus, ratio postulat. Huius prouincias sex fuisse videre est in Notitia Imperij Romani, apud quam hæc leguntur: [Illyrici prouinciæ sex, Pannonia secunda, Sauia, Dalmatia, Pannonia prima, Noricum Mediterraneum, & Noricum Ripense:] Eæque omnes à Vicario Præfecti Prætorio Italiæ per Illyricum, regebantur: cæteris, de quibus aliàs, Præfecto Prætorio Illyrici Orientalis subiectis.

Singularum termini sic describuntur apud Geographos. Noricum clauditur ab occasu Aeno fluuio: à Septentrione Danubij parte, quæ est ab Aeno ad Cetium montem: ab ortu solis, ipso monte Cetio: à meridie, Istriæ montibus. Diuisum est autem in Ripense & Mediterraneum. Norici Ripensis situs iuxta Danubium est, quem habet à Septentrione, sicut ab occasu Aenum fluuium, à meridie vero Noricum Mediterraneum, quod vsque ad montes Istriæ extenditur.

Pannonia superior, quæ & prima dicitur, habet ab occasu montem Cetium, à meridie Drauum fluuium, ab ortu Narabonem, per quem diuiditur ab inferiori, & à Septentrione Danubium.

Pannonia inferior terminatur ab occasu Narabone fluuio, à meridie Drauo, à Septentrionibus autem & ab Oriente Danubio.

Sauia verò à Pannonijs auulsa, & specialis prouincia constituta, Drauo, & montibus Dalmatiæ clausa est.

Dalmatiæ denique fines sunt, à Septentrionali plaga montes eiusdem cum ea nominis & Sauia, ab occasu Istria & Arsia fluuius, ab ortu Præualis, & à meridie Drilo fluuius, mareque Adriaticum. Hæque sunt Illyrici Occidentalis prouinciæ sex, quæ nunc nomen mutarunt dicunturque Bauaria, Austria, Hungaria, Styria, Bossina, Carinthia, Albania, & Sclauonia.

X. Magistratus Illyrici Occidentalis.

Quod ad Magistratus earum spectat, sola Pannonia secunda Consularem habuit. Vnde cum Elpidius Pannoniæ Consularis dicitur à Constantino[a] in Codice Theodosiano, de secunda intelligendum est. Sauia Correctori paruit, cæteræ Præsidibus: omnes autem subijciebantur Vicario Præfecti Prætorio Italiæ per Illyricum, cuius sedes erat Sirmij, in regio palatio, quod partiti sunt Valentinianus & Valens, & de quo plerisque in locis Ammianus.[b] Fuit autem Sirmium inter ciuitates istius regionis omnium primaria, inquit Herodianus[c]. Hanc, teste Zosimo,[d] ex vtraque parte flumen alluit, in Istrum semet exonerans: eiusque nominis fuit, vt ab ea, Pannonia inferior Sirmiensis dicta sit apud Cassiodorũ.[e] Ideo de hac loquens Ammianus[f] postquam Iuliano data est, scribit quod ad exemplar vrbium matris & populosæ & celebris, per alias quoque ciuitates vt sydus salutare susciperetur. Apud eam, inquam, sedes erat Vicarij Illyrici Occidentalis; nec est quod alij Vicarium illum haud fuisse apud Illyricum ex hoc contendant, quod nec eius nomen, nec officium reperiantur in Notitia Imperij Romani, cum nec apud eamdem legatur Vicarius Italiæ per septem prouincias, quem tamen extitisse nemo dubitat. Rationem illius omissionis si quæras, hæc esse potest, qnod Illyricum, tempore quo Notitia facta est, ab Hunnis occuparetur: ideoque illuc Vicarij mitti desiere. Quod autem ab Hunnis occuparetur, videre est apud Paulum Diaconum,[g] qui hæc habet: [Per hæc tempora (scilicet Theodosij iunioris) Attila Rex Hunnorum Thracias & Illyricum

a l. 6. Cod. Theod. de Veteranis.
b Ammian. lib. 16.
c Herodian. in Maximino.
d Zosim. lib. 2.
e Cassiod. lib. 3.
f Ammian. lib. 21.
g Paulus Diac. l. 14. hist.

sæua depopulatione vastabat, omnia castella & ciuitates in seruitutem redigens, præter Adrianopolim & Heracliam, quæ quondam Perinthus vocabatur.] Sed & Diuus Ambrosius [a] de hac Illyrici depopulatione loquens, eam Illyrici vastitatem vocat. Sane cum vnaquæque diœcesis proprium Vicarium haberet, a quo regebatur, vt de Gallia, Hispania, Britannia, Africa, cæterisque ad Romanum Imperium spectantibus dicemus, quin pariter idem censendum sit de Illyrico mihi in mentem venire non potest, vt nec doctissimo Pancirolio supradictam Notitiam explicanti. Sed hæc satis de huius Ciuili administratione.

a Ambr lib, 2. De officijs

V. ILLYRICVM AB INITIO NON PARVIT MEDIOLANENSI ARCHIEPISCOPO, SED PROPRIVM HABVIT SIRMIENSEM.

Quod ad Ecclesiasticam spectat: quamuis sex prouinciæ ciuiles apud illud numerarentur, vt dictum est, nullam tamen ab initio Ecclesiasticam in eo fuisse quidam existimarunt, omne Illyricum Mediolanensi Archiepiscopo subijcientes. Probare nituntur ex Paulino in vita sancti Ambrosij, quem ait Concilio Sirmiensi præfuisse, quo Anemius Episcopus Sirmiensis factus est. Huius [b] verba sunt: [Cùm Ambrosius Sirmium ad creandum Episcopum Anemium perrexisset, ibique Iustinæ tunc temporis reginæ potentia, & multitudine coadunata, de Ecclesia pelleretur, vt non ab ipso, sed ab hæreticis Arianis Episcopus ordinaretur, essetque constitutus in tribunali, nihil curans eorum quæ à muliere excitabantur, &c.] Quo enim, inquiunt, alio nomine huic præesse potuisset, quam Metropolitæ? nec sanè aliter Iustina huic pertinaciter infensa, hunc electioni præesse tulisset. Sed pace eorum dixerim, mihi rationem istam leuem nimis videri, vt hac ad denegandum Illyrico proprium Metropolitam, illudque Mediolanensi Episcopo subijciendum mouear: maximè cum inter Episcopos, qui subscripserunt Epistolæ Synodicæ Eusebij Mediolanensis ad Leonem magnum Pontificem, nullus ex Illyrico sit. Quî enim fieri potuisset, si Metropoli Mediolanensi suberant, vt nemo horum ad Concilium vocaretur, quo de re magni momenti agendum erat? Adfuit electioni Anemij sanctus Ambrosius, non ex officio, sed ex charitate, cui leges Ecclesiæ cedunt, ait Diuus Hieronymus [c] hæc scribens: [Etsi, inquit, singuli Ecclesiarum Episcopi habent sub se Ecclesias, quibus curam videntur impendere, & nemo super alienam mensuram extenditur: tamen præponitur omnibus charitas Christi, in qua nulla simulatio est: nec considerandum quid factum sit, sed quo tempore, & quomodo, & in quibus, & quale factum sit.] Huius ergo diuinæ virtutis flammis succensus dux militiæ Christi Ambrosius, Sirmium se contulit. vt Iustinæ Imperatricis conatibus, quæ Arianum quemdam huius sedis Episcopũ ordinari moliebatur, obsisteret.

b Paulinus in vita S. Ambrosij.

c D. Hieronymus Epiphanij nomine epist. 60.

Nec desunt exempla, quibus id moris in Ecclesia fuisse probetur, cùm hoc animo ductus eximius fidei defensor Cyprianus [d] verba ista ad Stephanum Papam scripserit, quasi partem cum illo habens solicitudinis Ecclesiarum: [Cui rei nostrum est consulere, & subuenire, frater charissime, qui diuinam clementiam cogitantes, & gubernandæ Ecclesiæ libram tenentes, sic censuram vigoris peccatoribus exhibemus, vt tamen lapsis erigendis, & curandis vulneratis, bonitatis & misericordiæ diuinæ medicinam non denegemus. Quapropter facere te oportet plenissimas literas ad Coëpiscopos nostros in Gallijs constitutos, &c.] Sed & aliud præclarum legitur apud Sidonium Apollinarem [e], qui Agrœcium Senonensem Metropolitanum ro-

d Cyprian. epist. 67. ad Steph. P.

e Sidon. Apollin. lib 1, epist. 5.

gans, vt adesset Synodo Bituricensi, qua Bituricarum Archiepiscopus eligendus erat, huius electionem Agrœcij censuræ seruatam esse ait, eumque, si venerit, ostensurum esse, quòd si termini eius regioni, hoc est prouinciæ, poni potuerant, non tamen charitati. Addam istud nõn tam in sancto Ambrosio quam alijs mirũm videri debẽre, cui sanctitas eximia doctrinaque singularis tantam famam authoritatemque in Ecclesia obtinuerant, vt eius Epistolæ vix minus delatum sit à Patribus Concilij [a] Taurinensis, quam alteri à Romano Pontifice scriptæ. Concilij verba sunt: [Illud prætereà decreuit sancta Synodus, vt quoniam Legatos Episcopi Galliarum, qui Felici communicant, destinarunt; si qui ab eius communione se voluerint sequestrare, in nostræ pacis consortium suscipiantur, iuxta literas venerabilis memoriæ Ambrosij Episcopi, vel Romanæ Ecclesiæ Sacerdotis dudum latas, quæ in Concilio Legatis præsentibus recitatæ sunt.] Et quis non legit apud Seuerum [b] Sulpitium Damasi Romani Pontificis ætate Ambrosio Mediolanensi maximam in ordinandis rebus Ecclesiasticis authoritatem fuisse? Nec mirum esse debet, quod Iustina eum iura Ecclesiæ sustinentem tulerit, cum ipsimet Theodosio in similibus obstiterit, nec Imperator quidquam aduersus eum moliri propterea ausus sit. Sed reiecta eorum sententia, nunc Sirmium Illyrici metropolim Ecclesiasticam fuisse probemus.

Quid clarius verbis eiusdem Anemij Sirmiensis quasi singulari & præcipua quadam authoritate fungentis, quæ leguntur in actis [c] Concilij Aquileiensis pro condemnatione Palladij & Secundiani congregati, sub Damaso? [Caput, inquit, Illyrici nonnisi ciuitas Sirmiensis, ego igitur illius ciuitatis Episcopus sum. Eum qui non confitetur Filium Dei æternum, & coæternum Patri, qui est sempiternus, anathema dico.] Anemium enim, decretum istud anathematis, vt authoritatem Metropolitæ habentem ratione ciuitatis suæ pronunciare, planè fatendũ est, aut eum præter rationem loquutum. Sed non minus euidenter id testatur Iustinianus [d], dum hæc ait in Nouellis: [Cum in antiquis temporibus Firmi (hoc est Sirmij, cum etiam hoc nomine donetur apud Iornandẽ) præfectura fuerit constituta, ibique omne fuerit Illyrici fastigium, tam in Ciuilibus, quam in Episcopalibus causis.] Vbi enim fastigium est in Episcopalibus causis, ibi etiam Metropolim esse quis audeat negare, cum idem omnino sit? Nec reuera vsquam legi Episcopum, cuius ciuitas fuerit primaria, caputque plurium prouinciarum ciuilium, & sedes Vicarij Præfecti Prætorio, qui ipse non esset Metropolita. At forsan obseruas Iustinianum Sirmio non tantum sedem Vicarij, sed Præfecti Illyrici thronum tribuere ante Attilæ tempora, eiusque verba ita perspicua esse fateor, vt his nulla alia tribui possit significatio. Sed quomodo istud stare possit cum veritate historiæ, quæ passim docet Thessalonicam ante Attilanam depopulationem primariam fuisse Illyrici, sedemque Præfecti, vt suo loco dicemus, equidem non video: vnde nec in hoc audiendum esse Iustinianum arbitror.

Fatebor tamen Sirmio Attilæ temporibus deleto, authoritatem Metropolitanam aliò translatam fuisse: partimque Laureaco, partim Achridæ, & partim Salonæ datam mihi videri. Etenim Achrida, vt ab illa tanquam digniori incipiamus, facta Archiepiscopali per Iustinianum, consentiente

Vigilio

[a] Concil. Taurin. can 6.

[b] Seuer. Sulpit. l. 2.

[c] Act. Concil. Aquil.

[d] Iustinianus Nouella 11.

Vigilio Pontifice, pars secundæ Pannoniæ, quæ antea Sirmiensi Episcopo integra parebat, huic subiecta est, vt legitur in eius rescripto [a] Imperiali, cuius verba sunt: [Primæ Iustinianæ patriæ nostræ, pro tempore sacrosanctus Antistes non solum Metropolitanus, sed etiam Archiepiscopus fiat: & certæ prouinciæ sub eius sint authoritate, id est, tam ipsa Mediterranea Dacia, quam Dacia Ripensis, necnon Mysia secunda, Dardania, & Præualitana prouincia, & secunda Macedonia, & pars secundæ etiam Pannoniæ, quæ in Bacensi est ciuitate.] Dices forsan Illyricum, lege Vatinia, Galliæ Cisalpinæ vnitum fuisse in gratiam Cæsaris, vt scribit [b] Suetonius: ac ideo vtrique vnicum præfuisse Metropolitanum Mediolanensem, sicut vnus præerat magistratus ciuilis. Sed respondebo ordinem ciuilem in gratiam Cæsaris statutum iam mutatum fuisse Ambrosij temporibus, imò & sub Constantino Imperatore, qui Romanum Imperium Præfectis & Vicarijs regendum tradens, Vicarium vnum Galliæ Cisalpinæ, quæ pars Italiæ erat, & alterum Illyrico præfecerat, vt supra diximus, ideoque argumentum retorqueri posse, & dici, quod sicut à duobus magistratibus ciuilibus hæ diœceses regebantur in ciuilibus, ita etiam à duobus Metropolitanis in Ecclesiasticis, Mediolanensi nimirum & Sirmiensi.

[a] Nouel. Inst. 11

[b] Sueton. in Caio Iulio Cæsare.

VI. Lavriacvm Metropolis altera Illyrici Occidentalis.

Sed & Laureacensis Episcopus, authoritate Sirmiensis extincta, Metropolitanus factus est, Laureacumque Metropolis Pannoniarum. Fuit hæc vrbs inter alias Norici & totius huiusce regionis admodum insignis, ad Danubij & Anasi confluentem sita, in ampla camporum planicie, vbi nũc Anasianum oppidum, vulgò dictum Ens. Hoc à Laureatis literis, quæ Imperatoribus ibi olim cum exercitu constitutis victoriæ cuiusdam nunciæ fortassis aduenerunt, quidam dictum volunt, sed merum somnium videtur. Illic ferunt Beatum Laurentium virum literis & pietate insignem primum Apostolum venisse, eiusque nomini reuera prima Ecclesia parochialis oppidi Anasiani dicata est. Addunt Eutherium huius Episcopum interfuisse Sardicensi Concilio, circa annum trecentesimum quadragesimum septimum celebrato, sed parum certò, cum illius subscriptio sic tantum legatur, [Eutherius à Pannonijs:] at is nõdum Metropolita erat, cùm adhuc staret Sirmium. Theodorus saltem Arianæ sectæ strenuus oppugnator, tẽporibus Theodorici Regis Gothorum, ex huiusce sedis Episcopis, legitur à Symmacho Pontifice Romano Archiepiscopale Pallium authoritatẽque Metropoliticam in Pannonias accepisse. Extat in Metropoli Salisburgensi epistola ab illo summo Pontifice ad eumdem Theodorum, cum Pallium misit scripta, & digna quæ hic recenseatur. [Symmachus sanctæ Apostolicæ sedis gratia Episcopus, Reuerendissimo & sanctissimo fratri Theodoro, sanctæ Laureacensis Ecclesiæ Archiepiscopo, diebus vitæ suæ Pallij vsum, quem ad Sacerdotalis officij decorem, & ad ostendendam vnanimitatem, quam cum Beato Petro Apostolo vniuersus grex dominicarum ouium, quæ ei commissæ sunt, habere non dubium est, ab Apostolica sede sicut decuit poposcisti: quod, vt potè ab eisdem Apostolis fundatæ Ecclesiæ, maiorum more, libenter indulsimus, ad ostendendum te magistrum & Archiepiscopum, tuamque sanctam Laureacensem Ecclesiam Pannoniarum prouinciæ sedem fore Metropolitanam. Idcirco Pallium, quod ex Apostolica authoritate tibi destinauimus, quo vti debeas secun-

dum morem Ecclesiæ tuæ, solerter admonemus, pariterque volumus vt intelligas, quia ipse vestitus (quo ad Missarum solemnia ornaris) signum prætendit crucis. per quod scito te & fratribus debere compati, ac mundialibus illecebris in affectum crucifigi. Vnde rogo, vt cum deforis huiusmodi insignijs induens, intus in animo considera, quod hoc sit magis oneris quam honoris: atque cor tuum, Deo regente, ab appetitu istius sæculi sic tempera, vt & commissam exequi gubernationem sic studeas, vt adepta dignitate (cuius sublimaris officio) & probitate morum, & viuacitate solicitudinis, ac custodia integerrimæ fidei congruas: quatenus tu ipse à remuneratore omnium bonorum Deo, & benedictionis gratiam vitamque æternam consequi merearis.] Habet hæc Epistola Symmachi Papæ. Porrò Theodorus ille obijt anno Christi quingentesimo vigesimo quarto, vt asserit ex libro Annaliũ Petouiensium Metropolis Salisburgensis, sentiuntque aliqui paucis post eius mortem annis expugnato Laureaco à Theodone Duce Bauarorum, hinc translatam fuisse Petouium sedem Archiepiscopalem. Eius coniecturæ rationem afferunt, quod ab hoc tempore, primò fiat mentio Episcoporum Petouiensium. Sed ex eorum partibus haud stare possum, cùm Viuilo, aliàs Vnilo dictus, Romæ adhuc in Archiepiscopum Laureacensem à Gregorio secũdo Pontifice maximo, anno Christi septingentesimo trigesimo consecratus legatur, Palliumque Laureacensibus Archiepiscopis reuera tantum ablatum fuerit à Zacharia Pontifice, quòd honorantias, vt illic dicitur, pro Pallio Romam mittere nollent. Sedit Viuilo, primum Laureaci, sed cum anno septingentesimo trigesimo quinto, mortuo Hugoberto Boiorum Duce, Hunni & Auares regionem omnem supra & infra Anasum flumen sitam ferro & igne depopularent, & Laureacum etiam funditus excidissent, iussus est ab Vtilone Hugoberti filio, cum suis Symmistis, Sacerdotibus videlicet, & Monachis, sanctisque Virginibus Petouium, vt locum tutiorem & egregiè iam tum florentem commigrare. Sic Petouium vrbs sedes Laureacensium Archiepiscoporum fuit: vnde & ipsi aliquot annis appellati sunt Pontifices Petouienses, & Archimystæ Laureacenses, vt legitur apud Bruschium.

VII. SALONA METROPOLIS TERTIA ILLYRICI OCCIDENTALIS.

De Salona dicendum superest, quam Metropolim Ecclesiasticam fuisse docere videtur Zosimus Pontifex, epistola Canonica quam ad Hesychium Salonitanum Episcopum scribit, huic præcipiens, vt Apostolica decreta cæteris Episcopis tam propriæ prouinciæ quam vicinarum denunciet. Id enim Metropolitani signum esse iam diximus. Clarius tamen id testatur Gregorius magnus[a], dum ad Episcopos per Illyricum scribens ait se ad Ioannem huius Episcopum Pallium dirigere, eique vices suas committere. Huius verba sunt: [Ratamque nos eius consecrationem habere, dirigentes Pallium indicamus; cui quoniam iuxta morem nostras vices commisimus peragendas, ideo fraternitatem vestram necessario præuidimus adhortandam, quatenus ei, in his quæ ad ordinem Ecclesiasticum rectitudinemque pertinent disciplinæ, siue in alijs, quibus Canonum decreta non obstant, parere nullomodo differatis: vt charitatem vestram syncero cum iudicio elegisse, exhibita valeat obedientia declarare.] Quis enim Ioannem illum Metropolitanum fuisse hisce in verbis non agnoscit, cùm solis Metropolitanis obedire mos esset Episcopis, in his quæ

[a] Greg. magn. lib. 4. indict. 13. ep. 53 ad Episcopos per Illyric.

ad obseruationem Canonum ordinemque Ecclesiasticum spectabant? Sed quod ante eum, iam Natalis eiusdem ciuitatis Episcopus etiam Metropolitani authoritate frueretur, patet ex alia Epistola eiusdem [a] Gregorij ad Antoninum Subdiaconum, qua scribit Florentinum Epitauritanæ ciuitatis Episcopum ab hoc Natali depositum fuisse. Nusquam enim nisi à Metropolitano Episcopi antiquitùs depositi leguntur. Fateor Gregorium de Natali conqueri, quod Florentinum deposuerit extra Concilium Episcoporum prouinciæ. At ex hoc Natalem Metropolitanum non fuisse Salonæ inferri nullatenus potest, sed tantum, absque comprouincialium Episcoporum, hoc est Synodi prouincialis, sententia haud licuisse Metropolitanis suffraganeos Episcopos deponere, quod verissimum est. Sed his positis, ad Notitiam Episcopatuum, qui his Metropolibus subijciebantur, veniamus: quos si paucos numero, & quidē per prouincias tantùm ciuiles distinctos, recenseamus, ne mireris, cum in Illyrico, vt ait Liuius [b], solitudines de industria populando Macedones fecissent, ne transitus faciles Dardanis in Illyricum aut Macedoniam essent: vixque libertatem Ecclesia sub Constantino adepta sit, quod statim hæc regio ab Attila penitus deuastata fuerit, qui vicos passim & oppida igne consumens, omnes cædens, sacra & prophana æquè diruens, nec ætati nec sexui vsquam parcens, omnem regionem sanguine tinxit, vlulatibusque compleuit: tandem Ecclesias & altaria euertit, sedesque Episcopales penè omnes aboleuit. Hac ex ratione vix quidquam certi de prouinciarum Ecclesiasticarum distinctione perspici potest, vixque vllorum Episcoporum Pannoniæ mentio fit, ab eo vsque ad tempora Stephani Hungariæ Regis, qui Astrici & discipulorum eius opera, Hungaros ad Christum conuertit: multosque Episcopatus fundauit, ac inter eos Strigoniam Metropolitæ sedem esse à summo Pontifice obtinuit.

[a] Gregor. magn. ep. 8. lib. 2. ind. 11.

[b] Liu. Decad. 5 l. 5.

NOTITIA ANTIQVA EPISCOPATVVM ILLYRICI OCCIDENTALIS.

PANNONIA INFERIOR SEV SECVNDA, ET SAVIA.

SIRMIVM Ammiano lib. 15. hodie *Sirmich*, totius Illyrici Metropolis. *Photinus* ibi Ecclesijs præfuit, vt loquitur Socrates lib. 2. c. 14. & 24. Illiusque Ecclesiæ Antistes dogma, quod separatim excogitauerat, palam diuulgare conatus est: vnde cum tumultus ex hoc oriretur, Imperator Concilium Episcoporum Sirmij conuocari iussit, quo hunc Episcopatu abdicarunt. Sed & *Germanum* Sirmij Episcopum nominat Sozomenus lib. 4. cap. 14.

MVRSA Æthico in Cosmographia, vulgò *Essek*. *Valens* Mursorum Episcopus dicitur apud Socratem lib. 1. cap. 20. ijsque annumeratur, qui, vt ait, contra Athanasium quasi aciem instruxerunt: quique, Theodoreto teste

lib.2. cap.8. in Concilio Sardicensi de Episcopatus gradu dimotus est.

CVRTA Antonino in Itinerario, vulgò *Curta* adhuc, pagus Hungariæ circa Danubium. *Crescens* huius Episcopus primis sæculis legitur apud Laziũ lib.2. de Repub. Romana, de cuius authoritate Lectori iudicium sit.

NOVIODVNVM Antonino in Itinerario, ciuitas Sauiæ, apud quam sedem fuisse Episcopalem sub Arcadio & Honorio testatur Lazius ibid. sed nullum huius Episcopum nominat.

CARPIS Ptol. lib.3. cap.16. vulgò *Carpen*. *Secundum* huius Episcopum fuisse sub Decio tradit Lazius ibidem.

CIBALIS Zosimo lib.2. hodie *Palma*. *Eusebius* huius Episcopus passus est sub Diocletiano Imperatore, ex gestis sancti Pallionis Martyris, & *Donatus* sub Decio fuit, teste Lazio.

STRIDON D. Hieronymo, cuius patria fuit, vulgò *Sdrigna*. *Domnus* Stridonensis Episcopus subscripsit Concilio Nicæno primo.

SISCIA Æthico in Cosmographia, vulgò *Sisseck*. *Constantius* Episcopus Siscianensis legitur in Concilio Aquileiensi sub Damaso.

SINGIDONVM vrbs Pannoniæ inferioris Aurelio Victori in Historia Imp. vulgò *Sigetincz* Lazio. *Vrsacius* huius Episcopus dicitur apud Socratem lib 1. cap. 20. qui ciuitatem illam constituit in Pannonia superiori, sed mendosè. An autem differat à Singiduno cuius situs est in confinibus Mœsiæ superioris, & Pannoniæ inferioris, alij aliter sentiunt. Ego eamdem ciuitatem fuisse ex hoc conijcio, quod idem *Vrsacius* etiam dicatur Episcopus Syngidonis Mœsiæ apud Theodoretum lib. 2. cap. 8. Reuera apud Ptolemæum reperitur tantùm Singidunum in Mœsia : sed fortè tribuitur Pannoniæ à Socrate, quod esset sub Pannoniarum Metropolitano Sirmiensi, & in vtriusque confinibus.

PANNONIA SVPERIOR.

SABARIA Antonino, Germanis vulgò *Szombatel*, patria sancti Martini, Episcopalis sub Arcadio & Honorio, vt dicitur à Wolfango Lazio lib.2. de Repub. Romana, sed nullum huius Episcopum nominat, nec vllum apud veteres legi.

SCARABANTIA, alijs Sacarbantia, Ptol. lib.3. cap.15. vulgò *Scapring*. *Quirinum* huius Episcopum fuisse sub Philippo scribit Lazius ibid.

VINDOBONA Antonino in Itinerario, vulgò *Wien*. Apud eam, sedẽ Episcopalem fuisse Arcadij & Honorij temporibus, scribit Lazius in Catalogo Episcopatuum Illyrici, qui hac ætate fuerunt; necnon & alij Germanicarum rerum scriptores, qui sanctum Seuerinum Pannoniarum Apostolum circa annum Christi 464. huius primum Episcopum nominant. Sed quidquid sit, diu sine Episcopo fuit, & vsque ad tempora Friderici 3. Imperatoris, qui, Cathedrali Basilica restaurata, huic Leonem Episcopum ordinari curauit, teste Vuiguleo Hund in Metropoli Salisburgensi.

CELIA, alijs Celeia, legitur apud Antoninum ibid. vulgò *Cylli*. Inter Episcopales sedes sub Arcadio & Honorio numeratur à Lazio, sed huius Episcopum *Tenacem* ex Concilio Aquileiensi nominat, qui tamen in eius actis non legitur.

NORICVM.

LAVREACVM Antonino in Itinerario, vulgò *Lork*. Metropolis olim, vbi nunc Anazianum oppidum sita. *Theodoro* huius Episcopo Symmachus Pontifex Romanus Pallium concessit, vt superius dictum est ex Epistola Symmachi, quæ tamen mihi dubia esset, nisi apud melioris notæ scriptores rerum Germanicarum haberetur. Præter hunc Theodorum, *Maximilianus* eiusdem sedis Episcopus sub Diocletiano legitur, sicut & *Constantinus* sub Iustiniano, apud Lazium vbi suprà.

PETOVIVM Ptol. lib. 2. cap. 15. vulgò *Petaw*, Gallis *Passaw*. *Frechenfridus* huius primus Episcopus constitutus dicitur in Metropoli Salisburgensi, circa annum 598. sub Theodone tertio Duce Bauariæ.

IVVAVIA, Iouaui Antonino in Itinerario, alijs Salisburgum, vulgò *Salspurg*. D. *Rudpertus* huius primus Episcopus dicitur in historijs Metropolis Salisburgensis, & apud eam, sedem Episcopalem instituisse, circa finem sexti sæculi, Theodonis Ducis ætate.

OVILABIS Antonino in Itinerario, vulgò *Lambach*, teste Lazio lib. 2. de Repub. Romana, qui etiam asserit *Moderatum* huius Episcopum fuisse sub Iustiniano.

SOLVA libro Notitiarum, vulgò *Solvveide*. Inter Episcopales ciuitates sub Arcadio & Honorio recensetur à Lazio ibid. qui tamen huius Episcopum non nominat, nisi *Modestum* sub Pipino Rege Francorum.

DALMATIA.

SALONA, Salonæ Colonia Ptol lib. 2. cap. 17. hodie *Saldon*, Dalmatiæ Metropolis. *Glycerius* huius Episcopus nominatur apud Euagrium lib. 2. cap 16. & *Natalis* apud D. Gregorium in permultis epistolis, quas ad illum scripsit.

IADERA Plin. ibid. hodie *Zara*. *Felix* Episcopus Iadræ interfuit Concilio Aquileiensi sub Damaso.

EPIDAVRVS Ptol. ibid vulgò *Ragusa*. D. Gregorius epist. 8. & 9. lib. 2. indict. 11. meminit *Florentij* Episcopi Epidauritani.

SCODRA Ptol. ibid. vulgò *Scutari*. D. Gregorius epist. 36. lib 1. indict. 9. meminit *Stephani* Episcopi Scodræ.



AFRICA.

LIBER QVARTVS.



IAm de Africa dicendum, quæ ex tribus diœcesibus Præfecto Prætorio Italiæ subiectis vltima nobis est illustranda. Hanc non latè describam, vt tertia mundi pars est, quæ vndique ferè ad modum peninsulæ Oceano, mari Mediterraneo & Rubro alluitur, breui tantum isthmo Asiæ iuncta, & angusto freto ab Europa distincta. Nec etiam de illa strictiori significatione accepta dicam, prout Africæ prouincia specialis, & prima e Romanis habetur, cuius Metropolis erat Carthago: sed ea qua primùm diuisa legitur à Ptolemæo in Africā, Mauritaniam Tingitanā, & Mauritaniam Cæsariensem; & postea sub Constantio, in Mauritaniam, Numidiam, & Africam. Sic eo modo sumpta describitur in perantiqua Notitia Græca a, eius Imperatoris, vt ferunt, temporibus facta. [Vergentem ad Austri terram inuenies, terram Mauritaniam, cuius homines barbari quantum ad vitam & mores, Romanis tamen subditi. Hæc prouincia vestium & mancipiorum mercaturam exercet, frumentoque abundat, & ciuitatem habet Cæsaream. Exinde post Mauritaniam, Numidia prouincia est, frugibus abundans, sibique sufficiens, quæque vestium variarum, & optimorum animalium, seu equorum mercaturam exercet. Proxima huic prouinciæ, Africæ regio in omnibus diues occurrit: quæ omnis generis bonis ornata est, frugibus etiam & iumentis: & ipsa fermè omnibus gentibus vsum olei præstat.]

I. AFRICÆ DESCRIPTIO, ET DIVISIO CIVILIS.

a Ex Notitia Græca tempore Constantij Imp. facta.

Tandem in septem prouincias distributa est, Proconsularem, Numidiam, Byzacenam, Mauritaniam Cæsariensem, Sitifensem, Tingitanam, & Tripolim. Hæc docet Notitia ciuilis Imperij, nec non Proconsularem ab vno Proconsule à Vicarij authoritate exempto fuisse administratam, quippe qui soli Præfecto Prætorio Italiæ pareret, sicut Proconsules Asiæ & Achaiæ solis Orientis & Illyrici Præfectis subiecti erant: Bizacium autem, Numidiam, Mauritaniam Sitifensem, Mauritaniam Cæsariensem, & Tripolim à quinque Rectoribus tunc gubernari, apud eam quoque legere est, quorum duo Consulares Numidiæ & Bizacio præerant; & tres Præsides Tripolitanam, Mauritaniam Sitifensem, & Mauritaniam Cæsariensem regebant. Nulla fit apud eam Tingitanæ mentio, & ratio est, quod tunc Vi-

cario Hiſpaniæ ſubiecta eſſet, & ſub eo à peculiari Præſide adminiſtrata, idque ad hæc vſque tempora, quibus Africam Vandali vſurparunt. Eadem quoque recenſetur diuiſio Africæ in Breuiario rerum geſtarum populi Romani ad Valentinianum Imperatorem per Sextum Rufum [a], quo poſt deſcriptionem ſubactarum Romano Imperio Mauritaniarum, omiſſa etiam Tingitana hæc ait: [Ita Mauritaniæ noſtræ eſſe cœperunt, ac per omnem Africam ſex prouinciæ factæ ſunt, ipſa vbi Carthago eſt Proconſularis, Numidia Conſularis, Bizacium Conſularis, Tripolis & Mauritaniæ duæ, hoc eſt, Sitifenſis & Cæſarienſis ſunt Præſidiales.]

a Sextus Rufus in breuiario.

II. CARTHAGO METROPOLIS AFRICÆ.

[Porro Africæ cum multæ & variæ ciuitates ſint, vnam tamen habet præcipuam & admiratione dignam (vt legitur in ſupra laudata Notitia [b] Græca) quæ dicitur Carthago, quam Tyria mulier condidit nomine Dido: quæ cum in Libyam veniſſet, locum emit, vt ait [c] Virgilius.

b Ex Notit. Græca, quæ ſupra.
c Virgilius Æneid. 1.

Facti de nomine Byrſam,
Taurino quantum poſſent circumdare tergo.

Hæc ſtructuræ elegantia glorioſiſſima conſtat: formoſiſſimum verò locum inſtar luci habet; oliuum vbi arbores ordine conſitæ ſunt, In vicos æqualis eſt. Et cum portum habeat in primis viſu admirandum, mare citra vllum nauium metum, ſerenum præſtare videtur, adeo is tutus eſt. Eximium item opus publicum in ea inuenies, vicum argentariorum. Inter voluptatum autem genera vnicum ſpectaculum Munerum [gladiatoriorum] contentioſiſſime habitantes ſpectant. Ipſa verò Africæ regio eſt longe maxima, & beata, & diues. Homines verò habens patria indignos: regio quippe ipſa optima, homines verò non æque: fraudulenti quippe ferme omnes eſſe dicuntur, qui aliud quidem dicant, aliud verò faciant. Quare haud facile bonus quis inter eos reperitur: quamquàm & inter multos pauci boni eſſe poſſunt. Diu Romæ æmula, tandem à Scipione minore capta eſt, & penè diruta.] [Quantæ autem vrbs deleta ſit, inquit Florus [d], ignium mora probari poteſt: quippe per continuos decem & ſeptem dies vix potuit incendium extingui, quod domibus ac templis ſuis ſponte hoſtes immiſerant, vt quatenus vrbs eripi Romanis non poterat triumphis, arderet.] Poſtea tamen, inquit Eutropius [e], [Lucio Cæcilio Metello, & Titio Quintio Flaminio Conſulibus Carthago in Africa iuſſu Senatus reparata eſt, quæ nunc manet, annis duobus & viginti poſtquam à Scipione fuerat euerſa: Deducti eò ſunt ciues Romani.] Sed hæc ſatis circa Notitiam Ciuilem.

d Florus de geſtis Rom. lib 2. c. 15.
e Eutrop. hiſtor. Rom. l. 4

III. AFRICANI EPISCOPI ROMANO PATRIARCHÆ SVBIECTI.

Quantum ad Eccleſiaſticam, mirum non eſſe quod hæ prouinciæ Romano Patriarchæ ſubditæ fuerint, & non Alexandrino, iam libro de Patriarchatu Romano diximus; rationemq; dedimus ex Innocentio primo [f], quod nullus in Africa Eccleſias inſtituerit præter eos quos venerabilis Apoſtolus Petrus, aut eius ſucceſſores, conſtituerunt Sacerdotes. Mos enim inualuit ab Eccleſiæ incunabulis, vt ei regioni, quam quiſque Patriarcharum Chriſtianam fecerat, imperaret. Cur autem in Africam Romani Pontifices potius quam Alexandrini viros Apoſtolicos, qui Euangelium prædicarent, miſerint, hinc factum eſt, quod longè vicinior ſit Romæ, à qua breuiſſimo maris tractu diſtat, quam Alexandriæ. Adde quod lingua Latina quæ Italorum germana; Africanis communis & vſitata eſſet, non autem Ægyptijs, qui Græca vterentur. Sed & ſubiungi poteſt, quod Africa inter diœceſes

f Innoc. P. 1. epiſt. ad Decent. Eugub.

Occidentales

Occidentale semper habita sit. Cum enim Episcopus Romanus totius Occidentis esset Patriarcha, nemini alienum ab eo videbitur, si [illegible] vtrosque Apostolico [illegible], sæpiusque postea Patriarchalem authoritatem exercuerit, & ab Africanis Episcopis in omnibus pro Patriarcha honoratus sit.

Reuera magno cum honore magnaque cum obedientia sedem Romanam eiusque decreta venerati sunt Africani. Hãc Ecclesiæ Catholicæ Radicem & Matricem vocat [a] Cyprianus, nec non Petri Cathedram, atque Ecclesiam principalem, licet iudicium de rebus fidei maiorisque momenti ad generalem totius Ecclesiæ Synodum spectare forsan crediderit. Nec minus fidei verba sunt Optati Mileuitani [b] qui multoties Romanam sedem Petri cathedram ipsumque Petrum Principem nostrum vocat, quique his verbis Donatistas ab ea Schismate diuisos alloquitur, [Videndum est, qui & vbi prior cathedra sederit. si ignoras, disce: si nosti, erubesce. Ignorantia tibi adscribi non potest. Restat ergo vt noueris. Scientem errare peccatum est. Nam ignorantibus nonnunquam solet ignosci. Igitur negare non potes, scire te in vrbe Roma Petro primo Cathedram Episcopalem esse collatam: in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus.] Sed audiamus Innocentium primum [c] de consuetudine scribentem, qua ducti Præsules Africani Romanam sedem de rebus omnibus alicuius momenti consulerent, ab eaque responsa expectarent. [Neque enim, inquit scribens ad Patres Concilij Mileuitani, hoc vestram credo latere prudentiam, qui id etiam actione firmastis, scientes, quod per omnes prouincias de Apostolico fonte petentibus responsa semper emanent. Præsertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres & Coepiscopos nostros, non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris authorem, referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit Ecclesijs omnibus in commune prodesse.] Audiamus & Patres Concilij Mileuitani [d], id honoris subiectionisque Innocentio deferentes, cum post condemnationem Pelagij in Oriente, de excomunicatione Cælestij eius discipuli actum est in Africa. [Hæc insinuantes Apostolico pectori tuo, non opus habemus multa dicere, & tantam impietatem verbis exaggerare, cum proculdubio te ita permoueant, vt ab eis corrigendis, ne latius serpant, multosque contaminent, vel potius interimant, dum sub nomine Christi a gratia Christi penitus alienant, omnino dissimulare non possis.] Et infra. [Sed arbitramur, adiuuante misericordia Domini Dei nostri Iesu Christi, qui te & regere consulentem, & orantem exaudire dignatur, authoritati Sanctitatis tuæ de sanctarum Scripturarum authoritate depromptæ, faciliùs eos, qui tam peruersa & perniciosa sentiunt esse cessuros: vt de correctione potius eorum congratulemur, quam contristemur interitu.]

Pontificem Romanum vt cæterorum Antistitum Principem colebat suspiciebatque Diuus Augustinus [e], cum de Cæciliano Carthaginensi iniustè deposito, hæc ait: [Erat etiam Carthago transmarinis vicina regionibus, & fama celeberrima nobilis: vnde non mediocris vtique authoritatis habebat Episcopum, qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cùm se videret & Romanæ Ecclesiæ, in

[a] Cyprian. [illegible]
[b] Optat. [illegible]
[c] Ex Rescr. [illegible] Mileuit.
[d] Ex Rescr. Conc. Mileuit. ad Innoc.
[e] Aug. [illegible]

qua semper Apostolicæ Cathedræ viguit principatus; & cæteris terris, vnde Euangelium ad ipsam Africam venit, per communicatorias literas esse coniunctum, vbi paratus esset causam suam dicere.] Nec minus notatu dignum est quod addit alia epistola[a] ad Cælestinum, de Antonio Fussalensi, circa sententias a Romana sede in appellationibus Africanis datas. [Existat exemplo ipsa sede Apostolica iudicante, vel aliorum iudicata firmante, quosdam pro culpis quibusdam, nec Episcopali spoliatos honore, nec relictos omnimodis impunitos, &c.] Sed nec quidquam decernere voluerũt, inconsulto Siricio Papa, & Simpliciano Mediolanensi tanquam ipsi proximè in Cõcilijs assidenti, Episcopi Concilij tertij Carthaginensis[b], de paruulis qui apud Donatistis baptizati, postea salubri proposito ad Ecclesiam Dei conuertebantur, num parentum error illos deberet impedire, quo minus promouerentur sacri altaris ministri. Vnde nulli dubium esse potest, quin priscis sæculis Africa subiecta fuerit Romanæ sedi, & ex Patriarchatu Occidentis.

a Aug. ep. 261.
b Conc. Carth. III. Can. 48.

Scio equidem prohibitum esse à Patribus Concilij Mileuitani II. ne Clerici inferiores ad Romanam sedem appellarent, hocce Decreto[c]: [Item placuit, vt Presbyteri, Diaconi, vel cæteri inferiores Clerici, in causis quas habuerint, si de iudicijs Episcoporum suorum questi fuerint, vicini Episcopi eos audiãt: & inter eos quicquid est finiant adhibiti ab eis ex cõsensu Episcoporum suorum. Quod si & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent nisi ad Africana Concilia, vel ad Primates prouinciarum suarum. Ad transmarina autem, qui putauerit appellandum, à nullo intra Africam ad communionem suscipiatur.] Scio & eamdem mentem fuisse Patrum Concilij Carthaginensis sexti celebrati tempore Zosimi, Bonifacij, & Cęlestini circa appellationẽ Apiarij Siccensis Presbyteri, qui ob grauissima crimina ab Episcopo Siccensi damnatus, vt pœnas effugeret, causam suam à Romana sede instabat examinari. Sed cum causæ istæ de quibus agebatur minores essent, hinc nihil inferri potest nisi in huius generis actionibus Romanã sedem tunc ab Africanis appellari non consueuisse. Nec aliter de his sentiendum esse, quasi appellationes in vniuersum, & in causis maioribus de fide, Episcopis, & sacramentis reprobarint, satis prædicta docent: cum Cælestij condẽmnationem ab ipsa expetierint, eam semper super negotijs alicuius momenti consuluerint, ad ipsam multa Conciliorum Africanorum decreta confirmanda miserint, & ipsa plerasque sententias, ex[d] Augustino, super appellationibus tulerit. Si tamen adhuc esset quisquam ambigendi locus, Diuum iterum[e] Augustinum proferam, qui huic Concilio Carthaginensi sexto adfuit, Concilijque mentem non ignorauit. Hic de condemnatione Pelagij & Cælestij loquens, eam ab Innocentio & Zosimo ad instantiam Conciliorum prouincialium factam scribit his verbis: [Cuius (scilicet disputationis aduersus gratiam) vel auctores, vel certe acerrimi notissimique suasores cum Pelagius & Cælestius extitissent, Conciliorum Episcopalium vigilantia in adiutorio Saluatoris, qui suam tuetur Ecclesiam, etiam à duobus venerabilibus Antistibus Apostolicæ sedis Papa Innocentio & Papa Zosimo, nisi correcti etiam egerint pœnitentiam, toto Christiano orbe damnati sint.] Id confirmat Prosper Aquitanicus[f] in Chronico, cum ait: quod [Concilio apud Carthaginem habito ducentorum & septemdecim Episcoporum,

c Concil. Mileuit. Can. 22.
d August. epist. 261.
e August. epist. 157.
f Prosper in Chronico.

ad Pontificem Zosimum Synodalia decreta perlata, quibus probatis, per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est.]

Sed quid testibus opus est, vt de Patrum Africanorum intentione & obedientia certi simus, cum ipsi, in eodem Concilio [a], se decreta, incerti Concilij pro Nicænis missa a Bonifacio, obseruaturos profiteantur, quoadvsque authenticos Nicenæ Synodi Canones a Constantinopolitana sede accepissent? [Ista nos, inquiunt, tantisper seruaturos, donec integra exemplaria veniant, profitemur. Petendus est autem literis nostris & venerabilis Ecclesiæ Romanæ Episcopus Bonifacius, vt ipse quoque dignetur ad memoratas Ecclesias aliquos mittere, qui eadem exemplaria prædicti Nicæni Concilij, secundum eius possint scripta proferre. Nunc autem memorati Concilij Nicæni qualia exemplaria habeamus, his gestis sociemus.] Nec sanè penes arbitrium eorum erat appellationum vsum ad Romanam sedem receptum probatumque abolere, etiamsi voluissent; sed nec id tentarunt, vt ex dictis patet, nec vsum illum tantisper mutarunt, cum Theodosius & Valentinianus paulo post Nouella [b] statuerint, [Vt quisquis Episcoporum ad iudicium Romani Antistitis euocatus venire neglexerit, per moderatorem eiusdem prouinciæ adesse cogatur.]

a Conc. Carthag. 6. can. 8.

b Nouella Valent. & Theodos. Tit. 4. ad calcem Cod. Theod.

IV. VNICA FVIT AB INITIO PROVINCIA ECCLESIASTICA IN AFRICA.

Sed ad Notitiam prouinciarum Ecclesiasticarum huiusce regionis veniamus. Quamuis septem ciuiles legantur in Notitia Imperij, tamen nondum tot nouit ætate Diui Cypriani Ecclesia. Tunc vnica tantum erat, vt ipse testatur hæc scribens in epistolis [c]: [Latius fusa est nostra prouincia: habet etiam Numidiam & Mauritanias duas sibi cohærentes.] Vnde patet tres prouincias Ciuiles, in quas eo tẽpore diuidebatur, vnicam constituisse Ecclesiasticam, cuius Episcopus Carthaginensis solus Metropolita erat. Eoque sensu intelligendus est idem Cyprianus [d], dum vocat prouinciæ suæ omnes Episcopos cis mare positos. Sed & vnam adhuc fuisse tempore Concilij primi Carthaginẽsis sub Iulio ex ipsius actis videtur colligi, licet pro certo affirmare non ausim. Eius in proœmio Gratus Episcopus Carthaginensis asserit plurimos Episcopos è diuersis prouinciis Africanis ad Carthaginẽ cõuenisse; idque reuera ex eorũ nominibus patet: & postea subiungit eos omnes ex vniuersa prouincia Africæ venisse. Quomodo enim hæc duo simul stare possint non facilè intelligitur, nisi dicas Gratũ primò de prouincijs ciuilibus, quæ plures erant numero, loquutũ esse, & postea de Ecclesiastica, quæ adhuc vnica, sicut temporibus Diui Cypriani, ex pluribus ciuilibus coalescebat. Verba Grati [e] haud ingrata fore curioso Lectori existimo; si referantur. Ea sunt: [Cùm Gratus Episcopus Carthaginensis in Concilio, vnà cum Collegis suis, consedisset, & qui ex diuersis prouincijs Africanis ad Carthaginem conuenerunt, Felice Baianensi, Fortunatiano Raptano, Crescente Vagensi, Vindiciano Lacobricensi, Abundantiano Adrumetino, Priuato Vegesilitano, Gaudentio Tusdritano, Patricio Sincensi, Quieto Vricensi, Rumulo Thebestensi, quorum manus continentur, idem Gratus Episcopus dixit: Gratias Deo omnipotenti & Christo Iesu, qui dedit malis schismatibus finem, & respexit Ecclesiam suam, vt in eius gremium erigeret vniuersa membra dispersa, qui imperauit religiosissimo Constãtino Imperatori, vt votum gereret vnitatis, & mitteret ministros sancti operis famulos Dei Paulum & Macarium. Dei ergo nutu congregati ad vnitatem, vt per diuer-

c Cypr. epist. 41

d Idem epist. 40.

e Concil. Carthag. 1. in proœmio.

ſas prouincias Concilia celebremus, & vniuerſæ prouinciæ Africæ Concilium gratia Dei Carthaginem veniret, vnde conſiderantibus vobis cum mea mediocritate tractentur tituli neceſſarij.] Vides quomodo & vna & plures prouinciæ in Africa fuiſſe dicantur. Hæc autem vt vera ſint, ſecundum diuerſos ordines intelligenda eſſe vt puto non renues, vnamque ſcilicet tantum fuiſſe Eccleſiaſticam facile mecum exiſtimabis.

V. AVTHORITAS EPISCOPI CARTHAGINENSIS.

Poſtea tamen in plures etiam Eccleſiaſticas diuiſa eſt, aucto numero ſedium Epiſcopalium, adeo vt omnibus inuigilare haud facile eſſet Carthaginenſi Epiſcopo. Id tamen ea lege factum eſt, vt in ſingulis prouinciis ſinguli tantum ſeniores Epiſcopi alijs præeſſent, quaſi Vicarij Carthaginenſis Epiſcopi, nullis alijs Metropolitanis inſtitutis. Non enim aucto numero prouinciarum, auctus eſt numerus Metropoleon Eccleſiaſticarum & Metropolitanorum, vt de alijs regionibus legitur: ſed ea manſit authoritas Epiſcopi Carthaginenſis, vt cunctarum Eccleſiarum ſolicitudinem ſuſtineret, vt Clericos ex vna in aliam Eccleſiam transferret, Præpoſitos plebibus vel Eccleſiis conſtitueret, qui poſtulati erant, & vnde vellet: ſicut de ſeipſo loquens teſtatur [a] Aurelius. Si quas literas ſcribere Concilijs viſum fuerat, eas omnium nomine dictabat, ipſiſque ſubſcribebat [b]. Ipſe ius habuit viſitandarum vniuſcuiuſque prouinciæ Eccleſiarum. Et tu ſi de tam extraordinaria authoritate dubites, audi Canonis verba [c]. [Honoratus & Vrbanus Epiſcopi dixerunt: & illud nobis verbo mandatum eſt, vt quia conſtitutum eſt in Concilio Hipponenſi, ſingulas prouincias tempore Concilij viſitandas eſſe, dignemini etiam (quod hoc anno ſecundum ordinem diſtuliſtis) vel alio anno Mauritaniam prouinciam viſitare. Aurelius Epiſcopus dixit: Nunc de prouincia Mauritania (propterea quod in finibus Africæ poſita ſit) nihil ſtatuimus: ſiquidem vicinæ ſunt Barbarico. Sed præſtet Deus, vt ex abundanti non pollicentes, venire poſſimus ad veſtram prouinciam. Cogitare enim debetis, fratres, quia hoc ſibi & Tripolitani & Arzugitani fratres potuerunt exigere, ſi ratio pateretur.]

a Concil. 5. Carth. Can. 25.
b Conc. Afric. ſub Cæleſtino & Bonifacio can. 32.
c Ibid. can 19.

Nec omittam quod ipſemet Aurelius aſſerit alio in Canone [d], ſe in Eccleſia Carthaginenſi crebrò, ac pene per vnamquamque diem Dominicam, ordinandos habere Epiſcopos. Et quod non tantùm ad conſecrationem Epiſcoporum propriæ, hoc eſt Proconſularis prouinciæ, conſenſus eius requireretur, ſed & aliorum quorumcumque Africæ, ſatis patet ex ordinatione Diui Auguſtini in Hipponenſem Epiſcopum apud Numidas, quam ex eius licentia & authoritate factam narrat Poſſidius [e] his verbis: [Egit ſecretis literis apud Primatem Epiſcopum ſedis Carthaginenſis, allegans imbecillitatem corporis ſui ætatiſque grauitatem, & obſecrans vt Hipponenſi Eccleſiæ ordinaretur Epiſcopus, qui ſuæ Cathedræ non iam ſuccederet, ſed conſacerdos accederet Auguſtinus. Quæ igitur beatus Valerius optauit & rogauit, ſatagens reſcripto impetrauit.]

d Conc. Carth. can 39.
e Poſſidius in vita S. Aug.

VI. DIVISIO PROVINCIARVM ECCLESIASTICARVM AFRICÆ, POSTERIORIBVS SÆCVLIS.

Hæc de iuribus & priuilegijs Primatis Carthaginenſis: nunc de prouinciarum Eccleſiaſticarum numero, earumque Primatibus. Vnicam fuiſſe ab initio oſtendimus, ſed quot poſtea fuerint duobus modis colligitur: primò ex Primatibus prouinciarum, cùm tot procul dubio ſint conſtituendæ, quot reperiũtur Primates: ſecundò ex Legatis qui ad Concilium Carthaginenſe ſingulis annis mittebantur. Decretum enim fuerat à Concilio tertio Car-

thaginensi [a], [Vt propter causas Ecclesiasticas, quæ ad perniciem plebium sæpe veterascunt, singulis quibusque annis Concilium conuocaretur: ad quod omnes prouinciæ quæ primas sedes habebant, de Concilijs suis ternos Legatos mitterent, vt & minus inuidiosi, minusque hospitibus sumptuosi conuentus plena posset esse authoritas. De Tripoli autem propter inopiam Episcoporum, vnum Episcopum sufficere.]

Canon hic insinuat saltem aliquam tunc temporis fuisse prouinciam, quæ non haberet Primatem: intellige autem de Mauritanijs Sitifensi & Tingitana, quarum Episcopi à Primatibus Numidiæ & Mauritaniæ Cæsariensis regebantur. Patetque de Sitifensi ex Codice Græco Canonum [b] Africæ, in quo hic reperitur, qui à nonnullis sed parum certò Concilio tertio Carthaginensi tribuitur, vt inferius obseruabo. [Placuit vt Mauritania Sitifensis (vt postulauit Primatem prouinciæ Numidiæ, ex cuius cœtu separatur) suum habeat Primatem: quem, consentientibus omnibus Primatibus prouinciarum Africanarum, vel omnibus Episcopis, propter longinquitatem habere permissa est.]

Idemque dicendum de Episcopis Tingitanæ prouinciæ, quos Metropolitano Mauritaniæ Cæsariensis subiectos fuisse facile ex hoc conijcere est, quod in Notitia Africæ à doctissimo Sirmundo edita hæ duæ Mauritaniæ vnam prouinciam Ecclesiasticam constituant, & nusquam legatur peculiaris Primas Tingitanæ.

Quot autem Primates in vniuersa Africa fuerint, facile perspicitur ex subscriptionibus & Canonibus Conciliorum huiusce diœcesis. Aurelius Carthaginensis Episcopus sæpius Primas Proconsularis prouinciæ dicitur in Concilijs Africanis. Sed cùm se cunctarum Ecclesiarum solicitudinem sustinere dicat, non tantum Proconsularis sed etiam totius Africæ Primatum Primas, vt diximus, agnoscendus est. Xantippus præterea Tagosensis [c] Primas Numidiæ appellatur, Donatianus Primas [d] prouinciæ Byzacenæ, Nicetius [e] Primas Mauritaniæ Sitifensis, & Innocentius [f] Primas Mauritaniæ Cæsariensis: Tripolitani verò Primatis satis clara mentio fit [g] Concilio tertio Carthaginensi, quo præcipitur, vt ex prouincijs, quæ primas sedes habent, tres Legati mittantur, excepta Tripolitana, pro qua vnus (ex quinque Episcopis quibus solis constabat) satis erat. Hi sunt Primates qui leguntur in Concilijs Africanis: qui cùm sex numero sint, hinc etiam sequitur sex in Africa prouincias Ecclesiasticas fuisse; Proconsularem seu Carthaginensem, Numidiam, Bizacenam, Tripolitanam, Mauritaniam Cæsariensem, cui annexa erat Tingitana, & Mauritaniam Sitifensem. Numidiam in duas fuisse diuisam non ignoro, Numidiarumque fieri mentionem in Concilio Carthaginensi Cæsario & Attico Consulibus, sed vtriusque eumdem fuisse Primatem facile conijcio ex eodem Concilio, cum in eo Crescentianus dicatur Episcopus primæ sedis Numidiarum: huncque locum vertat Græcus Interpres τ̃ δύο Νεμιδιῶν.

Idem quoque ex Prouinciarum Legatis, sola lectione dignoscitur in fine septimi Carthaginensis, quo hæc leguntur.

[Aurelius Episcopus Ecclesiæ Carthaginensis.
Faustinus Ecclesiæ Potentinæ prouinciæ Piceni.
Alypius Tagastensis Legatus prouinciæ Numidiæ.

a Conc. Carth. 3. Can. 2.
b Can. 17. Cod. A[fric.]
c Conc. Carthag. 3. Can. 45.
d Concil. Afric. Can. 52.
e ibid. Can. 94.
f In actis Concil. Mileuit. Arcad. & Honorio Coss.
g Collat. Carthag. cap. 181.
h Conc. Carthag. 3. Can. 2.

Augustinus Hypponæ-Regiensis Legatus prouinciæ Numidiæ.

Possidius Calamensis Legatus prouinciæ Numidiæ.

Nouatus Sitifensis Legatus prouinciæ Sitifensis: addit exemplar corruptum, *vel Mauritaniæ Tingitanæ*, sed mendosè.

Leo Ospinensis Legatus prouinciæ Sitifensis.

Leo alius Legatus prouinciæ Sitifensis.

Iocundus Sufetulensis Legatus prouinciæ Bizacenæ.

Maximianus Aquæ-Regiensis Legatus prouinciæ Bizacenæ.

Hilarinus Orreocelensis Legatus prouinciæ Bizacenæ.

Niuellus Ruscuriensis Legatus prouinciæ Mauritaniæ Cæsariensis.

Laurentius Icositanus Legatus prouinciæ Mauritaniæ Cæsariensis.

Numerianus Rusgoniensis Legatus prouinciæ Mauritaniæ Cæsariensis.] In his aduerte sex Prouinciarũ Legatos, proindeque sex tantùm prouincias Ecclesiasticas fuisse fatere, cum ex vnaquaque prouincia Legati mitterentur.

VII. In quibus conueniebant Africæ Primates cum cæteris.

Nunc de qualitate Metropolitanorum superest dicendum. Cum cæteris aliarum prouinciarum procul dubio in multis conueniebant: siquidem de his dicitur in Concilio Carthaginensi quarto [a] sub Anastasio, Vt electus Episcopus cum consensu Clericorum & laïcorum, & conuentu totius prouinciæ Episcoporum, maximèque Metropolitani, vel authoritate vel præsentia ordinetur. Item Carthaginensi tertio [b], Vt quisquis Episcoporum accusatur, ad Primatẽ prouinciæ ipsius causam deferat accusator, [c] Vt primæ sedis Episcopus non appelletur princeps Sacerdotũ, aut summus Sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primæ sedis Episcopus. [d] Vt ipsis inconsultis & sine horum formata, Episcopi trans mare non proficiscantur, & ab ijs dirigantur literæ Concilij ad transmarinos Episcopos. Item Carthaginensi quinto [e]. Vt si quis rem Ecclesiæ coactus nimia necessitate vendere intendat, hoc priùs insinuet Primati prouinciæ, vt cum statuto numero Episcoporum, vtrum faciendum sit arbitretur. Denique in Concilio tertio [f]. Carthaginensi, Vt singulis annis primæ sedis Episcopi singulos Episcopos suæ prouinciæ conuocent.

a Conc. Carthag. 4. Can. 1.
b Conc. Carthag. 3. Can. 7.
c Ibidem Can. 6.
d Ibid. Can. 28.
e Conc. Carthag. 5. Can. 4.
f Conc. Carthag. 3. Can. 2.

VIII. In quo Primates Africæ a cæteris discrepabant.

At licet his in omnibus cum alijs Metropolitanis conuenirent, tamen inter eos hæc fuit differentia, quod solus Metropolita Carthaginensis electione fieret, cæteri verò ordinationis antiquitate; adeo vt ille primæ sedis Episcopus diceretur, non qui in Metropoli ciuili seu certa ciuitate sedem haberet, sed qui ante cæteros Episcopos prouinciæ primus ordinationem Episcopalem recepisset. Aliarum regionum Metropolitani ordinabantur, sed in Africa tunc Episcopi Primates esse censebantur, & illorum sedes primæ dictæ fuerunt, cum promotionis ætate cœperant esse antiquissimi. Hoc de literis meritissimus Sirmundus primus obseruauit, clarissimèque ex hoc probatur, quod multis vrbibus vt Talabricæ vel potius Tabracæ Concilio quarto Carthaginensi, Tagosæ in Synodo Africana, Casis nigris in Collatione Carthaginensi, Calamæ apud Possidium in vita sancti Augustini, & alijs nomen primæ sedis detur, quæ tamen nunquam pro Metropolibus habitæ sunt, cum ex communi Geographorum consensu hæ solæ in Africa stabiles Metropoles fuerint, Carthago Africæ procõsularis, Cirtha, aliàs Constantina Numidiæ, Cæsarea Mauritaniæ Cæsariensis, Sitifi Mauritaniæ Sitifensis, Tingi Mauritaniæ Tingitanæ, Telepte Bizacij &

Tripolis, ſeu Leptis maior Tripolitanæ. Deinde ſi in Africa Primates ratione ſedis authoritatem habuiſſent, ſemper eiuſdem ciuitatis Epiſcopi Primates dicerentur. At nunc vnius, nunc alterius ſedis Epiſcopi Primates cuiuſcumque Prouinciæ in Concilijs dicuntur. De Numidia probabo, atque ex conſequenti de alijs, cùm omnium eadem ſit ratio. Secundus Tigiſitanus in Numidia Cirtenſi Concilio aduerſus Cæcilianum hoc nomine præſedit, teſte Auguſtino;[a] Megalius Calamenſis, ex[b] Poſſidio, Primas Numidiæ tum erat, cum a Valerio cooptatus eſt Auguſtinus. Denique Xantippi Tagoſenſis Epiſcopi, & primæ ſedis Numidiæ crebra eſt in ſynodis Africanis mentio, necnon apud eumdem[d] Auguſtinum. At fuerunt, vt ex Ptolemæi antiquis Tabulis patet, Tigiſis, Calama & Tagoſa vrbes inter ſe & a Cirta Metropoli ciuili diuerſæ. Vnde rectè concluditur haud ſtabiles in Numidia Metropoles Eccleſiaſticas fuiſſe, ſed nunc has, nunc illas, quibus ſcilicet Epiſcopi ſedebant promotione inter Collegas antiquiſſimi, qui proinde primæ ſedis Epiſcopi dicebantur.

Clarius idem probatur ex epiſtola D. Auguſtini[e] ad Victorinum, in qua, cùm inter ipſum Victorinum & Xantippum orta eſſet de Primatu contentio, vtroque ſe primatem aſſerente, cæteroſque prouinciæ Epiſcopos per Tractorias ad Concilium euocante, Victorino ſcribit conſulitque, vt tam ipſe quam Xantippus conuocent Collegas ſeniores, qui inter ipſos quis verè ſenior ſit dijudicent. Epiſtolæ verba ſunt: [Domino beatiſſimo & venerabili Patri & conſacerdoti Victorino Auguſtinus, in Domino ſalutem. Tractoria ad me quinto Idus Nouembris venit iam finito die, & me valde indiſpoſitum inuenit, vt occurrere omnino non poſſem.] Et poſt alia: [Præterea venerabilis frater & Collega noſter Xantippus dicit quod eum Primatem eſſe contingat, & erga plurimos ſic habetur, & tales mittit Epiſtolas.] Item poſt alia: [Vnde peto beatitudinem tuam, vt mihi ignoſcas, & primò inſtare digneris, vt inter tuam ſanctimoniam & ſenem Xantippum concorditer conſtet, quis veſtrum debeat conuocare Concilium: aut certe, quod ſalubrius eſſe arbitror, ſine cuiuſquam præiudicio, ambo conuocate Collegas noſtros, eos maxime qui vobis Epiſcopatus ætate vicini ſunt: qui facilè, quis veſtrum verum dicat, agnoſcant: vt inter vos paucos eadem præ cæteris quæſtio dirimatur: & errore ſublato, minores à cæteris conuocentur, qui nec poſſunt nec debent niſi vobis in hac re tamquam prioribus credere, & nunc ignorant cui veſtrum potiſſimum credant.] Verba ita clara ſunt, vt de veritate quam intendimus nulla dubitatio eſſe poſſit. Etenim, ſi prima ſedes Numidiæ ſemper eadem & ſtabilis fuiſſet, quid opus erat Epiſcopos congregare, vt inquireretur cui horum competeret Primatus? Et ad quid vocare Epiſcopos, qui Xantippo & Victorino Epiſcopatus ætate viciniores erant, niſi quia certius teſtari poterant, quo tempore horum vterque ordinatus fuerat Epiſcopus? At nec ſolum inter Xantippum & Victorinũ ſuper hac re contentio habita eſt, ſed & plures ſimiles accidère, quibus vt occurrerent Patres Africani ſtatuerunt, vt quicunque ordinarentur Epiſcopi per prouincias, literas acciperent ab Ordinatoribus ſuis manu eorum conſcriptas, continentes Conſulem & diem, vt nulla altercatio circa χειροτονίας antiquitatem oriretur: ſicut videre eſt apud Synodum[f] Africanam.

[f] Cc. 5. Afric. can. 56.

Quid plura? Non tamen omittendum videtur aliud argumentum, ex censura, qua priuabantur Donatistæ iure adipiscendi antiquitatis ordine Primatum suæ cuiusque prouinciæ, & qua Priscum notatum refert S. Augustinus in epistolis [a], cum ait [Clamet Priscus prouinciæ Cæsariensis Episcopus. aut ad Primatum locus, sicut cæteris, mihi patere debuit, aut Episcopatus mihi remanere non debuit.] Eumdem vsum adhuc suis temporibus inuiolatum permanere decernit Diuus Gregorius magnus [b] hæc scribens ad Episcopos Numidiæ: [In Primatibus constituendis consuetudinem immotam permanere concedimus. exceptis his, qui ex Donatistis ad Episcopatum peruenerunt; quos prouehi ad Primatus dignitatem, etiam cum ordo Clericorum ad locum eumdem deferat, modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis commissæ sibi plebis tantummodo curam gerere.] Fateor duo genera eorum qui ad Primatum euehi poterant hic à D. Gregorio designari, vnum eorum qui electione, & alterum eorum qui Episcopatus antiquitate, honore illo donabantur. Sed hinc inferri posse negamus, quod in singulis prouincijs primæ sedes stabiles fuerint, quarum Episcopi Metropolitani essent. Sensus Diui Gregorij est, Donatistas nec ad Primatum Carthaginensem, ad quem sorte & electione prouehebantur Episcopi, nec ad Primatum aliarum prouinciarum, qui antiquitati Episcopatus debebatur, promouendos esse. Sic verba illa, [quos prouehi ad Primatus dignitatem, etiam cum ordo Clericorum ad locum eumdem deferat,] intelligenda esse, censemus; huicque distinctioni firmum satis fundamentum præbet diuersa conditio Primatus Carthaginensis, & aliarum prouinciarum; cum ille, vt certæ sedi affixus erat, ita electione acquireretur; hic verò Episcopatus antiquitate & non electione senioribus Prælatis daretur. Hinc fit vt passim in Concilijs Africanis Primates senes dicantur, quippe qui honorem Primatus non alia ratione quam consecrationis prioritate obtinentes, primum locum nonnisi exacta ætate & admodum senes, propter magnum Episcoporum cuiusque prouinciæ numerum consequi non poterant.

Sed ad quid tot argumentationes? cùm in Synodo Africana [c] disertissimis verbis Metropolim à prima sede distinctam esse doceatur; Canonis verba sunt. [Placuit omnibus Episcopis, qui in hoc Concilio subscripserunt, vt matricula & archiuus Numidiæ, & apud primam sedem sit, & in Metropoli, id est Constantina.] Huius condendi ratio fuit, quod cùm prima sedes nunc apud hanc, nunc apud illam ciuitatem esset, archiuus prouinciæ vix conseruari poterat: vt autem huic communi damno prouiderent occurrerentque Episcopi, statuerunt vt non tantum in prima sede, sed & in Metropoli seruaretur: clarissimè hoc decreto docentes primam sedem prorsus aliam esse à Metropoli, & Primatem, seu primæ sedis Episcopum ab Episcopo Metropolis differre.

IX. Obiectiones pro stabilitate Primatus Africæ, earumque solutiones.

Quamuis autem hæc omnia luce meridiana clariora sint, non desunt tamen, qui alijs rationibus ducti, contrarium sentiant. Hi cum negare non possint Primates in Prouincijs Africæ, Consulari excepta, ex antiquitate ordinationis Episcopalis fieri: alios præterea ordinariæ conditionis in ijsdem statuunt, qui ratione Metropolis ciuitatis quarum erant Episcopi, vere Metropolitani essent. Istud primum conantur probare ex Canone

a Aug. ep. [illegible]

b Gregor. [illegible] epist. [illegible]

c Conc. Afr. Canon. 53.

ne [a] octogesimo sexto Ecclesiæ Africanæ, qui decimus tertius est Concilij Mileuitani secundi, quo, cùm propositum esset ab Aurelio Carthaginensi, vt iuniores senioribus loco cederent, eisque inconsultis nihil agere præsumerent, vniuersi Episcopi dixerunt: [Hic ordo & à Patribus & à maioribus seruatus est, & à nobis Deo propitio seruabitur, saluo etiam iure Primatus Numidiæ & Mauritaniæ.] Hinc enim inferunt certos, seu certæ sedis fuisse Primates in Mauritania & Numidia, præter eos qui primæ sedis erant Episcopi, scilicet Episcopos Cirtæ seu Constantinæ in Numidia, & Cæsareæ in Mauritania. Sed hic nodus satis soluetur, si negemus vllam hoc Canone fieri mentionem Episcoporum Constantinæ & Cæsareæ, quos Primates certos fuisse autumant. Sola lectione patet ibi de primæ sedis Episcopis tantum agi, quibus vt omnes harum prouinciarum Episcopi cederent, multumque in peragendis negotijs deferrent, statutum est.

[a] Cod Afric. Can 86.

Instant Donatianum Episcopum Teleptes prouinciæ Bizacenæ dici primæ sedis Episcopum, in Concilio [b] Mileuitano secundo: Teleptem autem Metropolim stabilem fuisse Bizacenæ. Sed parui momenti instantia hæc est, cùm Donatianus ille, non ratione sedis, sed ordinationis antiquitate, Primas dictus sit: sicut & senex Musonius eiusdem prouinciæ Primas, tempore Concilij Carthaginiensis tertij Cæsario & Attico Consulibus, vt patet ex epistola [c] ab Aurelio & ipsomet Musonio subscripta. Sed hunc Musonium Teleptensem Episcopum fuisse proximè ante Donatianum, vt volunt, nusquam reperi: & quamuis Donatianum nullo intermedio præcessisset, nihil tamen contra sententiam nostram sequeretur: cùm eorum alter ex alia sede, in qua primùm ordinatus fuerat, Teleptem transferri potuerit, & postea ratione primæ suæ ordinationis primæ sedis Episcopus, seu Primas Bizacenæ fieri.

[b] Conc. Mileuit. 2. can 17

[c] Epist. Aurelij & Musonij ad calcem Conc. 3. Carthag.

Vrgent Mauritaniæ Sitifensi Primatem proprium tributum fuisse à Concilio tertio [d] Carthaginensi anno quadringentesimo decimo nono celebrato, quemadmodum & alijs prouincijs; quamuis in Concilio [e] Mileuitano anno quadringentesimo secundo celebrato, iam legatur Nicetius Episcopus primæ sedis Mauritaniæ Sitifensis: indeque inferunt duo genera Primatum in hac prouincia fuisse; de quibus nil aliud excogitari potest, nisi quod vnus senior ordinatione erat, & alter Episcopus Metropolis certæ & stabilis. Sed quamuis Canones isti in græca Collectione Decretorum Ecclesiæ Africanæ, tribuantur Mileuitano sub Arcadio & Honorio, & Carthaginensi tertio Concilijs; tamen parum fide digna est, cum in Codice latino, cui longè plus deferendum, nulla sint acta Concilij Mileuitani primi sub dictis Imperatoribus, nec legatur Canon de institutione Primatis Sitifensis, inter cæteros Concilij tertij Carthaginensis. Hos ab antiquis Concilijs Africanis conditos fuisse facilè crediderim: sed cùm ignoretur à quibus, nulla potest certa inferri consequentia in fauorem Episcoporum Sitifi Metropolis huiusce prouinciæ.

[d] Conc. Carthag. 3. Can. 17. in Græco exemplari.

[e] Conc. Mileuit. Arcadio & Honorio Coss. in Cod. Afric.

Maiorem autem fidem adhibendam esse latino Codici quam græco ex hoc clarè probatur, quod Africana Concilia latinè non græcè facta sint: & quòd latinus Codex in his quibus differt à græco conformis sit exemplaribus authenticis Conciliorum Africanorum, sicut & vsibus antiquis Ecclesiæ Africanæ, à Diuo Augustino, Fulgentio,

Ferrando alijſque huiuſce regionis celeberrimis Scriptoribus, quibus tamen repugnat græca collectio, vt fusè probauit Eminentiſſimus Cardinalis Perronius.

a Auguſt. epiſt. 217.

Obijciunt etiam ex Auguſtino a Victorinum, qui ſe Primatem Numidiæ quaſi ſeniorem dicebat, ideo non potuiſſe Epiſcopos ad Concilium vocare, quod Epiſcopum Conſtantinæ Metropolis verum Primatem haberent, ad quem id muneris ſpectabat: huncque volunt ſenſum genuinum eſſe verborum Diui Auguſtini, ex quo proinde inferunt duo genera Primatum fuiſſe in Numidia vniuerſaque Africa, ſcilicet Epiſcopum Metropolis, & antiquiorem. Sed fruſtra conantur hunc eximium Doctorem ad ſuas partes euocare, cùm iam ratio allata ſit huius epiſtolæ ſcribendæ, dictumque hac vna ratione miſſam ab eo fuiſſe, quod contentio exorta eſſet inter Xantippum & Victorinum, quis horum antiquior ordinatione, & cui proinde cõpeteret Primatus. Imo hanc in eos retorqueri poſſe quaſi acutiſſimum telùm contendo, cùm vtrique conſulat Auguſtinus conuocare Collégas, qui ipſis Epiſcopatus ætate vicini erant, quique facile, quis eorum verum diceret & antiquior eſſet, dijudicarent.

Alia quædam addunt, ſed minoris momenti, & quæ, vt mihi videtur, nulla reſponſione indigent. Idcirco quæ in vnaquaque prouincia ſedes eſſent Epiſcopales dicendum: ſi tamen prius ſingularum limites, quos Eccleſia inſtituit, & qui ab alijs per Geographos deſignatis aliquatenus differunt, aſſignauerimus.

X. Limites singularum prouinciarum Africæ.

PROCONSVLARIS clauditur ab ortu & Septentrione pelago Africo, ab Occidente Tuſca fluuio, & linea ducta à Tuſca è regione Muſti ciuitatis, ſecando Rubricatum fluuium ad Bullam regiam, indeque ad Ammederam: à meridie diuiditur à Bizacena per lineam ductam ab vrbibus Ammedera & Vazua vſque ad flexum Bragadæ fluuij, indeque per Abderam & Vlizibirram ciuitates ad ſinum Adrumetinum verſus ortum, non longè ab Adrumeto.

NVMIDIA habet pro terminis ab ortu Tuſcam fluuium, & lineam ductam ab eius fontibus per Rubricatũ fluuium quem ſecat è regione Bullæ regiæ, indeque iuxta eundem Rubricatum ad Libycas vſque gentes protenſam: & ab Occidente Ampſagam, à Septentrione Mare Africum, & à meridie partem Libyæ interioris.

BIZACENA Prouincia ab ortu habet mare Africanum & Tritonem fluuium, ab occaſu Rubricatum fluuium & Proconſularem, à qua per lineam iam dictam ſeparatur: à Septentrione habet camdem prouinciam Proconſularem, & ab auſtro Libyam interiorem.

SITIFENSIS Mauritania habet ab ortu Ampſagam fluuium, ab occaſu Naſabath, à meridie partim Libycas gentes, partim lineam infra deſcriptam, qua diuiditur à Mauritania Cæſarienſi; & à Septentrione mare Africum.

MAVRITANIA CÆSARIENSIS habet ab ortu prouinciam Sitifenſem, à qua ſeparatur per fluuium Naſabath, & lineam ductam à fontibus dicti fluuij ad Audum quem ſecat: indeque inter Cidamum & Tubunam vrbes, ad Gulum fluuium non longe à Germania vrbe vſque ad gentes Libycas: ab occaſu terminatur Malua fluuio, à Septentrione habet mare Africum, & ab auſtrali plaga clauditur gentibus Libycis.

MAVRITANIA TINGITANA ab ortu terminatur Malua fluuio, & linea ducta à fontibus Maluæ vſque ad maiorem Atlantem, ab occaſu mari externo quod & Oceanus occiduus dicitur, a Septentrione habet fretum Herculeum, & à meridie maiorem Atlantem, quo a Libya interiori ſeparatur.

TRIPOLITANA prouincia ab ortu habet Aram Philenorum, & lineam ab ea ductam ad Libycas gentes, ab occaſu Tritonem fluuium quo diuiditur à Bizacena, à Septentrione terminatur mari Africo, & à meridie deſertis Libycis.

NOTITIA ANTIQVA EPISCOPATVVM AFRICÆ,

AC PRIMO,

PROVINCIÆ PROCONSVLARIS.

CARTHAGO Ptol. lib. 4. c.3. Ab incolis hodie *Almenara*. *S. Cyprianus* Epiſcopus Carthaginenſis toto orbe celeberrimus eſt.

SICILIBRA Antonino in Zeugitana, Siciliba D. Auguſt l.7. c.3. contra Donatiſtas, in quo *Satius* Epiſcopus à Siciliba legitur.

MAXVLA Antonino in Zeugitana. *Numidius* Epiſcopus Maxulitanus eſt in Collatione Carthaginenſi.

VALLIS Antonino in Zeugitana. *Quotuultdei* Epiſcopi Vallitenſis memoria eſt in eadem Collatione Carthaginenſi.

VTHINA Ptolem. lib. 4. cap.3. *Felicem* Epiſcopum ab Vthina habet D. Auguſt. lib. 6. contra Donatiſtas cap. 33.

TVBVRBO Ptolem. ibidem. *Sedatus* Epiſcopus à Tuburba ſubſcripſit Concilio tertio Carthaginenſi.

ABDERA Ptol. ibidem. *Felix* Epiſcopus Abdiritanus legitur apud Victorem Vticenſem lib.2.

ASSVRVS, vel Aſſuris Aethico in Coſmographia. *Victor* Epiſcopus ab Aſſuris ſubſcripſit Concilio tertio Carthaginenſi.

TVCABOR, alias Tucca Terebentina Anton. in Zeugitana. *Fortunatus* à Tucabori legitur apud D. Auguſt. lib. 6. contra Donatiſt. cap. 24.

ALTIBVRA, Altaburis Notitiæ Africæ, Altiuros Antonino. *Baſilius* Epiſcopus Altiburenſis eſt in Collat. Carthag.

VAZVA, in confinibus Numidiæ & Proconſularis Ptolem. lib. 4. cap. 3. *Victor* Vazenſis legitur in Collatione Carthaginenſi.

AMMEDERA, Antonino in Numidia. *Eugenium* Epiſcopum ab Ammedera habet D. Auguſt. lib. 6. contra Donatiſtas cap 39.

SICCA Ptol. lib. 4. cap.3. *Candidus* huius Epiſcopus ſubſcripſit epiſtolæ Synodicæ prouinciæ Proconſularis, in Concilio Lateranenſi ſub Martino.

THINNISSA Ptol. ibidem. *Dalmatius* Episcopus Tinnisensis est in Africæ Notitia.

TVBVRBO minus Antonino in Zeugitana. *Ruffinus* eius Episcopus adfuit Collationi Carthaginensi.

MEMBRESA Antonino in Zeugitana. *Gemadius* Episcopus Membresitensis est in eadem Collatione Carthag.

MELZITA Plinio l. 5. c. 4. cuius Episcop. *Tutus* est in eadē Collat. Carth.

VTICA, Ptol. lib. 4. cap. 3. nunc *Biserta*. *Aurelius* Episcopus Vticensis subscripsit Concilio Carthag. III.

THEVDALIS Plin. l. 5. cap. 4. *Habet deum* Episcopum Thudalensem nominat Victor Vticensis lib. 1.

HIPPO-ZARITO Antonino in Zeugitana. *Petrus* huius Episcopus subscripsit Concil. 3. Carthag.

MEMBRO Antonino in Zeugitana. *Bonifacius* Episcopus Membrositanus est in Notitia Africæ.

LAPDA, cuius Episcopus *Iona* legitur in eadem Notitia Africæ.

BVLLA-REGIA Notitiæ Africæ. *Dominicus* Episcopus Bullensis Regiorum est in Collat. Carthag.

TENNONA, cuius Episcopi *Cresconij* meminit Notitia Africæ.

BENEVENTVM, Notitiæ Africæ, in qua eius Episcopus *Gulosus* dicitur.

SIMITHV Antonino, cuius Episcopus *Benenatus* subscripsit epistolæ synodicæ Proconsularis sub Martino.

THELE Notitiæ Africæ, cuius Episcopus *Bonifacius* dicitur ibid.

GVNELA eidem Notitiæ, in qua legitur *Paschasius* Episcopus Gunelēsis.

CARPIS Ptol lib. 4. cap. 3. *Bassus* Episcopus Carpitanus subscripsit eidem Epistolæ Synodicæ quæ supra.

VTIMMIRA Notitiæ Africæ, quæ habet *Reparatum* Episcopum Vtimmirensem.

MISVA. Plin. l. 5. c. 4. *Hirundinus* eius Episcopus dicitur in eadem Notitia.

DVASSEDEMSAI Notitiæ Africæ, vbi *Mannucius* eius Episcopus dicitur.

MIGIRPA D. Augustino lib. 6. contra Donatistas cap. 9. in quo *Felix* Episcopus à Migirpa legitur, & *Paschasius* in Notitia Africæ.

PAPIA, Pupia Notitiæ Africæ. Eius Episcopus *Bonifacius* subscripsit epistolæ Synodali Proconsularis sub Martino.

PVPPVT Antonino in Zeugitana. *Panonius* Episcopus Pupputtensis est in Collat. Carthagin.

VRCITA Notitiæ Africæ, quæ eius Episcopi *Quintiani* meminit.

GISIPA eidem Notitiæ. *Mellosus* eius Episcopus subscripsit epistolæ Synodali Prouinciæ Proconf.

VZITA Ptol lib. 4. cap. 3. *Gaius* Episcopus Vzitensis est in Notitia Africæ

BONVSTA Notitiæ Africæ. *Rufiniani* Episcopi Bonustensis memoria est in Collat. Carthag.

CICSITA eidem Notitiæ, cuius Episcopus *Flauosus* nuncupatur in eadem Collat. Carthag.

NEAPOLIS Aethico in Cosmographia. D. August. lib. 7. contra Donatist. habet *Iunium* Episcopum à Neapoli, & Notitia Africæ *Clementinum*.

CVLSITA Notitiæ Africæ. *Petrus* huius Episcopus subscripsit epistolæ Synodicæ prouinciæ Proconsularis.

CVRBI, Curubi Anton. in Zeugitana. Vnde *Benenatus* Episcopus Curbitanus habetur in eadem Epist. Synodali.

CÆFALA, cuius Episcopus *Crescis* legitur in eadem Epistola Synodali.

BVLLA Notitiæ Africæ. *Terapius* a Bulla adfuit Concilio. Carthag. III.

CLYPEA Ptol. vbi supra, hodie *Zafaran*. *Stephanus* Clypiensis est in eadem Epistola Synodali

MEGLAPOLIS Notitiæ Africæ. *Reparatum* Episcopum Meglapolitanum habet eadem Epistola Synodalis.

TIMIDA Epistolæ Synodicæ, apud D. Augustin. lib. 7. contra Donatistas cap. 22. est *Faustus* Episcopus à Timida Regia.

ZIGGA. *Vincentium* Episcopum Ziggensem habet Notitia Africæ.

SEMINA, cuius Episcopi *Florentij* meminit eadem Notitia.

PARISIVM. *Felix* Episcopus Parisiensis subscripsit Epistolæ Synodali Prouinciæ Proconsularis.

RVCVMA eidem Epistolæ Synodicæ. *Luciani* Episcopi à Rucuma meminit D. Augustinus lib. 7. contra Donatistas cap. 7.

TALBORA. *Constantinum* Episcopum Talborensem habet eadem Epistola Synodalis.

TAGARA, cuius Episcopi *Honorati* memoria est in Notitia Africæ.

CELLÆ Notitiæ Africæ, quæ *Cyprianum* Episcopum Cellensem habet.

VZIPPARITA, cuius Episcopus *Augentius* nuncupatur in eadẽ Notitia.

ABBIRITA Epistolæ Synodali iam dictæ. *Candidianus* Episcopus Abbiritanus adfuit Concil. Carthag. 7.

AVSANA Victori Vticensi MS. cuius Episcopi *Cassosi* mentio est in Notitia Africæ.

TABVCA Epistolæ Synodali prouinciæ Proconsul. in qua *Pauli* Episcopi Tabucensis mentio est.

MARAGGARITA. *Maximus* eius Episcopus est in Notitia Africæ.

MVZVA Notitiæ Africæ, cuius Episcopus *Rufinianus* subscripsit Concilio septimo Carthag.

ABITINA Epistolæ Synodali, & D. Augustino lib. 7. contra Donatistas cap. 28. *Maximus* Episcopus Abitinensis est in Collatione Carthaginensi.

TITVLI, cuius Episcopus *Cresconius* legitur in eadem Collat. Carthag. & *Crescituri* Episcopi Titulitani meminit Notitia Africæ.

EVDALA Victori Vticensi MS. *Victorem* Episcopum Eudalensem habet eadem Notitia Africæ.

CASVLA Antonino in Zeugitana. Casulas Carianenses sedem Episcopalem habet Victor Vticensis MS. Est autem *Siluanus* Carianensis Episcopus in Collat. Carthag.

TVLANA, cuius *Paschasius* Episcopus dicitur in Notitia Africæ.

VIVA Antonino in Zeugitana. *Victor* Viuensis est in Collat. Carthag.

VOL, Ptol. lib. 4. cap. 3. *Crispuli* Episcopi Volitensis mentio est in Coll. Carthag.

TVNES Polybio l. 14. hodie *Tunis* dicitur. *Lucianus* Episcopus Tuniensis est in eadem Collatione Carthaginensi.

MATTIANA, cuius Episcopus *Marcellus* dicitur in Epistola Synodali prouinciæ Proconsul.

HILTA. *Pariator* Episcopus Hiltensis legitur in eadem Epistola.

ZARNA. *Vitalis* Episcopi Zarnensis meminit eadem Synod. epistola.

CVBDIS, cuius Episcopus *Gentilis* est in eadem epistola Synodali.

MVNICIPITOGIA. Huius Episcopi *Victoris* mentio est in eadem epistola Synodali.

ELIBIA. *Joannem* Episcopum Elibiensem habet eadem Epistola.

PIA. *Felix* Piensis Episcopus legitur in Notitia Africæ.

TADVA. *Cyprianum* eius Episcopum habet epist. Synod. prouin. Proc.

VZALA. eius Episcopi *Sacconij* mentio fit in Notitia Africæ.

TIZZICA, cuius Episcopi *Vitalis* mentio est in epist. Synod. prou. Proc.

ABORA eidem epistolæ Synodali. *Trifolium* Episcopum Aborensem habet Collatio Carthaginensis.

LIBERTINA, cuius Episcopi *Ianuarij* meminit eadem epistola.

SCILITA Epistolæ Synod. Proconſ. quæ eius Episcopi *Pariatoris* meminit.

ABSASALLA. *Dominicum* eius Episcopum habet Epist. Synodica.

ARADITA. *Fortunatianum* eius Episcopum habet Africæ Notitia.

VERI. *Exitiosi* Verensis Episcopi eadem Notitia meminit.

CIVMTVTVRBO, cuius Episcopus *Germanus* legitur in eadem epistola Synodali.

OFITA. *Fortunij* Ofitanæ Ecclesiæ Episcopi meminit eadem epist. Synod.

MVNICIPIVM CANAPIVM. Huius Episcopus *Redemptus* vocatur in eadem epistola Synodali.

NVMMVLA. *Donatianum* eius Episcopum habet eadem epist. Synod.

TAVRACINA. *Clarissimus* eius Episcopus est in epistola Synodali.

VCVLA Epistolæ eidem Synodicæ. Eius Episcopi *Procericij* mentio fit in Collat. Carthag.

SINVARA. *Paulus* Episcopus Sinuarensis legitur in Notitia Africæ.

SVCCVBA. *Lucianus* eius Episcopus nuncupatur in epistola Synodali.

HORTA. *Donati* Episcopi Hortensis meminit eadem epistola.

TRISIPELLIS, cuius Episcopi *Felicis* memoria est in epist. Syn. prou. Proc.

GIVTRAMBACARIA, cuius Episcopus *Benenatus* subscripsit eidem epistolæ.

VILLAMAGNA, cuius Episcopus *Augendus* legitur in Collat. Carthaginensi, necnon Epistolæ Synodali prouinciæ Proconsularis subscripsit *Cyprianus* Episcopus Villæmagnensis. Aliam eiusdem nominis habet Antoninus in Tripolitana prouincia.

TIGIMMA. *Nabigius* Episcopus Tigimmensis est in epistola Synodali prouinciæ Proconsularis.

BOLITA, cuius Episcopus *Bonifacius* legitur in antiqua Notitia Africæ.

AGA *Fortis* Episcopus Agensis est in epist. Synodali prouinciæ Proconsul.

CÆCIRITA. *Quobulum* Episcopum Cæciritanum habet eadem epistola Synodalis.

TATIA MONTANENSIS, cuius Episcopi *Probi* meminit eadem epist.

MVLLITA Notitiæ Africæ, cuius Episcopus *Marcellinus* interfuit Collationi Carthaginensi.

DVÆ SENEPSALITINÆ, cuius ciuitatis Episcopus *Iulianus* dicitur in epistola Synod. prouinciæ Proconsularis.

EGVGE Epistolæ Synodali, apud quam legitur *Florentius* eius Episcopus.

NVMIDIA.

CIRTA Pomponio lib.1. cap. 6. dicitur Constantina, & Metropolis ciuilis Numidiæ can. 86. Codicis Africani, hodie *Constantina* etiam nuncupatur, eiusque Episcopus *Victor* legitur in Notitia Africæ.

CVLLV Antonino in Numidia. *Victoris* Episcopi Cullensis meminit Collatio Carthaginensis.

RVSICADE Antonino in Numidia, vulgò *Astora*. *Verulus* Episcopus à Rusicade adfuit Concilio Carthaginensi tertio.

VAGA Ptolem. lib. 4. c. 3. *Libosus* Episcopus Vagensis est apud D. August. lib. 3. contra Donatistas cap. 6.

LARES Ptolem. ibid. cuius ciuitatis Episcopus *Hortensius* est apud D. Cyprianum in Concilio Carthaginensi.

MILEVM Æthico in Cosmographia. *Restitutus* Episcopus Milei habetur in Concilio Constantinopolitano quinto.

IDICRA Antonino. *Marcianus* eius Episcopus adfuit Collat. Carthag.

CVICVLVM eidem Antonino, cuius Episcopi *Pudentiani* meminit D. Augustinus lib. 7. contra Donatistas cap. 35.

NOBAS-PARSA eidem Antonino. *Felix* huius ciuitatis Episcopus recensetur in Notitia Africæ.

DIANA Antonino in Numidia, cuius Episcopi *Fidentij* memoria est in Collatione Carthaginensi.

GEMELLÆ Antonino in Numidia. *Litteus* Episcopus à Gemellis subscripsit Concilio Carthaginensi tertio.

CVLLICITANIS Antonino in Numidia. *Vincentius* Culusitensis Episcopus adfuit Collationi Carthaginensi.

LAMBIRI eidem Anton. cuius Episcopi *Benenati* mentio est in Not. Afr.

ZAMA Straboni lib. 17. Azama Ptol. lib. 3. cap. 3. hodie *Zamora* dicitur. *Marcellum* Episcopum à Zama habet Diuus Augustinus lib 7. contra Donatistas cap. 17.

SINITV, Simitu vt putant Antonini in Numidia. *Stephanus* Sinitensis Episcopus est in Notitia Africæ, & in Collatione Carthaginensi *Cresconius*, quæ etiam habet *Benenatum* Simittensem: vnde dubium est an eadem sit cum Simittu.

AQVÆ TIBILITANÆ Antonino. *Marinus* Episcopus ab Aquis Tibilitanis legitur apud Optat. lib. 1.

HIPPO-REGIVS Anton. in Numidia, hodie *Bona*, cuius Episcopus fuit D. Augustinus inter Ecclesiæ Doctores facile primus.

TVBVRSICA Ptol. lib. 4. cap. 3. *Seruus-dei* Episcopus Tubursicensis legitur in Collat. Carthag.

CALAMA Notitiæ Africæ, & Concilio Carthaginensi sub Honorio & Theodosio. *Donatus* eius Episcopus habetur apud Optatum lib. 1.

GASAVPHALA D. Augustino lib. 7. contra Donatistas. *Saluianum*

Episcopum a Gasaupbala habet D. Cyprian. in Concilio Carthag.

TIGILLABA Collat. Carth. eius Episcopi *Iunioris* meminit Notitia Afr.

ROTARIA, forte Rota Antonini in Numidia, *Felix* Episcopus a Rotano legitur apud Optat. lib. 1.

TIPASA Æthico in Cosmographia. *Rusticus* Episcopus Tipasensis habetur in Notitia Africæ.

TAGASTE Antonino, patria est D. August. vt testatur Possidius in eius vita. *Alypius* eius Episcopus subscripsit Conc. Carth. tempore Zosimi Papæ.

THIGVRA vel THAGVRA Antonino in Numidia. *Posthumianus* Episcopus Thagurensis habetur in Collat. Carthag.

ALTABA Antonino in Numidia, cuius Episcopus *Basilius* legitur in eadem Collatione.

VECESELA eidem Antonino in Numidia, cuius Episcopus *Reginus* adfuit Collat. Carthag.

MASCVLA eidem Antonino in Numidia. Huius ciuitatis Episcopi *Donati* meminit Optatus l. 1. Eadem forte cum Marcula, cuius *Ianuarianus* dicitur Episcopus in Notitia Africæ.

MACOMADES eidem Antonino. *Aurelius* Episcopus Macomadensis est in Collat. Carthag.

TAMVGADA, Antonino in Numidia Tamugadi, cuius Episcopus *Nouatus* subscripsit Concilio Carthag. III.

LAMBÆSA Antonino ibid. *Ianuarius* à Lambæse subscripsit Concilio Carthag. sub Cypriano.

TABVDA Victori Vticensi MS. apud Ortel. & Notitiæ Africæ. *Victorianus* Episcopus Tabudensis est in eadem Collat. Carthag.

BERCERA Notitiæ Africæ, in qua *Felix* Episcop. Bercerítanus recensetur.

MVNICIPIVM Victori Vticensi MS. apud Ortel. *Leo* Episcopus Municipiensis legitur in Collatione Carthaginensi.

BVRCA Notitiæ Africæ, in qua Episcop. Burcensis *Leontius* nuncupatur.

VADA Victori Vticensi MS. apud Ortel. *Rufianum* Episcopum Vadensem habet eadem Notitia Africæ.

CENTENARIA Notitiæ Africæ cuius Episcopus. *Florentius* dicitur.

NIBA Victori Vticensi MS. *Paulus* Episcopus Nibensis legitur in eadem Notitia Africæ.

AMPHORA Collat. Carthag. Ampora Victori Vticen. MS. apud Ortel. *Seruatus* Episcopus Amphorensis memoratur in Collat. Carthag.

BVCONIA Collat. Carthag. Bocconia Notitiæ Africæ, in qua *Vitaliani* Episcopi Bocconiensis mentio est.

SVGITA Victori Vticen. MS. apud Ortel. *Victor* Episcopus Sugitanus legitur in Notitia Africæ.

PVTEA eidem Notitiæ Africæ, qua eius Episcopus *Gaudentius* legitur.

AVSVCVRRO Victori Vticen. MS. apud Ortel. *Donati* Episcopi Ausucurrensis meminit eadem Notitia.

FVSSALA D. August. l. 22. De Ciuitate Dei cap. 8. *Antonij* Episcopi Fussalæ meminit idem D. August. epist. 261.

NOBA-BARBARA Notitiæ Africæ, in qua *Adeodatus* huius ciuitatis Episcopus recensetur.

IDASSA

IDASSA Collat. Carthag. Idaca Victori Vticen. MS. *Rogatianum* Episcopum Idassensem habet Collatio Carthaginensis.

MONTE Peutingero *Donatiani* Episcopi Monteni meminit Collatio Carthag. & Notitia Africæ *Valentiani* Montensis.

LAMSORTE Collationi Carthaginensi, cui *Antonianus* Episcopus Lamsortensis adfuit.

TIDIDITA Notitiæ Africæ, Tidita Victori Vticen. MS. apud Ortelium. *Aburdius* Episcopus Tididitanus legitur in eadem Notitia Africæ.

CASÆ-MADIANÆ, cuius ciuitatis Episcopus *Villicus* dicitur apud Victorem Vticensem MS.

CETHAQVENSVSCA Notitiæ Africæ, quæ *Pascentium* eius Episcopum habet, fortè Cathaquensa D. Augustino, qui epist. 129. ad Olimpum meminit *Bonifacij* Episcopi Cathaquensis.

CENTVZIA Notitiæ Africæ, cuius Episcopus *Ianuarius* nuncupatur.

NOBA GERMANIA Notitiæ Africæ, in qua huius ciuitatis Episcopus *Florentius* appellatur.

SVSICASIA Victori Vticensi MS. apud Ortel. cuius Episcopus *Eusebius* legitur in Notitia Africæ.

NOBA-CÆSARIS eidem Notitiæ Africæ, in qua *Victorini* huius ciuitatis Episcopi mentio est.

VAZARITA Notitiæ Afr. *Calipodius* eius Episcopus est in Collat. Carth.

RESSANA Victori Vticensi MS. apud Ortelium. *Octauianus* Episcopus Ressanensis adfuit Collationi Carthaginensi.

AVGVRIVM eidem Victori, vt est author Ortel. *Leporij* huius ciuitatis Episcopi memoria est in Notitia Africæ.

OCTABVM Notitiæ Africæ, fortè Octauum D. August. lib. 7. contra Donatistas cap. 42. *Victorem* Episcopum ab Octauo habet D. Cypr. in Conc. Carthag. & Notitia *Pascentium* Octabensem in Numidia.

GILBA Notitiæ Africæ, in qua habetur *Felix* Episcopus Gilbensis.

MATHARA Victori Vticensi MS. apud Ortel. *Felicis* Episcopi Matharensis meminit Notitia Africæ.

MIDILA D. Cypriano in Concilio Carthaginensi. *Iader* Episcopus à Midila legitur apud D. August. l. 7. contra Donatistas cap 9.

PVNENTIANA Victori Vticensi MS. apud Ortel. cuius Episcopus *Peregrinus* dicitur in Notitia Africæ.

METÆ eidem Victori. Metenæ Collationi Carthaginensi, in qua eius Episcopus *Donatianus* nuncupatur.

CÆSAREA Notitiæ Africæ, in qua *Dominici* eius Episcopi memoria est.

NOBASINA Notitiæ Africæ, & Collationi Carthaginensi, in qua huius ciuitatis Episcopus *Felix* dicitur.

CÆLIA Notitiæ Africæ, in qua habetur *Quotuultdeus* eius Episcopus.

ZATTARA Collationi Carthaginensi, cuius Episcopus *Cresconius* subscripsit Concilio Constantinopolitano quinto.

TARASSA D. August. lib. 3. contra Donatistas cap. 20. *Zosimus* Episcopus à Tarassa est apud D. Cyprian. in Concilio Carthaginensi.

CASTELLVM Titulianum Notitiæ Africæ, in qua huius ciuitatis Episcopus *Victorinus* nuncupatur.

GIRVS MARCELLI, cuius Episcopus *Fructuosus* dicitur in Notitia Afr.

SILLILITA Collationi Carthag. Sillita vt puto Notitiæ, cuius Episcopus *Hilarius* appellatur in eadem Collat.

HIZIRZADA Victori Vticensi MS. apud Ortel. cuius Episcopi *Vigilij* mentio est in Notitia Africæ.

RVSTICIANA Collat. Carthag. fortè Rustici Peutinger. *Donatum* Episcopum Rusticianensem habet Notitia Africæ.

MADAVRVS Æthico in Cosmographia. *Placentius* Episcopus Madaurensis interfuit Collat. Carthaginensi.

BVFFADA Victori Vticensi MS. apud Ortel. *Crescentem* Episcopum Buffadensem habet Notitia Africæ.

SISTRONIANA Notitiæ Africæ, in qua *Adeodati* huius ciuitatis Episcopi memoria est.

REGIVM Notitiæ Africæ. *Victoris* Episcopi Regij meminit D. Greg. epist. 31. & 32. lib. 10. indict. 5.

TEGLA Notitiæ Africæ, cuius Episcopus *Donatianus* nominatur.

CASÆ NIGRÆ D. August. in Breuiculo Collationis. *Ianuarius* Episcopus à Casis nigris est in Collat. Carthag.

TVBVNIA Notitiæ Africæ, qua *Reparatus* huius Episcopus dicitur, & *Cresconius* Tubuniensis adfuit Collationi Carthag.

TIGISI Notitiæ Africæ. Optat. lib. 1. meminit *Secundi* eius Episcopi.

ZABI Notitiæ Africæ, quæ habet *Cresconium* Episcopum Zabensem.

NARANGARA Antonino in Numidia. Eius Episcopus *Faustinus* interfuit Collationi Carthaginensi.

MVSTI Antonino in Itinerario, *Feliciani* Episcopi Mustitani meminit D. Augustinus lib 1. contra Cresconium.

CENTVRIO Optato Mileuit. l. 1 qui *Naboram* eius Episcop. nominat, & *Ianuarius* Centurionensis adfuit Collationi Carthag.

AQVÆ NOVÆ Not. Afr. apud quã eius Episc. *Anastasius* nuncupatur.

TEBESTE Ptolem. lib. 4. cap. 3. *Lucius* Episcopus à Tebeste est apud D. August. lib. 6. contra Donatistas cap. 38.

BABRA Victori Vticensi MS. apud Ortelium. *Victorinus* Episcopus Babrensis est in Notitia Africæ.

MOXORITA Notitiæ Africæ, in qua *Domninus* Episcopus Moxoritanus memoratur.

TAMOGAZIA eidem Notitiæ, in qua *Secundus* huius ciuitatis Episcopus legitur.

RESPECTA Victori Vticensi MS. apud Ortel. Huius Episcopi *Quodvult-dei* meminit eadem Notitia.

LEGÆ alijs Legiæ. Collatio Carthag. *Daboni* Episcopi Legensis mentionem facit & Notitia Africæ *Victoricij* Legiensis.

MAZACA Victori Vticensi MS. *Nestorius* Episcopus Mazacensis adfuit Collatio. Carthag. & *Benenati* meminit Notitia Africæ.

LVGVRA Notitiæ Africæ, in qua recensetur *Donatus* eius Episcopus.

TVRRES CONCORDIÆ, cuius ciuitatis Episcopus *Quoduultdeus* appellatur in eadem Notitia.

BELESASE. *Seruum* Episcopum Belesasensem habet eadem Notitia Afr.

GAVDIABE Vict. Vticensi MS. apud Ortel. Gaudiabensis Episcopus nomine *Victor* est in Notitia Africæ.

GARBIS eidem Notitiæ, in qua legitur *Felix* Garbensis Episcopus, & *Victor* in Concilio Cirtensi.

MARCVLITA Victori Vticensi MS. cuius Episcopus nomine *Ianuarius* memoratur in Notitia Africæ.

SVABA Notitiæ Africæ, in qua *Felicis* eius Episcopi memoria est.

GERMANIA Collat. Carth. in qua habetur *Innocentius* eius Episcopus.

VADESITA Victori Vticensi MS. apud Ortel. Huius ciuitatis Episcopi *Annibonij* meminit Notitia Africæ.

NARATCATA Notitiæ Afr cuius Episcopus *Fortunatianus* in ea dicitur.

LAMIGGIZA Notitiæ Africæ, apud quam *Maximus* huius Episcopus nominatur.

LAMIGGIGA eidem Notitiæ, quæ *Cardelum* eius ciuitatis Episcopum habet, & Collatio Carthaginensis *Iulianum*.

VAGARMELITA Victori Vticensi MS. cuius Episcopus *Iulius* nuncupatur in Notitia Africæ.

TVRRES AMMENIARVM, alijs Armeniarum, Notitiæ Africæ, qua mentio fit *Victoris* eius ciuitatis Episcopi.

MVLIA Victori Vticensi MS. apud Ortelium. *Peregrinum* Episcopum Muliensem habet Notitia Africæ.

OSPITVM Victori Vticensi MS. fortè Ospinum Concilij Carthag. 7. cui *Leo* Episcopus Ospinensis interfuit. *Gedalius* autem Episcopus Ospitensis dicitur in Notitia Africæ.

VAGADA Notitiæ Africæ, in qua *Fulgentius* eius Episcopus legitur.

LAMASVA Collationi Carthaginensi. *Secundini* Episcopi Lamasuensis meminit Notitia Africæ.

TACARATA Notitiæ Africæ, cuius Episcopus nomine *Verissimus* in ea recensetur.

VLLITA Notitiæ Africæ, in qua *Quoduult deus* eius Episcopus habetur.

SELEVCIA Notitiæ Africæ, Seleuciana Victori Vticensi MS. *Terentius* Episcopus Seleucianensis adfuit Collat. Carthag.

VADA Victori Vticensi MS. apud Ortel. *Proficium* Episcopum Vadensem habet Notitia Africæ.

MAXIMIANA eidem Notitiæ Africæ, quæ *Donatum* eius Episcopum recenset.

ZARADTA Victori Vticensi MS. apud Ortelium. *Tresconius* Episcopus Zaradtensis adfuit Collationi Carthag. & Notitia Africæ meminit *Adeodati* Zaradtensis Episcopi.

GIRVS TARASI, cuius Episcopus *Felicianus* legitur in Notitia Africæ.

VICVS PACIS Victori Vticensi MS. apud Ortel. *Flauianum* Episcopum Vico-pacensem habet eadem Notitia.

THABRACA Antonino in Numidia, vulgò *Bugia*. *Victoricus* Episcopus à Thabraca est apud D. August. lib. 6. contra Donatistas cap. 32. subscripsitque Concilio Carthaginensi tertio.

TVCCA Ptolem. lib. 4. cap. 3. *Saturninum* Episcopum à Tucca habet D. Cyprianus in Concilio Carthag.

QVIDIA Victori Vticensi MS. in Numidia apud Ortel. *Priscus* Episcopus Quidiensis interfuit Collationi Carthaginensi.

CASTELLVM Notitiæ Africæ, cuius Episcopus *Honoratus* dicitur in eadem Notitia.

MILEVI Notitiæ, ciuitas multis Concilijs in ea celebratis illustris. *Benenatus* huius Episcopus dicitur in Notitia Africæ.

GIRA, fortè Gurra Peutingeri, Notitia Africæ habet *Martialem* Girensem Episcopum.

FESSEITA Notitiæ Africæ, quæ *Adeodatum* eius Episcopum nominat.

DAMATCORE eidem Notitiæ, quæ *Dumuirialem* eius Episc recenset.

MADA eidem Notitiæ, apud quam *Petrus* Madensis Episcopus dicitur.

CASÆ CALANEÆ eidem Notitiæ, qua *Optantius* eius Episc. legitur.

ARSICARITA eidem Notitiæ, qua *Serui* eius Episcopi mentio fit.

VESELI Notitiæ Africæ, in qua *Donatianus* eius Episcopus nominatur.

VILLA DEGENSIS eidem Notitiæ, quæ *Donatum* Villadegēsem habet.

LEGÆ eidem Notitiæ, apud quam *Ianuarius* eius Episcopus recensetur.

LAMFVA eidem Notitiæ, qua *Maximus* eius Episcopus dicitur.

VAGRAVA eidem Notitiæ, quæ Vagrauensem *Marcellinum* Episcopum habet.

GILBA alia à superiori. Huius Episcopus *Donatus* dicitur in eadem Notitia Africæ.

SILE *Donatus* Silensis legitur in Notitia Africæ.

GAVRIANA eidem Notitiæ, cuius Episcopus *Ianuarius* dicitur.

FORME eidem Notitiæ, qua *Ponticanus* Formensis Episcopus legitur.

FORME alia à mox dicta in eadem Notitia legitur, quæ *Mensorem* Episcopum habuit.

FATVM eidem Notitiæ, qua *Honoratus* Fatensis Episcopus legitur.

BIZACENA.

ADRVMETVM Plin. lib. 5. cap. 4. vulgò *Sissa nigra*. *Felicis* Episcopi Adrumeti meminit Victor Vticensis lib 1.

HORREA COELIA Antonino. *Tenax* Episcopus ab Horreis Cœliæ subscripsit Concilio Carthaginensi tertio.

TAGASA, cuius Episcopus *Secundus* legitur in epistola Synodali prouinciæ Bizacenæ ad Constantinum Imperatorem.

TVRRE-BLANDIS Notitiæ Africæ, cuius ciuitatis Episcopi *Datiani* mentio est in eadem epistola Synodali.

MEDIANVM Ortelio in Tabula Africæ propriæ. *Ianuarius* Episcopus Medianensis est in Collatione Carthaginensi.

SVFES Antonino in Bizacena. Vict. Vtic. l. 1. meminit *Eustatij* eius Episc.

AFVFENIA in fragmento Victoris Vticensis apud Ortelium, cuius Episcopus *Mansuetus* dicitur in antiqua Notitia Africæ.

CILLITA Notitiæ antiquæ Africæ. Eius Episcopus *Donatus* interfuit Collationi Carthaginensi.

VICVS-ATERIÆ epistolæ Synodali prouinciæ Bizacenæ, cuius Episcopus *Pacatus* in antiqua Notitia Africæ nominatur.

MIBIARCESIS eidem epiſtolæ, cuius Epiſcopus *Ioannes* dicitur.

SEGERMES D. Auguſt lib. 6. cap 16. *Nicomedem* Epiſcopum à Segermis habet Diuus Cyprianus in Synodo Carthaginenſi.

MIRICIANA vel Miritana ciuitas Victori Vticenſi lib. 3. cuius Epiſcopi *Saturnini* memoria eſt in epiſtola Synodali prou. Bizacenæ.

GATIANA eidem Epiſtolæ, Gratiana Collat. Carthaginenſi, qua huius Epiſcopus *Victor* appellatur.

SVFFETVLA Victori Vticenſi lib. 2. *Priuatianum* Epiſcopum à Suffetula habet D. Auguſtinus lib. 6. cap. 26. contra Donatiſtas.

DICEA. *Candidi* eius Epiſcopi meminit epiſtola Synod. prou. Bizacenæ.

TICES antiquæ Notitiæ Africæ. *Romulum* Epiſcopum à Ticibus habet eadem epiſtola Synodalis.

ANCVA Victori Vticenſi apud Ortel. Ancuſa Notitiæ Africæ. *Victorinum* Ancuſenſem Epiſcopum habet eadem Notitia Africæ.

MASCLIANA Antonino in Bizacena. *Boniſa.ij* Epiſcopi Maſclianenſis meminit eadem Notitia Africæ.

VADENTINIANA Notitiæ Africæ, Valentiniana epiſtolæ Synodali prou. Bizacenæ, in qua *Rodibaldus* eius Epiſcopus legitur.

NARA Antonino in Itinerario. *Ianuarij* Epiſcopi Narenſis mentio eſt in Collatione Carthaginenſi.

SEBERIANA Victori Vticenſi apud Ortel. *Victorinus* Epiſcopus Sebe- rianenſis eſt in Notitia Africæ.

TVBVLBACA Notitiæ Africæ. *Ianuarium* Epiſcopum Tubulbacenſem habet Collatio Carthaginenſis.

MIDITA Collationi Carthaginenſi, Mididita Notitiæ Africæ, qua huius Epiſcopus *Eubotius* legitur.

TAMBAIA Victori Vticenſi l. 3. *Secundiani* Epiſcopi à Tambeis memoria eſt apud D. Auguſt. l. 7. contra Donatiſtas cap 44.

IVBECLIDIA Epiſtolæ Synodali prouinciæ Bizacenæ, cui *Reſtitutus* Epiſcopus ſubſcripſit.

NEPTITA Notitiæ antiquæ Africæ, in qua *Lætus* Epiſcopus Neptitanus legitur.

BVBELIA Victori Vticenſi apud Ortel. *Flauianus* Epiſcopus Bubelianenſis eſt in antiqua Notitia Africæ.

CELLÆ Antonino in Bizacena. *Fortunius* Epiſcopus Cellenſis ſubſcripſit epiſtolæ Synodali prouinciæ Bizacenæ ad Conſtant Imperat.

DECORIANA Victori Vticenſi apud Ortelium. *Leontius* Epiſcopus Decorianenſis habetur in antiqua Notitia Africæ.

PVTEA Ptolem. lib 4. cap. 3. *Felicis* Epiſcopi Putienſis meminit Collatione Carthaginenſis.

THEVZITA Notitiæ Africæ, in qua *Decimus* Epiſc. Theuzitanus legitur.

MACTARIS D. Auguſtino lib. 7. contra Donatiſtas cap. 2. *Marcum* Epiſcopum à Mactari habet D Cyprianus in Concilio Carthaginenſi.

THAGAMVTA Victori Vticenſi apud Ortelium. *Reſtitutus* Epiſcopus Thagamutenſis eſt in Notitia Africæ.

AVTENTVM Antonino in Bizacena. *Optatum* Epiſcopum Autentenſem habet Epiſtola Synodalis prouinciæ Bizacenæ.

ABARADIRA Victori Vticensi apud Ortelium. *Praefectiani* Episcopi Abaraditani meminit Notitia Episcoporum Africæ.

BANA Epistolæ Synodali prouinciæ Bizacenæ, Bahana forte Collat. Carthag. qua *Victor* Episcopus Bahanensis habetur.

OCTABIVM Notitiæ Africæ, in qua *Sabiniani* eius Episcopi mentio est.

OCTABVM Victori Vticensi apud Ortelium. *Albini* Episcopi Octabensis meminit eadem Notitia Africæ.

AQVIABA Notitiæ Africæ, in qua *Restitutus* eius Episcopus habetur.

HERMIANA Epistolæ Synodali prouinciæ Bizacenæ. *Maximiani* Episcopi Ermianensis memoria est in Collat. Carthag.

PERADAMIVM Notitiæ Afr. in qua est *Germanus* Episc. Peradamiensis.

TVRRIS Collationi Carthag. *Mensium* Episcopum Turrensem habet Notitia Africæ.

TARAZA, Concilio III. Carthag. Tharassa. *Domninus* Episcopus Tarazensis legitur in Notitia Africæ.

CREPEDVLA Notitiæ Africæ, Secrepedula Epistolæ Synod. prouinc. Bizacenæ, Creperula Collationi Carthaginensi, in qua *Barbarianus* Episcopus Creperulensis legitur.

TROFINIANA Victori Vticensi in Ortel. *Hilarinum* Episcopum Trofinianensem habet Notitia Africæ.

LEPTIS MINOR, vel Leptis parua Ptol. lib. 4. c. 3. *Romani* Leptiminensis memoria est in Collat. Carthag.

FERADIMAIA Victori Vticen. apud Ortel. *Aurelius* Episcopus Feradimaiensis est in Notitia Africæ.

TEMVNIANA Epistolæ Synodali prou. Bizacenæ. *Cresconij* Episcopi Temonianensis meminit Collat. Carthag.

VNIZIBIRA Notitiæ Africæ, Vlizibira Ptolem lib. 4. cap. 3. *Cyprianus* Episcopus Vnizibirensis est apud Victorem Vticen. lib. 2.

TAMALLVMA Victori Vticensi l. 3. *Habet-deum* Episcopum Tamalumensem nominat Notitia Africæ, & Collat. Carthag. *Sabratium* Turrentamalumensem.

MVZVCA Collationi Carthaginensi. *Innocentius* Episcopus Muzucensis legitur in Notitia Africæ.

MASSIMANA Victori Vticensi apud Ortelium, cuius Episcopi *Possidij* meminit eadem Notitia Africæ.

SERBATIANA, cuius Episcopi *Victorini* mentio est in eadem Notitia.

MARAZANA D. Augustino lib. 7. contra Donatistas cap. 10. *Eunomius* Episcopus Marazanensis adfuit Collat. Carthag.

PEDERODIANA Victori Vticensi apud Ortel. *Adeodatus* Episcopus Pederodianensis habetur in Notitia Africæ.

TVZIRITA Notitiæ Africæ. *Aptus* eius Episcopus est in Collat. Carthag.

MATARITA Collationi Carthaginensi. *Adelphius* Episcopus Mataritanus legitur in Notitia Africæ.

VSVLA Antonino in Bizacena. *Ireneum* Episcopum ab Vsulis habet D. Augustinus lib. 7. contra Donatistas cap. 18.

IRPINIANA Victori Vticensi apud Ortelium, cuius Episcopus *Felix* nuncupatur in Notitia Africæ.

AQVÆ ALBENSES Notitiæ Africæ, quæ habet *Restitutum* Episcopum de Aquis Albensium.

MENEPHESSA Procopio lib. 1. de bello Wandalico. *Mensurius* Episcopus Menefessitanus est in Collatione Carthaginensi.

CAPSE Æthico in Cosmographia. *Donatus* Episcopus à Capse legitur apud D. Cyprianum in Synodo Carthaginensi.

ACOLITA, vel Achola Ptolem. lib. 4. cap. 3. *Restitutus* Acolitanus Episcopus habetur in Notitia Africæ.

TASBALTE D. August. lib. 6. contra Donatistas c. 42. *Adelphij* Episcopi à Thasbalte meminit D. Cyprianus in Concilio Carthaginensi.

MVNICIPIA & GERNISIÆ, epistolæ Synodicæ prouinciæ Bizacenæ, qua *Felix* Episcopus de Municipijs & Gernisijs legitur.

TIZIA Vict. Vtic. apud Ortel. *Honoratum* Episc. Tiziēsem habet Not. Afr.

RVSPE Ptolem. lib. 4. cap. 3. vulgò *Alfaques*, cuius Episcopi *Iuliani* meminit epistola Synodalis prouinciæ Bizacenæ.

VARARITA Victori Vticensi apud Ortelium *Iulianum* Episcopum Varaitanum habet Notitia Africæ.

FEBIANVM eidem Victori, cuius Episcopi *Succensiani* memoria est in Notitia Africæ.

CEBARADEFA, cuius Episcopus *Mustulus* subscripsit epistolæ Synodali prouinciæ Bizacenæ.

FORATIANA Victori Vticensi MS. & Notitiæ Africæ, qua *Bonifacius* eius Episcopus dicitur.

BOANA in fragmento Victoris Vticensis apud Ortel. *Donatus* Episcopus Boanensis recensetur in eadem Notitia Africæ.

MIMIANA eidem Victori apud Ortelium, cuius Episcopus *Secundianus* dicitur in eadem Notitia.

TELEPTE Ptolem. lib. 4. cap 3. *Bellicius* Episcopus Teleptensis recensetur in Collatione Carthaginensi.

PRÆSIDIVM Collationi Carthaginensi. *Fausti* Episcopi Præsidiensis memoria est in Notitia Africæ.

NATIO Notitiæ Africæ. *Faustinum* Episcopum Nationensem habet Collatio Carthaginensis.

MARAGVIA Vict. Vtic. MS. cuius Episc. *Bonifacius* est in Not. Afr.

TETCITANA, cuius Episcopus *Rusticus* legitur in Not. Afr.

MACRIANA eidem Notitiæ. *Felix* Episcopus Macrianensis recensetur in Collatione Carthaginensi.

GVRGAITA in fragmento Victoris Vticensis apud Ortelium. *Primianum* Episcopum Gurgaitensem habet Notitia Africæ.

ARSVRITA Vict. Vticen. MS. & Notitiæ Africæ, Safurita vero Epistolæ Synodali prou. Byzacenæ. *Seruus* Episcopus Arsuritanus est in eadem Notitia, & *Bonifacius* in dicta epistola Synodali.

CVLVLI Notitiæ Africæ, qua *Concordius* eius Episcopus dicitur.

TAGARBALA vel Tagarbola Victori Vticensi apud Ortelium. *Fortunatianus* Episcopus Tagarbalensis memoratur in Notitia Africæ.

AQVÆ REGIÆ Antonino in Bizacena. *Maximianus* Episcopus Aquæregiensis subscripsit Concilio septimo Carthaginensi.

QVÆSTORIANA epistolæ Synodali prouinciæ Bizacenæ. *Victoriani* Episcopi Quæstorianensis meminit Notitia Africæ.

CARCABIA Notitiæ Africæ. *Donatianus* Episcopus Carcabianensis legitur in Collatione Carthaginensi.

VICTORIANA eidem Notitiæ. *Saturninus* Episcopus Victorianensis adfuit Concilio tertio Carthaginensi; necnon Collationi.

MATERIANA Victori Vticensi apud Ortelium. *Peregrini* Episcopi Materianensis memoria est in Notitia Africæ.

HIRINA Epistolæ Synodali prouinciæ Bizacenæ, *Tertullianus* Episcopus Hirenensis adfuit Collat. Carthag. *Saturus* Irensis dicitur in Notitia Africæ, forte pro Hirinensis.

GVMMITA Collationi Carthag. Gummasa epistolæ Synodali, in qua legitur *Stephanus* Episcopus ciuitatis Gummasis.

MOROTEORITA Notitiæ Africæ, in qua *Fortunati* Episcopi Moroteoritani memoria est.

TICVALTA Victori Vticensi MS. apud Ortelium, cuius Episcopus *Maugentius* recensetur in Notitia Africæ.

AVZEGERA Notitiæ Africæ. *Donatus* Episcopus Auzegerensis interfuit Collationi Carthaginensi.

GAVVARITA, cuius Episcopus *Victor* nuncupatur in Notitia Africæ.

HELIA epistolæ Synodali prouinciæ Bizacenæ. *Donatiani* Episcopi Eliensis meminit Notitia Africæ.

TALAPTA eidem epistolæ Synodali. Talaptula Notitiæ Africæ, quæ habet *Vinitorem* Episcopum Talaptulensem.

LIMMICA. *Donatus* Limmicensis Episcopus legitur in eadem epistola.

IVNCA Notitiæ Africæ, qua *Tertullus* eius Episcopus dicitur.

THENÆ Antonino in Bizacena. *Eucratius* Episcopus à Thenis subscripsit Concilio Carthaginensi tertio.

IVBALTIANA Notitiæ Africæ. *Setan* Episcopum Iubaltianensem habet Collatio Carthaginensis.

TAMAZA Victori Vticensi apud Ortelium. *Theodorus* Episcopus Tamasenus est in epistola Synodali prouinciæ Bizacenæ.

VNVRICOPOLIS eidem Victori MS. cuius Episcopus *Seruilius* appellatur in Notitia Africæ.

AGGARITA Notitiæ Africæ, qua *Filtiosus* eius Episcopus legitur.

BIZACIVM vel Bizacena Ptolem. lib. 4. c. 3. *Saturi* Episcopi Bizaciensis meminit eadem Collatio Carthag.

TAPSVS Ortelio in Tabula Africæ. *Vigilius* Episcopus Tapsitanus est in Notitia Africæ.

MADASSVMMA Antonino in Bizacena, cuius Episcopi *Primuliani* meminit Collatio Carthaginensis.

TYSVRVS Ptolem. lib. 4. cap. 3. *Asellicus* Episcopus Tusuritensis legitur in Collatione Carthaginensi.

SEPTIMINICIA Antonino in Bizacena, eius Episcopus *Paschasius* dicitur in Notitia Africæ.

AMVRDASA Ptolem. lib. 4. cap. 3. *Maius* Episcopus Amurdasensis adfuit Collationi Carthaginensi.

ABIDVS

ABIDVS Ortelio in Tabula Africæ propriæ. *Honorati* Episcopi Abidensis meminit Collatio Carthaginensis.

BENEFENSIS Notitiæ Africæ. *Æmilianus* Episcopus Benefensis adfuit Collationi Carthaginensi.

DVRA Victori Vticensi in fragmento. *Quoduultdeus* Episcopus Durensis memoratur in Notitia Africæ.

RVFINIANA in fragmento Victoris Vticensis apud Ortelium. *Donati* Episcopi Rufinianensis meminit Notitia Africæ.

FORONTONIANA Notitiæ Africæ, quæ *Felicem* Episcopum habet.

EGNATIA eidem Notitiæ, quæ *Fastidiosum* eius Episcopum nominat.

FRONTONIANA eidem Notitiæ, qua *Bonifacius* huius Episcopus legitur.

TEGARIATA eidem Notitiæ, cuius Episcopus *Honoratus* dicitur.

AGGARITA Notitiæ Africæ, in qua *Donati* eius Episcopi memoria est.

GARRIANA eidem Notitiæ, qua *Secundinus* eius Episcopus recensetur,

CASTRVM eidem Notitiæ, quæ *Felicem* eius Episcopum nominat.

VITE eidem Notitiæ, qua *Victor* Vitensis Episcopus appellatur.

CIRCINITA eidem Notitiæ, quæ *Athenium* eius Episcopum vocat.

PRÆCAVSA eidem Notitiæ, quæ *Adeodatum* huius Episcopum habet.

CVFRVTA eidem Notitiæ, quæ *Heliodorum* eius Episcopum appellat.

FILACE eidem Notitiæ, qua *Bonifacius* eius Episcopus nominatur.

OPPENVA eidem Notitiæ, quæ *Honorium* eius Episcopum vocat.

SVBLECTE eidem Notitiæ, quæ *Proficium* eius Episcopum nominat.

CENCVLIANA eidem Notitiæ. *Ianuarius* huius Episcopus adfuit Collationi Carthaginensi.

Addit Notitia antiqua Africæ tres alias sedes Episcopales Sulianam, Vassinassensem & Aquensem in Bizacena, quarum Episcopos non reperi. Nisi dicamus *Fortunatianum* Vensanensem qui adfuit Collationi Carthaginensi, secundæ harum fuisse Episcopum.

MAVRITANIA SITIFENSIS.

SITIFI Æthico in Cosmographia, cuius Episcopus *Nouatus* subscripsit Concilio Carthaginensi septimo.

TAMALLVMA Notitiæ Afr. quæ *Rufinum* eius Episcopum nominat.

ACVFIDA Victori Vticensi apud Ortelium. *Iusti* Episcopi Acufidensis meminit Notitia Africæ.

FICVS Antonino in Mauritania. *Felix* Episcopus Ficensis adfuit Collationi Carthaginensi.

LEMFOCTA Ammian. lib. 29. cuius Episcopus *Vindemius* dicitur in Notitia Africæ.

PERDICES Antonino, *Siluanus* Episcopus Perdicensis habetur in eadem Collatio.

TVBVSVPTVS Ptolem. lib. 4. cap. 2. *Florentij* Episcopi à Tubusuptu meminit eadem Collatio Carthaginensis.

TVCCA Plin. lib. 5. cap. 2. *Vzulum* Episcopum Tuccensem habet Notitia Africæ.

LESVITA Notitiæ Africæ. *Romanus* Episcopus Lesuitensis interfuit Collationi Carthaginensi.

FLVMEN-PISCIS Notitiæ Africæ. *Victoris* Episcopi Flumenpiscensis memoria est in Collatione Carthaginensi.

PRIVATVM Victori Vticensi MS. *Adeodatum* Episcopum Priuatensem habet Notitia Africæ.

GEGITA Collationi Carthaginensi. *Vincentij* Gigitani meminit Victor Vticensis libro 1.

SATAFA Antonino in Mauritania. *Adeodatus* Episcopus Satafensis recensetur in Collatione Carthaginensi.

CELLÆ Notitiæ Africæ, in qua *Cresciturus* Episcopus Cellensis legitur.

GADAMVSA, cuius Episcopus *Montanus* nuncupatur in eadem Notitia.

ZABI Antonino in Mauritania. *Possessoris* Episcopi Zabensis meminit eadem Notitia.

ASSAFA Victori Vticensi MS. Eius Episcopus *Vitalis* dicitur in Notitia Africæ. Eadem forte est cum Assaua Antonini, quæ alijs est Assaba, cuius Episcopi *Sextilius* & Marcianus dicuntur in Collatione Carthag.

VAMALLA Victori Vticensi MS. *Flauianus* Episcopus Vamallensis recensetur in Notitia Africæ.

SVRISTA eidem Victori MS. teste Ortelio. *Aufidius* Episcopus Suristensis legitur in Notitia Africæ.

SALDÆ Antonino in Mauritania. *Paschasius* eius Episcopus habetur in Notitia Africæ.

HORREA Victori Vticensi MS. *Victor* Episcopus Horrensis legitur in Notitia Africæ.

IERAFITA, cuius Episcopi *Victoris* meminit Notita Africæ.

AQVÆ ALBÆ Victori Vticensi MS. *Honorium* Episcopum Aquæalbensem habet eadem Notitia.

IGILGILI Ptolem. lib. 4. cap. 2. vulgò *Gigel*. *Domitianus* Episcopus Igilgitanus est in eadem Notitia.

ZARAI Antonino in Mauritania, cuius Episcopus *Rogatus* dicitur in Collatione Carthaginensi.

PARTENIVM Victori Vticensi. *Rogatus* Episcopus Parteniensis habetur in Notitia Africæ.

MAROVANA Notitiæ Africæ, in qua *Iuuentius* Episcopus Marouanensis recensetur.

CIDAMVS Ptolem. lib. 4. cap. 2. Cadamus Notitiæ, quæ *Montanum* Episcopum Cadamusensem habet.

MACRI Antonino in Mauritania, cuius Episcopus *Restitutus* legitur in Notitia Africæ.

THAMAGRISTA Victori Vticensi apud Ortelium. *Clemens* Episcopus Thamagrist. memoratur in Notitia Africæ.

ARÆ Antonino in Mauritania. *Secundus* Episcopus Arensis adfuit Collationi Carthaginensi.

MOZOTA Victori Vticensi Ortelio teste. *Villaticus* Episcopus Mozotensis legitur in Notitia Africæ.

HIPPA Ptolem. lib. 4. cap. 2. cuius Episcopus *Florentius* adfuit Collationi Carthag.

TAMASCANIA Notitiæ Africæ, in qua *Honoratus* Episcopus Tamascaniensis legitur.

VESCETRA Ptolem. lib. 4. cap. 2. cuius Episcopus *Fortunatianus* nuncupatur in Collat. Carthaginensi.

ASVOREMITA Notitiæ Africæ, Asaoremixta Victori Vticensi MS. cuius Episcopi *Æmilij* meminit Notitia Africæ.

SERTEITA Victori Vticensi MS. vel Serteita Notitiæ Africæ, in qua *Victorinus* Episcopus Serteitanus recensetur.

MELICBVZA Notitiæ Afr. cuius Episcopi *Romani* memoria est ibid.

COVIVM Notitiæ Africæ, in qua *Maximi* Couiensis Episcopi mentio habetur.

OLIVA Antonino in Mauritania. Huius ciuitatis Episcopum *Lucium* nominat Collatio Carthaginensis.

EQVIZOTVM Notitiæ Africæ. *Victor* Episcopus Equizetensis legitur in Collatione Carthaginensi.

CASTELLVM eidem Notitiæ, in qua Episcopus Castellanus *Felix* nuncupatur.

EMINENTIANA Victori Vticensi MS. cuius Episcopi *Victoris* meminit eadem Notitia.

NOBALICIA Notitiæ Africæ, in qua est *Redux* Episcopus Nobalicianensis.

LEMELEFI Victori Vticensi MS. *Iacobus* Episcopus Lemelefensis legitur in Notitia Africæ.

SOCIA eidem Victori Vticensi MS. apud Ortelium. *Saturninum* Episcopum Sociensem habet eadem Notitia Africæ.

ZALLATA eidem Victori Vticensi MS. cuius Episcopi *Argentij* meminit eadem Notitia Africæ.

MAVRITANIA CÆSARIENSIS ET TINGITANA.

CÆSAREA Ptolem. lib. 4. cap. 2. vulgò *Alger*. *Fortunatus* Episcopus Cæsareæ subscripsit Concilio Arelatensi primo.

ALA MILIARENSIS Victori Vticensi MS. apud Ortelium, cuius Episcopus *Mensius* legitur in antiqua Notitia Africæ.

BILTA D. August. lib. 6. contra Donatistas cap. 8. Benta Ptolem. *Cæcilium* Episcopum à Bilta habet D. Cyprianus in Synodo Carthag.

BACANARIA fragmento MS. Victoris Vticensis apud Ortelium. *Palladij* Episcopi Bacanariensis meminit Notitia Africæ.

CAPVT CILLANVM Antonino in Itinerario, cuius Episcopus *Fortis* nuncupatur in eadem Notitia Africæ.

CISSÆ Ptolem. lib. 4. cap. 2. hodie *Cerceli*. *Flauosus* Episcopus Cissensis adfuit Collationi Carthaginensi.

CASTELLVM MEDIANVM Notitiæ Africæ, in qua *Valentini* huius ciuitatis Episcopi memoria est.

GVRGITES D. August. lib. 7. contra Donatistas cap. 38. *Felix* Episcopus à Gurgitibus habetur apud D. Cyprianum in Concilio Carthaginensi.

COLVMNÆ Notitiæ Imperij Romani, cuius Episcopus *Martialis* legitur in antiqua Notitia Africæ.

ICOSIVM Plinio lib. 5. cap. 2. hodie *Orano* dicitur, cuius Episcopus *Crescens* interfuit Collationi Carthaginensi.

FLORIANVM Victori Vticensi MS. apud Ortelium. *Restituti* Episcopi Florianensis mentio est in Notitia Africæ.

MINNA Antonino in Itinerario. *Cæcilium* Episcopum Minnensem habet eadem Notitia Africæ.

OBBA D. Cypriano in Concilio Carthaginensi, eadem ac Boba Pamelio, qui putat esse Babam Ptolemæi. *Pauli* Episcopi à Bobba meminit D. Augustinus lib. 7. contra Donatistas cap. 11. & habet Notitia *Eusebium* Episcopum Obbitanum.

MATVRBVM Victori Vticensi MS. apud Ortelium, cuius Episcopus *Lucius* appellatur in antiqua Notitia Africæ.

REPERITANVM eidem Victori MS. cuius Episcopi *Geliani* mentio est in eadem Notitia.

RVSVBICARI Antonino in Mauritania. *Constantius* Episcopus Rusubicariensis adfuit Collationi Carthaginensi.

SVFFARA, Suffasar Antonino in Mauritania. *Romanus* Episcopus Suffaritanus recensetur in Notitia Africæ.

RVSTONIVM Ptolem. lib. 4. cap. 2. vulgò *Temen de fust.* *Numerianus* Episcopus Rustoniensis interfuit Collationi Carthaginensi.

TIGIS Ptolem. ibid. Tigisi Antonino. *Passitanus* Episcopus Tigisitanus legitur in Notitia Africæ.

AQVÆ Antonino in Itinerario. *Cresconium* Episcopum ab Aquis habet Collatio Carthaginensis.

TABORA Collationi Carthaginensi, vel Taborenta Victori Vticensi MS. *Victor* Episcopus Taborentensis habetur in Notitia Africæ.

MAMILLA eidem Victori Vticensi MS. *Serenianus* Episcopus Mamillensis adfuit Collationi Carthaginensi.

SVMVLA eidem Victori MS. apud Ortel. cuius Episcopi *Quoduultdei* meminit Notitia Africæ.

VBABA eidem Notitiæ Africæ, in qua legitur *Ingenuus* Vbabensis Episcopus.

TADAMA, Tadame Victori Vticensi MS. apud Ortelium. *Dauid* Episcopus Tadamatensis habetur in Notitia Africæ.

ZVCHABARI Ptolem. lib. 4. cap. 2. *Germanus* huius ciuitatis Episcopus adfuit Collationi Carthaginensi.

TIPASA Æthico in Cosmographia. *Firmus* Episcopus Tipason interfuit Concilio quinto Constantinopolitano.

IDA Victori Vticensi MS. cuius Episc. *Felicianus* dicitur in Not. Afr.

TIMICI Plinio lib. 5. cap. 2. de Mauritania, hodie *Telesin* dicitur. *Optatus* Episcopus Timicensis adfuit Collationi Carthaginensi.

TASACORA Antonino. *Tæcarij* huius ciuitatis Episcopi meminit Notitia Africæ.

VAGAL eidem Antonino. *Miggin* Episcopus Vagalitensis est in Collatione Carthaginensi.

CARTENNA Pomponio lib. 1. cap. 6. hodie *Mazzagran* dicitur. *Lucidus* Episcopus Cartennitanus legitur in Notitia Africæ.

GRATIANOPOLIS Collationi Carthaginensi, in qua *Publicij* Episcopi Gratianopolitanæ Ecclesiæ memoria est.

MASVCABA Victori Vticen. MS. apud Ortelium. *Pasinatus* Episcopus Masucabensis legitur in Notitia Africæ.

PAMARIA eidem Victori Vticensi, cuius Episcopus *Longinus* appellatur in eadem Notitia Africæ.

LAPIDIA. *Restituti* Episcopi Lapidiensis memoria est in eadem Notitia Africæ.

BVLTVRIA Victori Vticen. MS. *Reparatus* Episcopus Bulturiensis habetur in eadem Notitia Africæ.

MALLIANA Antonino in Itinerario, cuius Episcopus *Victor* dicitur in Collatione Carthaginensi.

CASTELLVM TETRAPORTIENSE, cuius Episcopi *Reparati* mentio est in Notitia Africæ.

BAPARA Victori Vticensi MS. *Vincemalus* Episcopus Baparensis recensetur in eadem Notitia.

TAMAZVCA eidem Victori Vticensi MS. apud Ortel. cuius Episcopus *Lucius* dicitur in eadem Notitia.

QVIDIVM Collationi Carthag. *Tiberianus* Episcopus Quidiensis est in eadem Notitia.

SERTA Notitiæ Africæ, in qua *Saturninus* Episcopus Sertensis habetur.

ITA Victori Vticensi MS. apud Ortelium. *Lucij* Episcopi Itensis meminit Notitia Africæ.

GIRVMONS Notitiæ Africæ, in qua *Reparatus* huius Episcopus legitur.

PANATORIA eidem Notitiæ, cuius Episcopus *Donatus* ibidem nuncupatur.

SVCARDA eidem Notitiæ, quæ *Subdatiuum* Episcopum Sucardensem habet.

FIDOLOMA Victori Vticensi MS. *Onesimus* Episcopus Fidolomensis legitur in eadem Notitia.

NOVÆ Antonino in Itinerario. *Rogatianum* Episcopum à Noua habet D. August. lib. 7. contra Donatistas cap. 24. & Notitia *Verecundum* Nobensem.

VSINADA Notitiæ Africæ, Vsidana Victori MS. *Donatianus* Episcopus Vsinadensis recensetur in eadem Notitia.

FLVMENZERITA Notitiæ Africæ, in qua *Paulus* Episcopus Flumenzeritanus legitur.

AMAVRA Victori Vticensi MS. *Vrbanum* Episcopum Amaurensem habet eadem Notitia Africæ.

SESTVM, cuius Episcopi *Crescentis* memoria est in eadem Notitia Afr.

TARANAMVSA Antonino. Ternamuna Notitiæ, cuius Episcopus *Donatus* dicitur ibidem.

NASBINCA. *Ianuarium* eius Episcopum habet eadem Notitia.

VILLA NOBA Notitiæ Africæ, cuius Episcopi *Valentis* meminit Collatio Carthaginensis.

VARDIMISSA Notitiæ Africæ, in qua *Burco* Episcopus Vardimissensis legitur.

CATVLA Victori Vticensi MS. *Aratorem* Episcopum Catulensem habet eadem Notitia Africæ.

REGIVM, cuius Episcopus *Victor* nuncupatur in Notitia Africæ.

VAVDINVM Notitiæ Africæ, in qua *Rogatianus* Episcopus Vaudinensis recensetur.

CAPRA Victori Vticensi MS. *Primi Episcopi* Caprensis meminit eadem Notitia Africæ.

RVSVCVRRVM Antonino. *Optatus* Episcopus Rusucurritanus est in Collatione Carthaginensi.

SFASTERIA, cuius Episcopi *Rufi* mentio est in Notitia Africæ.

TIMIDA D. Augustino lib.7. contra Donatistas cap 22. *Faustum* Episcopum à Timida habet D. Cyprianus in Concilio Carthaginensi.

TABLA, cuius Episcopus *Quoduultdeus* dicitur in Notitia Africæ.

RVSGONIA, Rungonia Antonino. *Bonifacius* Episcopus Rusgoniensis legitur in eadem Notitia.

LEOSITA, cuius Episcopus *Victor* nuncupatur in eadem Notitia.

OPPIDVM NOVVM Ptolem. lib. 4. cap. 2. *Venantius* Episcopus Opidonouensis est in eadem Notitia.

AQVISIRA Victori Vticensi MS. apud Ortelium. Eius Episcopi *Felicis* mentio est in eadem Notitia Africæ.

TIGAVA Plinio lib. 5. cap. 2. *Crescens* Episcopus Tigauensis est in eadem Notitia.

RVSADIR Plinio lib. 5. cap. 1. Russadirum Ptolem. lib. 4. cap. 1. *Idonius* Episcopus Rusaditanus habetur in eadem Notitia Africæ.

CASTRA NOVA Antonino, cuius Episcopi *Vitalis* memoria est in eadem Notitia.

CASTELLVM Antonino in Itinerario. *Seuerini* Episcopi Castellani meminit Collatio Carthaginensis.

MVTECITA Collationi Carthaginensi. *Quintasius* Episcopus Mutacitanus est in Notitia Africæ.

ALBVLA Victori Vticensi MS. apud Ortelium. *Tacanus* Episcopus Albulensis habetur in Notitia Africæ.

BITA eidem Victori Vticensi MS. *Vrbani* Episcopi Bitensis meminit Collatio Carthaginensis.

MAVRIANA. Eius Episcopus *Secundus* dicitur in Notitia Africæ.

BALIANA eidem Notitiæ. *Bonifacij* Episcopi Balianensis mentio est apud Victorem Vticensem lib. 2.

ARSENARIA Pomponio lib. 1. cap. 6. vulgò *Arzerum*. *Philo* Episcopus Arsinuaritanus recensetur in Notitia Africæ.

OBORITA Notitiæ Africæ, in qua habetur *Petrus* eius Episcopus.

LABDIA Ptolem. lib. 4. cap. 2. *Ruffinium* Episcopum Labdiensem habet Collatio Carthaginensis.

TENISSA Ptolem. ibid. cuius Episcopus *Aufidius* adfuit eidem Collationi Carthag.

CATABITA Victori Vticensi apud Ortel. cuius Episcopus *Patera* nuncupatur in Notitia Africæ.

HERPIS, Ptolem. lib. 4. cap. 2. *Barbarus* Herpignensis qui in Collatione Carthaginensi huius est Episcopus.

VONCARIA Victori Vticensi MS. cuius Episcopus *Donatus* appellatur in Notitia Africæ.

GYPSARIA Ptolem. lib. 4. cap. 2. *Germanus* Episcopus Gipsariensis legitur in Collatione Carthaginensi.

TAMADEMPSIS Notitiæ Africæ, in qua *Romanus* Episcopus Tamadempsis recensetur.

VAGÆ Ptolem. lib. 4. cap. 2. cuius Episcopus *Priuatus* subscripsit Collationi Carthaginensi.

TABADCARA Victori Vticensi MS. *Crispinus* Episcopus Tabadcarensis est in Notitia Africæ.

CATRA, vel vt reor Castra, Antonino, cuius Episcopus *Candidianus* nominatur in Notitia Africæ.

ELEFANTARIA eidem Notitiæ, qua *Vassiui* Episcopi mentio est.

GARRA Ptolem. lib. 4. cap. 2. cuius Episcopi memoria apud Victorem Vticensem, vt author est Ortelius: An *Victor* Gartanensis pro Garranensi legatur in Collatione Carthaginensi dubium est.

MVRCONIVM Victori Vticensi MS. Huius Episcopus *Maddanius* dicitur in Notitia Africæ.

IDA Notitiæ Africæ, cuius Episcopus *Subitanus* ibidem legitur.

THVBVNÆ D. August. epistola 70. *Nemesiani* Episcopi à Thubunis meminit D. Cyprianus in Concilio Carthaginensi.

OPPINVM Ptolem. lib. 4. cap. 1. hodie dicitur *Rabath*, cuius Episcopus *Leo* subscripsit Concilio Carthag. 7.

TVSCAMIA Notitiæ Africæ, cuius Episcopus *Maximus* ibidem dicitur.

GVNAGITA Notitiæ Africæ, vel Gunaita Victori Vticensi apud Ortelium. *Auxilium* Gunagitanum habet eadem Notitia.

MAXITA Victori Vticensi MS. apud Ortelium, cuius Episcopi *Felicis* meminit Notitia Africæ.

SATAFA Notitiæ Africæ. *Crescens* Episcopus Satafensis ibidem dicitur.

VISSALSA Notitiæ Africæ, Visala Victori Vticensi apud Ortelium, cuius Episcopus *Saturninus* dicitur in eadem Notitia.

ADSINVADA, cuius Episcopus *Gaius* recensetur in eadem Notitia.

NVMIDIA eidem Notitiæ. *Ianuarius* Episcopus Numidiensis adfuit Collationi Carthaginensi.

CASTELLVM Ripense Victori Vticensi apud Ortelium. *Cerealis* huius ciuitatis Episcopi mentio est in Notitia Africæ.

TAMVDA Plin. lib 5. cap. 2. vel vt putat Ortelius Tanuda *Donatum* Episcopum Tanudatensem habet Collatio Carthaginensis.

CALTADRIA Victori Vticensi apud Ortelium. *Victoris* Episcopi Caltadriensis meminit Notitia Africæ.

SVBVR Ptolem. lib. 4. cap. 1. *Maximianus* Episcopus Suburitanus est in Collatione Carthaginensi.

AMBIA Victori Vticensi MS. *Felix* Episcopus Ambiensis est in Notitia Africæ.

MVRVSTAGA Victori Vticensi apud Ortelium. *Martianus* Episcopus Murustagensis est in Notitia Africæ.

FALLABA Notitiæ Africæ, in qua *Salo* Episcopus Fallabensis legitur.

BIDA Ptolem. lib. 4. cap. 2. Beda legunt interpretes. *Campanum* Episcopum Bidensem habet Notitia Africæ.

MANACCENSERI Victori Vticensi apud Ortel. cuius Episcopus *Victor* nuncupatur in Notitia Africæ.

TIFILTA Victori Vticensi MS. *Donatus* Episcopus Tifiltensis est in Notitia Africæ.

CASTELLVM-MINVS Notitiæ Africæ, in qua *Nicetius* huius ciuitatis Episcopus recensetur.

TIGAMIBENA Notitiæ Africæ, quæ huius ciuitatis Episcopi *Maxentij* meminit.

IVNCA Notitiæ Africæ, quæ *Glorinum* huius Episcopum nominat.

CORNICVLANA Victori Vticensi MS. cuius Episcopi *Syri* meminit Notitia Africæ.

NOBICA Notitiæ Africæ, in qua *Donatus* eius Episcopus memoratur.

FRONTÆ Victori Vticensi apud Ortelium. *Donati* Episcopi Frontensis mentio est in Notitia Africæ.

CASTELLVM-IABARITANVM, cuius Episcopus *Mattosius* appellatur in eadem Notitia.

SEREDDELI, cuius Episcopi *Rogati* meminit eadem Notitia.

AGNA, vrbs ad Agnam fluuium in Mauritania Tingitana. Collatio Carthaginensis habet *Victorianum* Episcopum Agnensem.

MACANIA Collationi Carthaginensi. Macanitas populos habet Ptol. lib. 4. cap. 1. vnde *Ferox* eius Episcopus est in eadem Collat. Carthag.

SITÆ Victori Vticensi apud Ortelium. *Saturni* Episcopi Sitensis meminit Collatio Carthaginensis.

ALTABA Antonino est in Numidia, sed Notitiæ antiquæ Africæ est in Mauritania, legiturque apud eam *Auus* Altabensis.

BENEPOTA Notitiæ Africæ, cuius Episcopus *Honorius* dicitur.

CASTRA-SEBERIANA eidem Notitiæ, quæ *Faustum* Castra-Seberianensem Episcopum habet.

SICCESI vel Siccese, eidem Notitiæ, qua *Emptacius* Siccesitanus legitur.

FLENVCLETV Notitiæ eidem, quæ *Felicem* huius Episcop. nominat.

METAGONIVM Strab. lib. 17. *Antonium* Mutagenensem, qui in Collatione Carthaginensi legitur, huius Episcopum credo.

VONCARIANA Notitiæ, *Victorque* eius Episcopus apud eam dicitur.

Præter dictas ciuitates Episcopales antiqua Africæ Notitia habet MAIVCAM, NABALAM, MAVRAM & TINGARIAM inter Episcopales: sed Episcoporum nomina desiderantur.

TRIPOLITANA.

TRIPOLITANA.

LEPTIS MAGNA Plin. lib. 5. cap. 4. hodie *Lepide*, cuius Episcopus *Calipides* dicitur in Notitia Africæ.

SABRATA Æthico in Cosmographia, vulgò *Rakanabes*. *Nados* Episcopus Sabrathensis adfuit Collationi Carthaginensi.

GIRBA Notitiæ antiquæ Africæ. *Munnuli* Episcopi à Girba meminit D. Cyprianus in Synodo Carthaginensi.

OEA Notitiæ Africæ. *Marinianum* eius Episcopum habet Coll. Cart.

TACAPE Plin. lib. 5. cap. 4. Notitia antiqua Africæ meminit *Seruilij* Episcopi Tacapitani.

NOTITIA SEDIVM EPISCOPALIVM
INCERTÆ PROVINCIÆ PER AFRICAM.

Præter recensitas Episcopales sedes Africanas, quarum prouinciam vtcumque dignoscere potuimus, multæ supersunt incertæ prouinciæ, certæ tamen quantum ad Episcopalem dignitatem, quas sic per ordinem digestas cum proprijs Episcopis enumerare conueniens duximus.

A

AVrusulianensis Episcopus Habetdeum, in Collat. Carth.
Aduocatensis Cresconius, ibidem.
Asenemsalensis Fortunatianus, ibid.
Ausugrabensis Cresconius, ibidem.
Acemerinianus Montanus, ibidem.
Amburensis Donatus, ibidem.
Anguiensium Paschasius, ibidem.
Abbezensis Fortunatus, ibidem.
Abissensis Victorianus, ibidem.
Apissanensis Donatus, ibidem.
Azugensis Priuatus, ibidem.
Assabensis Marcianus, ibidem.
Aptucensis Ianuarius, ibidem.
Amaccuræ Felix, ibidem.
Aquitaniæ ciuitatis Crescens, Vict. Vtic. libro 1.
Ausuagæ Aymnius, D. August. lib. 7. contra Donat. cap. 14.
ab Abbir Germanicia Successus, ibid. lib. 6. cap. 23.

B

BEllulitensis Adeodatus, in Coll. Carthag.
Bazitensis Lucidus, ibidem.
Botrianensis Donatus, ibidem.
Bamacorensis Donatus, ibid.
Burugiatensis Lucianus, ibid.
Bauzarensis Cresconius, ibid.
Boferensis Hilarus, ibidem.
Bazarididacensis Publianus, ibidem.
Bosutensis Palatinus, ibidem.
Benennensis Adeodatus, ibidem.
Bartinifiensis Victor, ibidem.
Betagbarensis Ianuarius, ibidem.
Bucarensis Felix, ibidem.
à Bullacenis Felix, D. August. lib. 7. contra Donatist. cap. 27.
à Bagai Felix, ibid. lib. 6. cap. 19.
à Badis Datiuus, ibidem cap 22.

C

à CAstro Galbæ Lucius D Aug. l. 6. contra Donat. cap. 14.
à Cedias Secundinus, ibidem c 18.
à Chullabi Aurelius, eid. libro 7. cap. 45.
à Cibaliana Donatus, ibid. cap. 19.
à Casis Siluanis Benenatus, in Collatione Carthag.
à Cemerinianu Montanus, ibidem.

Cliensis Fuscinullus, in Collat. Carthaginensi.
Cathauguritensis Montanus, ibid.
Cenensis Bonifacius, ibidem.
Cauiopitauorensis Felix, ibidem.
Cincaritensis Restitutus, ibid.
Catagnensis Bonifacius, ibid.
Celerinensis Donatus, ibidem.
Cenestensis Perseuerantius, ibidem.
Casensis Bastalensis Benenatus, ibid.
à Casis Fauensibus Seruandus, ibid.
Cilibiensis Tertullus, ibidem.
Cebarsussensis Marcianus, ibidem.

D

DYdritensis Nauigius, ibidem.
Drusilianensis Rufinus, ibid.
Dusitensis Paschasius, ibidem.
Druensis Antonianus, ibidem.
Dusensis Bebianus, ibidem.
Diabensis Felix, Opt. Mileu. lib. 2.

E

EVerensis Maximinus, in Collat. Carthag.
Edistianensis Miggin, ibidem.
Ensis Cresconius, Vict. Vtic. lib. 1.

F

FEraditensis maioris Vincentianus, in Collat. Carth.
Furuitensis Florentinus, ibidem.
Fissanensis Currasius, ibidem.
à Furnis Geminius, D. Aug. lib. 7. contra Donat. cap. 23.

GIttensis Catulinus, in Collat. Carthaginensi.
Gazabetensis Innocentius, ibidem.
Gazabianensis Saturninus, ibidem.
à Gor Victor adfuit Concilio Carth. sub Cypriano.

H

HAbensis Lucius, in Collat. Carthag.
ab Hospitijs Luculus, ibidem.
ab Horrea Auicinensi Cresconius, ibidem.
Harrani-Celtenus Ianuarius, ibid.

I

IZirianensis Felix, ibidem.
Iucundianensis Secundinus, ibid.
Idurensis Marianus, ibidem.

L

LImatensis Purpurius, Opt. Mileuit. lib. 1.
Laritensis Restitutus, in Coll. Carth.
Lambiensis Felix, ibidem.
Lucimagnensis Primilianus, ibidem.
Lelalitensis Adeodatus, ibidem.
Liberaliensis Gorgonius, ibid.
à Lacu dulci Quintianus, ibidem.
à Luperciana Pelagianus, Concil. Carth. sub Cypriano.

M

MEsarfeltensis Benenatus, in Collat. Carthag.
Magarmelensis Felix, ibidem.
Merferobitensis Donatus, ibidem.
Munauilitensis Aurelius, ibidem.
Musertitensis Leontius, ibid.
Medefessitensis Mensurius, ibidem.
Moptensis Felix, ibidem.

N

NIcibensis Iustus, ibidem.
Nignensium maiorum Lucius, ibidem.
Nurconensis Auxilius, ibidem.
Nasaitensis Liberalis, ibidem.
Nouapetrensis Datiuus, ibidem.
Nebbitensis Quoduultdeus, ibidem.
Nigizubitensis Gaudentius, ibidem.
Nouasummensis Felix, ibidem.

O

ONzensis Donatus, ibidem.
Oriensis Victor, ibidem.

P

PVtzienſis Florinus, ibidem.
Pauzerenſis Flauianus, ibidem.
Piſtenſis Ianuarius, ibidem.

R

REfalenſis Fidentius, ibidem.

S

SInuaritæ Stephanus, ibidem.
Serterenſis Felix, ibidem.
Sclemſilenſis Creſconius, ibidem.
Summenſis Siluanus, ibid.
Senenſium Victor, ibidem.
Sayenſis Donatus, ibidem.
Simungitenſis Reſtitutus, ibidem.
Sinnipſenſis Villaticus, ibidem.
Suboabbiritenſis Maximianus, ibid.
Simidiccenſis Adeodatus, ibidem.
Signitenſis Creſconius, ibidem.
Sibidæ Bonifacius, Victori Vtic. libro 3.

T

TIbuzabetenſis Martinianus, in Collatione Carthag.
Turudenſis Venuſtus, ibid.
Tunugabenſis Niuentius, ibidem.
Tignicenſis Aufidius, ibidem.
Tabaicarienſis Victor, ibidem.
Taprurenſis Liminianus, ibidem.
à Turre-Alba Verianus, ibid.
Talenſis Vrbanus, ibidem.
Tuburſus Commodiarum Ianuarius, ibidem.
Tzellenſis Natalicus, ibidem.
Tibazabulenſis Martinianus, ibid.
Tabazagenſis Marcianus, ibidem.
Truuaſcaninenſis Donatus, ibidem.
Tuzummenſis Felix, ibidem.
Tunuſudenſis Victorianus, ibidem.
Teſanianenſis Liberantius, ibidem.
Tuſdritenſis Honoratus, ibidem.
Tuzuritenſis Aptus, ibidem.
Tiſeditæ Donatus, ibidem.
Thybarum Vincentius, Conc. Cart. ſub Cypr.

V

VAmaius Octauianus, in Coll. Carthag.
Vanarionenſis Pelagius, ibidem.
Vrugitenſis Bonifacius, ibidem.
Vartanenſis Honorius, ibid.
Viſenſis Datiuus, ibidem.
Vatarbenſis Martialis, ibidem.
Verronenſis Æmilianus, ibidem.
Venſanenſis Fortunatianus, ibidem.
Voſetenſis Felix, ibidem.
Vindenſis Reparatus, ibidem.
Vuazienſis Secundinus, ibidem.
Vtummenſis Bonifacius, ibidem.
à Victoriana Saturninus, D. Aug. lib. 7. contra Donat. cap 15.
Vici Cæſaris Ianuarius, in Concil. Carthag. ſub Cypr.


Z

ZVrenſis Paulinus, Coll. Carth.
Zellenſis Donatianus, ibidem.
Zeltenſis Gaudentius, ibidem.
Zicenſis Donatus, ibidem.
Zabuniorum Necdianas, ibidem.



GALLIA.

LIBER QVINTVS.



BSOLVTA Italiæ Præfectura, nunc ad alteram Occidentis, scilicet Galliarum, veniamus. Ea tres diœceses complectitur, vt in Notitia Imperij videre est, dum ait: [a] [Sub dispositione viri illustris Præfecti Prætorio Galliarum diœceses infrascriptæ, Hispaniæ, septem Prouinciæ, Britanniæ.] Gallia autem, inter Rhenum & Pyrenæum, Mare vtrumque & Alpes Cottias porrigitur. Felix, inquit [b] Solinus, præpinguibus glebis, ac commoda prouentibus fructuarijs, pleraque consita vitibus & arbustis, omni ad vsum animantium fœtu beatissima: rigua aquis fluminum & fontium, sed fontanis interdum sacris & vaporantibus. [c] Propter maris opportunitatem omnibus copiose abundat, estque in omnibus prouincia admiratione digna. Apud eam frequens & fortis miles in bello esse dicitur. Vnde Italiam omnem asserit Salustius [d] ab hac gente contremuisse, adeo vt cum Gallis non de gloria, sed de salute certari fuerit solitum. Tantus sane terror Gallici nominis (teste Iustino [e] vbi de Orientis regibus) & inuicta armorum felicitas erat, vt aliter neque maiestatem suam tutam, neque amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrarentur. Quapropter licet Constantinus Imperator Constitutione prohibens, ne vmquam Romanus Imperator affinitatem contraheret cum gente, quæ peregrinis & à Romano statu diuersis moribus vteretur, maximeque fidei alterius & baptisata non esset, solos Gallos excepit, teste [f] Constantino Porphyrogenneta.

I. ANTIQVA GALLIÆ DIVISIO.

a Notitia Imperij Romani.

b Solinus Polyhistoriæ, cap. 24.

c Ex Notit. Græca facta tempore Constantij.

d Salustius de bel. Iugurth.

e Iustinus ex Trogo lib. 25.

f Constantinus Porphyrogenneta lib. de administr. Imp.

Porrò [Gallia, ex [g] Cæsare & sub Cæsare, primùm diuisa est in partes tres, quarum vnam incolebant Belgæ, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur.] At post Iulium Cæsarem Augustus, inquit [h] Strabo, in quatuor partes Galliã distribuit, addita Narbonẽsi prouincia. Harum omnium terminos sic describit Paulus [i] Orosius. [Alpes à Gallico mari per Ligusticum sinum exurgentes, primùm Narbonensium fines, deinde Galliam, Rhætiamque secludunt, donec in sinu Liburnico defigantur. Gallia Belgica habet ab Oriente flumen Rhenum & Germaniam, ab Euro Alpes Penninas, à meridie prouinciam Narbonensem, ab occasu prouinciam Lugdunensem, à Circio Oceanum Britannicum, à Septentrione Bri-

II. GALLIÆ DIVISIO IN TRES ET IV. PROVINCIAS.

g Iul. Cæs. lib. 1. Comm.

h Strabo lib. 4.

i Paulus Orosius lib. 1.

tanniam insulam. Gallia Lugdunensis ducta per longum, & per angustum inflexa, Aquitanicam prouinciam semicingit. Hæc ab Oriente habet Belgicam, à meridie partem prouinciæ Narbonensis, qua Arelatum ciuitas sita est, & mari Gallico Rhodani flumen accipitur. Narbonensis prouincia pars Galliarum, habet ab Oriente Alpes Cottias, ab Occidente Hispaniam, à Circio Aquitaniam, à Septentrione Galliam Lugdunensem, ab Aquilone Belgicam Galliam, à meridie mare Gallicum quod est intra Sardiniam & insulas Baleares: habens in fronte, qua Rhodanus fluuius in mare exit, insulas Sthœcades. Aquitanica prouincia obliquo cursu Ligeris fluminis, qui ex plurima parte terminus eius est, in orbem agitur. Hæc à Circio habet Oceanum, qui Aquitanicus sinus dicitur, ab Occasu Hispanias, à Septentrione & Oriente Lugdunensem, ab Euro & Meridie Narbonensem prouinciam contingit.]

III. Divisio Galliæ in septem et XVII. Provincias.

Post Augustum, sed ante Constantinum, ex his quatuor prouincijs tres aliæ ortæ sunt, scilicet Alpina, Viennensis, & Germanica; Alpina quidem & Viennensis ex Narbonensi, & Germanica ex Belgica: adeo vt ex hoc tempore septem in Gallia numerari cœperint, Narbonensis, Alpina, Viennensis, Aquitanica, Lugdunensis, Belgica, & Germanica. Hinc fit vt in Notitia Imperij Romani Gallia & septem Prouinciæ sæpius veluti synonymæs vsurpari soleant. Sic in enumeratione prouinciarum, quæ à Galliarum Vicario regebantur, hæc habet: [Sub [a] dispositione viri spectabilis Vicarij septem Prouinciarum.] Sic Vicarios referens Præfectis Prætorio Italiæ, & Prætorio Galliarum subiectos, hæc ait: [Vicarij sex, Vrbis Romæ, Italiæ, Africæ, Hispaniarum, septem Prouinciarum, Britanniarum.] Sic tandem diœceses Præfecto Prætorio Galliarum assignatas numerans, hæc, vt iam diximus, effert: [Sub dispositione viri illustris Præfecti Prætorio Galliarum diœceses infrascriptæ: Hispaniæ, septem Prouinciæ, Britanniæ.] His nil clarius, vt probemus Gallias in septem prouincias diuisas fuisse antequam in plures. Denique septem illæ in septemdecim accreuerunt, nullo quidem nouo nomine cuiquam earum indito, sed singulis in plures diuisis, harum vnaquæque vetus nomen seruauit, cum aliquo adiuncto numerali, per quod à ceteris eiusdem nominis distinguebatur. Verbi gratia, Lugdunēsi in quatuor prouincias diuisa, singulæ Matricis nomen seruarunt, & vocatæ sunt Lugdunensis prima, secunda, tertia, quarta. Idemque de alijs videre est in Notitia ciuili Romani Imperij, apud quam non tantum Lugdunenses quatuor leguntur, sed etiam Aquitaniæ tres, Narbonenses duæ, Alpes duæ, Belgicæ duæ, & Germanicæ duæ. Singularum autem præcipuas ciuitates, necnon & Castra numeremus ex alia Notitia Ciuili, quam doctissimus Sirmundus dedit tomo primo Conciliorum Galliæ ex Vetusto Cod. MS.

[a] Notit. civ. Rom. Imper.

NOTITIA PROVINCIARVM, ET CIVITATVM GALLIÆ,

Honorij Augusti, vt videtur, temporibus condita, cùm Gallias & septem Prouincias distingui mos erat.

Prouincia Lugdunensis Prima.

Metropolis ciuitas Lugdunensium.

Ciuitas Æduorum.
Ciuitas Lingonum.
Castrum Cabilonense.
Castrum Matisconense.

Prouincia Lugdunensis secunda.

Metropolis Ciuitas Rothomagensium.
Ciuitas Baiocassium.
Ciuitas Abrincatum.
Ciuitas Ebroicorum.
Ciuitas Sagiorum.
Ciuitas Lexouiorum.
Ciuitas Constantia.

Prouincia Lugdunensis tertia.

Metropolis Ciuitas Turonorum.
Ciuitas Cenomannorum.
Ciuitas Redonum.
Ciuitas Andicauorum.
Ciuitas Namnetum.
Ciuitas Coriosopitum.
Ciuitas Venetum.
Ciuitas Ossismorum.
Ciuitas Diablintum.

Prouincia Lugdunensis Senonia.

Metropolis Ciuitas Senonum.
Ciuitas Carnotum.
Ciuitas Autisiodorum.
Ciuitas Tricassium.
Ciuitas Aurelianorum.
Ciuitas Parisiorum.
Ciuitas Melduorum.

Prouincia Belgica prima.

Metropolis Ciuitas Treuerorum.
Ciuitas Mediomatricorum Mettis.
Ciuitas Leucorum Tullo.
Ciuitas Verodunensium.

Prouincia Belgica secunda.

Metropolis Ciuitas Remorum.
Ciuitas Suessionum.
Ciuitas Catuellaunorum.
Ciuitas Veromanduorum.
Ciuitas Atrabatum.
Ciuitas Camaracensium.
Ciuitas Turnacensium.
Ciuitas Siluanectum.
Ciuitas Bellouacorum.
Ciuitas Ambianensium.
Ciuitas Morinorum.

Ciuitas Bononensium.

Prouincia Germania prima.

Metropolis Ciuitas Moguntiacensium.

Ciuitas Argentoratensium.

Ciuitas Nemetum.

Ciuitas Vangionum.

Prouincia Germania secunda.

Metropolis Ciuitas Agrippinensium.

Ciuitas Tungrorum.

Prouincia Maxima Sequanorum.

Metropolis Ciuitas Vesoncensium.

Ciuitas Equestrium Noiodunus.

Ciuitas Eluitiorum Auenticus.

Ciuitas Basiliensium.

Castrum Vindonissense.

Castrum Ebredunense.

Castrum Rauracense.

Portus Abucini.

Prouincia Alpium Graiarum & Penninarum.

Ciuitas Centronum Darantasia.

Ciuitas Valensium Octodoro.

Item in Prouincijs septem.

Prouincia Viennensis.

Metropolis Ciuitas Viennensium.

Ciuitas Genauensium.

Ciuitas Gratianopolitana.

Ciuitas Albensium.

Ciuitas Deensium.

Ciuitas Valentinorum.

Ciuitas Tricastinorum.

Ciuitas Vasiensium.

Ciuitas Arausicorum.

Ciuitas Cabellicorum.

Ciuitas Auennicorum

Ciuitas Arelatensium.

Ciuitas Massiliensium.

Prouincia Aquitanica prima.

Metropolis Ciuitas Biturigum.

Ciuitas Aruernorum.

Ciuitas Rutenorum.

Ciuitas Albiensium.

Ciuitas Cadurcorum.

Ciuitas Lemouicum.

Ciuitas Gabalum.

Ciuitas Vellauorum.

Prouincia Aquitanica secunda.

Metropolis Ciuitas Burdigalensium.

Ciuitas Agesinatium.
Ciuitas Ecolismensium.
Ciuitas Santonum.
Ciuitas Pictauorum.
Ciuitas Petrocoriorum.

Prouincia Nouempopulana.

Metropolis Ciuitas Elusatium.
Ciuitas Aquensium.
Ciuitas Lactoratium.
Ciuitas Conuenarum.
Ciuitas Consorannorum.
Ciuitas Boatium.
Ciuitas Benarnensium.
Ciuitas Aturensium.
Ciuitas Vasatica.
Ciuitas Turba vbi Castrum Bogorra.
Ciuitas Elloronensium.
Ciuitas Ausciorum.

Prouincia Narbonensis prima.

Metropolis Ciuitas Narbonensium.
Ciuitas Tolosatium.
Ciuitas Beterrensium.
Ciuitas Nemausensium.
Ciuitas Luteuensium.
Castrum Vcetiense.

Prouincia Narbonensis secunda.

Metropolis Ciuitas Aquensium.
Ciuitas Aptensium.
Ciuitas Reiensium.
Ciuitas Foroiuliensium.
Ciuitas Vappincensium.
Ciuitas Segestenorum.
Ciuitas Antipolitana.

Prouincia Alpium Maritimarum.

Metropolis Ciuitas Ebrodunensium.
Ciuitas Diniensium.
Ciuitas Rigomagensium.
Ciuitas Sollinensium.
Ciuitas Saniciensium.
Ciuitas Glannatina.
Ciuitas Cemelenensium.
Ciuitas Vinciensium.

Hactenus Notitia. Sed ad verba [Item in Prouincijs septem] quæ ante Viennensis descriptionem leguntur, imprimis obseruandum est, quod, licet Galliæ fines apud antiquos nec arctiores, nec ampliores fuerint, ipsa tamen primum in Galliam & quinque prouincias, & postea in Galliam & septem prouincias, diuisa est. De quinque prouincijs sermo est in Epistola IV. Divisa Gallia in Galliam & ... provincias.

Q

[illegible] Synodicæ a Concilij Valentini ad vniuersos Episcopos Gallicanos, quæ inscripta: [Dilectissimis Fratribus per Gallias & quinque Prouincias constitutis Episcopis.] Item in epistola b [illegible] ad [illegible] Papam, in qua legitur [illegible] Episcoporum Galliarum & Septem prouinciarum [illegible] [Quoniam conuenientibus opportunitate [illegible], vel intra Gallias, vel per uniuersas Prouincias [illegible] [illegible]] Hæc quoque in [illegible] leguntur in alia Synodica c Concilij Taurinensis ad Episcopos Gallorum hæc leguntur: [Sancta Synodus quæ conuenit in vrbe Taurinatium die decimo kalendas Octobris, fratribus dilectissimis per Gallias & quinque Prouincias constitutis.]

Aliquot post annos septem Prouinciarum mentio fit in Epistola d Eusebij Papæ ad Episcopos Africæ, Galliæ & Hispaniæ, cuius hoc initium est: [Dilectis fratribus [illegible] Episcopis per Africam constitutis & uniuersis Episcopis per Gallias & septem prouincias constitutis, & cunctis Episcopis per Hispaniam constitutis.] Similiter videre est in epistola Bonifacij Papæ e ad Episcopos Galliæ, quæ sic habet: [Bonifacius Episcopus Patroclo, Remigio, Maximo, Hilario, Seuero, Valerio, Iuliano, Castorio, Leontio, Constantino, Iohanni, Montano, Marino, Mauritio, & cæteris Episcopis per Gallias & septem prouincias constitutis.]

Quæ autem fuerint hæ septem Prouinciæ, patet ex Notitia modo allata, quæ harum nomine Viennensem, Aquitanicam primam & secundam, Nouempopulaniam, Narbonensem vtramque, & Alpes maritimas complectitur. Nec audiendus est postea Hincmarus f in epistola, dum per has intelligendas esse scribit Viennensem, Lugdunensem, Narbonensem primam & secundam, Alpinam, Nouempopulanam, & secundam Aquitanicam. Lugdunensem enim pro Aquitanica prima ponit, [illegible] que plurimis reiectam Nouellam Honorij & Theodosij [illegible], quam doctissimus Sirmundus integram ex Codice Arelatensi restituit, quamque dabimus vbi de Arelato.

V NOTITIAM ALLATAM CIVILEM [illegible] NON ECCLESIASTICAM.

Alterum non minus obseruatione dignum referam, scilicet prædictam Notitiam ciuilem tantum fuisse, & non Ecclesiasticam. Notitia Ciuilis vocatur, in qua Metropoles Ciuiles & prouinciarum ciuitates earumque numerantur; Ecclesiastica vero, qua Metropoles Ecclesiasticæ seu Archiepiscopales & ciuitates Episcopales ipsis subiectæ. Quod autem Notitia hæc Ecclesiastica non fuerit, satis probauero, si plures ex Metropolibus in ea recensitis Archiepiscopales non fuisse, sicut nec plures ciuitates Episcopales demonstrauerim. Id primum de Moguntia dicam, apud quam nonnisi sedem Episcopalem fuisse vsque ad Bonifacium Archiepiscopum & Germaniæ Apostolum sub Zacharia Papa, qui hanc Archiepiscopalem fecit in fauorem eiusdem Bonifacij, clarissime videre est in Epistola g huius summi Pontificis ad Bonifacium. [Ideirco, inquit, sicut Petri Apostoli authoritate sancimus, vt supradicta Ecclesia Moguntina perpetuis temporibus tibi & successoribus tuis in Metropolim sit confirmata, habens sub se has quoque ciuitates, id est Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiræam, & Trectis, & omnes Germaniæ gentes, quas tua Fraternitas per suam prædicationem Christi lumen agnoscere fecit.]

a [illegible] Synod. Conc. [illegible]
b [illegible]
c [illegible]
d [illegible]
e Bonifac. ep. [illegible]
f Hincmar. ep. [illegible]
g Zachar. epist. 4. ad Bonifac.

Sic etiam cùm Agrippina Colonia inter Suffraganeas sedes Moguntini Archipiscopatus hac in epistola recenseatur, eam tunc Metropolim fuisse Ecclesiasticam nemini nisi ignaro in mentem venire potest. Attamen vt luci lumen addamus huius erectionem in Metropolim proferam ex eiusdem Zachariæ Papæ [a] epistola alia ad supradictum Boni- a Zacharias ep. 8 ad Bonifac.
facium, in cuius gratiam honore isto donata est. [De Ciuitate namque illa, inquit, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc verò Colonia, iuxta petitionem Francorum, per nostræ auctoritatis præceptum, nomini tuo Metropolim confirmauimus, & tuæ Sanctitati direximus pro futuris temporibus, eiusdem Metropolitanæ Ecclesiæ stabilitatem.] Hanc à Diuo Athanasio Galliæ superioris Metropolim dici haud nescio, sed ciuilem intellige, vt iam obseruauimus non Ecclesiasticam. At & ex his conijce Episcopos vtriusque Germaniæ, scilicet Moguntinensem, Argentoratensem, Nemetensem seu Spirensem, Vangionensem seu Vormatiensem, Agrippinensem & Tungrensem sub Archiepiscopo Treuirensi, tamquam sub viciniori Metropolitano vsque ad Bonifacij tempora degisse, eiusque Suffraganeos fuisse: sub quo enim alio esse potuerint nullus videtur suspicandi locus.

Addam & Tarentasiam sex primis sæculis Metropolim Ecclesiasticam non fuisse, cum tunc inter Suffraganeas sedes Viennensis Archiepiscopi numerata sit à Leone primo [b] in epistola ad Episcopos prouinciæ, his ver- b Leo 1. Papa epist. ad Episc. Prou. 103.
bis: [Vnde Viennensem ciuitatem, quantùm ad Ecclesiasticam Iustitiam pertinet, inhonoratam penitus esse non patimur: præsertim cum de receptione priuilegij auctoritate iam nostræ dispositionis vtatur. Quam potestatem Hilario Episcopo ablatam, Viennensi Episcopo credidimus deputandam. Qui ne repente semetipso factus videatur inferior, vicinis sibi quatuor oppidis præsidebit, id est Valentiæ, & Tarentasiæ, & Genauæ, & Gratianopoli, vt cum his ipsa Vienna sit quinta, ad cuius Episcopum omnium prædictarum Ecclesiarum solicitudo pertineat: Reliquæ verò ciuitates eiusdem prouinciæ sub Arelatensis Antistitis authoritate & ordinatione consistant.] Idem confirmauit Symmachus Papa circa annum quingentesimum decimum tertium, in epistola [c] ad Episcopos Galliæ, qua hæc c Symmach. Pap. epist. 10. ad Episc. Galliæ.
ait. [Idcirco quemadmodum decessor noster Leo Papa dudum cognitis allegationibus partium definiuit, parochiarum numerum, vel quantitatem Arelatensi & Viennensi Sacerdotibus deputandam, & nos præcipimus nullius vsurpatione transcendi: sed vt ante prædiximus, iuxta indulgentiam supradicti Pontificis, Valentiam, Tarentasiam, Genauam, atque Gratianopolim oppida Viennensis Antistes iuri suo vindicet; nec quicquam amplius ab his, quæ semel ab Apostolica sede sibi concessa sunt, æstimet præsumendum. Alias verò parochias vel diœceses cunctas priuilegio & honore suo Arelatensis Episcopus sub temporum continuatione defendat.] Attamen hanc fateor in Metropolim erectam fuisse circa tempora Caroli magni, cum de eius Suffraganeis, vt & de Ebredunensibus & Aquensibus lis fuerit sub eodem Imperatore, in Concilio Francofordiensi celebrato, anno Christi septingentesimo nonagesimo quarto. Huius [d] ver- d Concil. Francof. sub Carolo Mag. Can. 8.
ba sunt. [De altercatione Vrsionis Viennensis Episcopi, & Elifanti Arelatensis Episcopi, lectæ sunt epistolæ Beati Gregorij, Zosimi, Leonis, &

Symmachi, quæ definierunt, quod Viennensis Ecclesia quatuor Suffraganeas habere sedes deberet, quibus illa quinta præemineret, & Arelatensis Ecclesia nouem Suffraganeas habere deberet, quibus ipsa præemineret. De Tarentasia verò, & Ebreduno, siue Aquis, legatio facta est ad sedem Apostolicam : & quicquid per Pontificem Romanæ Ecclesiæ definitum fuerit, hoc teneatur.]

Quod si ex Metropolibus prædictam Notitiam Ecclesiasticam non fuisse clare probatur, non minus etiam ex subiectis ciuitatibus; cum in ea plures reperiantur, in quibus nūquam fuit sedes Episcopalis, ac ex aduerso plures Episcopales omittantur. Sic in quinta Lugdunensi seu Maxima Sequanorum, sub Metropoli Bisuntina Castrum Ebredunense, & Portus Abucinus leguntur, in quibus sedes Episcopales priscis temporibus non extitisse certum est. Idemque dicendum ex se constat de Ciuitate Boatium in Nouempopulania, sicut & de ciuitatibus Rigomagensium & Soliniensium, in prouincia Alpium maritimarum: cum apud eas primis sæculis Episcopum sedisse nemo vnquam dixerit. Plures è contrario antiquas ciuitates Episcopales in ea omitti sola lectio docet : cum in ea, nec Laoduni in Belgica secunda, nec Elonæ in Nouempopulania, nec Seduni in prouincia Alpium Graiarum, nec Niciæ & Telonij in Alpibus maritimis, nec aliarum plurium fiat mentio. Vnde hanc ciuilem tantùm fuisse asserere prorsus necesse est.

VII. DIGNITAS ANTIQVA ECCLESIÆ GALLICANÆ.

a Eleutherius P. epist. decretali ad Galliæ prouincias.

Antequam de Ecclesiastica dicamus, prius videndum arbitror, quanto in honore antiquitus Ecclesia Gallicana, ipsique Gallicani Episcopi habiti sint. Dicat autem primus Eleutherius Papa [a], dum ipsis curam Ecclesiæ vniuersæ, non quidem ex officio & authoritate, sed ex doctrina, pietate, & tanquam bene meritis de Ecclesia commissam esse sic ait. [Huius rei gratia vniuersalis vobis à Christo Iesu commissa est Ecclesia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis.]

b Ex epist. Const Imp. ad Ælasium Vicarium Africæ.
c Euseb. hist. Eccl. lib 10. cap. 5.
Ἔδοξέ μοι ἵν' αὐτὸς ὁ Καικιλιανὸς μετὰ δέκα ἐπισκόπων τῶν αὐτὸν εὐθύνειν δοκούντων, καὶ δέκα ἑτέρων οὓς αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ δίκῃ ἀναγκαίους ὑπολάβοι, εἰς τὴν Ῥώμην πλῷ ἀπιέναι, ἵν' ἐκεῖ ὑμῶν παρόντων, ἀλλὰ μὴν καὶ Ῥητικίου, καὶ Ματέρνου, καὶ Μαρίνου τῶν κολληγῶν ὑμῶν, οὓς τούτου ἕνεκεν εἰς τὴν Ῥώμην προσέταξα ἐπισπεῦσαι, δυνηθῇ ἀκουσθῆναι, ὡς ἂν ... τῷ σεβασμιωτάτῳ νόμῳ ἁρμόζον.

Dicat [b] Imperator Constantinus, Gallos Episcopos Romam se misisse scribens, vt Melchiadi Papæ assiderent de Cæciliani causa iudicanti, haud æquum existimans, vt talis contentio, quæ pene vniuersum orbem Ecclesiasticum diris procellis exagitauerat, absque ijs definiretur. [Nam etiam, inquit, ad supradictam vrbem nostram Romam quosdam Episcopos ex Gallijs ire præceperam, vt tam hi pro integritate vitæ suæ, atque laudabili instituto, sed & septem eiusdem communionis, quam etiam vrbis Romæ Episcopus, atque illi qui cum ijsdem cognoscerent, possent rei, quæ videbatur esse commota, finem debitum adhibere.] Qui autem fuerint hi Galliarum Episcopi, ipse tradit in epistola ad Melchiadem [c] [Visum est mihi, vt idem Cæcilianus cum decem Episcopis, qui illum reum facere videantur, & decem alijs, quos ipse suæ litis dijudicationi necessarios existimauerit, Romam nauigio traijciat, vt ibi coram vobis, & Rheticio etiam, & Materno & Marino collegis vestris (quos ea de causa Romam maturare iusserim) possit audiri, sicut sanctissima Dei lex, vti nostis, postulat.]

d D. Hieron. adu. Vigilant.
e D. Hilarius lib. de Synod.

Dicat [d] D. Hieronymus, dum ait, quod [Sola Gallia monstra non habuit, sed viris semper fortissimis & eloquentissimis abundauit.] At paulò fusius Hilarius [e] libro de Synodis, Galliarum Episcopos sic alloquens: [Sed inter hæc, ô beatos vos in Domino & gloriosos : qui perfectam

atque Apostolicam fidem conscientia & professione retinentes, conscriptas fides hucusque nescistis: non enim eguistis littera, qui spiritu abundastis: neque officium manus ad describendum desiderastis, qui, quod corde à vobis credebatur, ore ad salutem profitebamini. Nec necessarium habuistis Episcopi legere, quod regenerati neophyti tenebatis.] Imo quis nisi antiquitatis ignarus ex eodem [a] Hilario non didicit, missam ipsis Galliarum Episcopis ex Sirmiensi oppido infidelis fidei impietatem, vt ait, non modo hanc illos non suscepisse, sed nunciatam etiam significatamque damnasse? Quis nescit eosdem Ariminensem Arianorum formulam repulisse, fideique expositionem orthodoxam ad Episcopos Orientales [b] è Synodo Parisiensi misisse: ac in vniuersum hæreses condemnantes [c] hæc in Concilio Aurelianensi quinto decreuisse? [Primo itaque nefariam sectam, quam auctor male sibi conscius, & à viuo sanctæ fidei Catholicæ fonte discedens, sacrilegus quondam condidit Eutyches, vel si qua, quæ a venefico similiter impio sunt prolata Nestorio, quas etiam sectas sedes Apostolica sancta condemnat, similiter & nos easdem cum suis auctoribus & sectatoribus execrantes, præsentis Constitutionis vigore anathematizamus atque damnamus, rectum atque Apostolicum in Christi nomine fidei ordinem prædicantes.]

a Idem ibid.
b Concil. [illegible] sub Iuliano [illegible]
c Concil. Aurel. [illegible] Can. 1.

Dicat D. Augustinus, [d] dum scribens aduersus Iulianum, sententias Irenæi Lugdunensis, Rhetici Augustodunensis, & Hilarij Pictauiensis tamquam firmissima munimenta Pelagianis opponit.

d D. August. [illegible] contra Iulian. [illegible]

Dicant Hispaniarum Episcopi [e] cùm de Monachis agentes, tali honore Decreta Ecclesiæ Gallicanæ venerati sunt, vt ea per Hispanias obseruari in Concilijs Tarraconensi & Ilerdensi statuerint. [Nullus Monachorum, inquiunt Patres Tarraconenses, forensis negotij susceptor vel executor existat, nisi quod monasterij exposcit vtilitas, Abbate sibi nihilominus imperante, Canonum ante omnia Gallicanorum de his costitutione seruata.] Nec eam minori honore coluerunt Patres Ilerdenses dum hæc circa eosdem Monachos statuerunt. [De Monachis id obseruari placuit, quod Synodus Agathensis noscitur decreuisse.]

e Concil. Tarrac. Can. 11. & Concil. Ilerden. Can. 3.

Dicat Venerabilis Beda [f] auxilium à Gallicanis Episcopis imploratum, & à Germano Antissiodorensi, & Lupo Trecasseno Britannis datum narrans, cum apud eos Pelagianorum hæresis tanta violentia grassaretur, vt eius conatibus soli obsistere non possent. [Ante paucos, ait, sane aduentus eorum annos, hæresis Pelagiana per Agricolam illata Seueriani Episcopi Pelagiani filium, fidem Britannorum fœda peste commaculauerat. Verùm Britanni, cùm neque suscipere dogma peruersum, gratiam Christi blasphemando vllatenus vellent, neque versutiam nefariæ persuasionis refutare verbis certando sufficerent, inuenerunt salubre consilium, vt à Gallicanis Antistibus auxilium belli spiritualis inquirant, quam ob causam collecta magna Synodo quærebatur in commune, qui illuc ad succurrendum fidei mitti deberent: atque omnium iudicio eligebantur Apostolici Sacerdotes Germanus Antissiodorensis, & Lupus Trecassenæ ciuitatis Episcopi, vt ad confirmandam fidem gratiæ cælestis in Britanniam venirent.] & infra. [Interea Britanniarum insulam Apostolici sacerdotes raptim opinione, prædicatione, virtutibus impleuerunt. Diuinusque per eos sermo quotidie, non solum in Ecclesijs, verum etiam per triuia &

f Beda hist. Eccles. lib. 1. cap. 17.

per rura prædicabatur, ita vt passim & fideles Catholici firmarentur, & deprauati viam correctionis agnoscerent. Erat illis Apostolorum instar & gloria & auctoritas per conscientiam, doctrina per literas, virtutes ex meritis. Itaque regionis vniuersitas in eorum sententiam prompta transierat.]

a [illegible] 29. Dicat iterum Venerabilis Beda [a] quomodo Virgilius Arelatensis Episcopus, & sedis Apostolicæ per Gallias Vicarius authoritatem a Gregorio magno etiam in Angliam acceperit, vt scilicet cum Augustino de Sacerdotum Angliæ culpis perquireret iudicaretque. Verba ipsius Gregorij sunt apud Bedam: [Et quoniam sæpius euenit, vt hi qui longe sunt positi, prius ab alijs quæ sunt emendata cognoscant: si quas fortasse fraternitati vestræ sacerdotum vel aliorum culpas intulerint, vna cum eo residentes subtili cuncta inuestigatione perquirite & ita vos in ea quæ Deum offendunt, & ad iracundiam prouocant, districtos atque sollicitos exhibete: vt ad aliorum emendationem, & vindicta culpabilem feriat, & innocentem falsa opinio non affligat.]

b Martin.I.epist.ad Amand. Episc. Traiect. Dicat Martinus Papa [b] huius nominis primus, cum in Galliam Synodi Romanæ gesta mittens, vt a congregatis Episcopis confirmarentur, necnon Episcopos è Gallia petens a Sigeberto Rege, qui Apostolica legatione fungentes huius Synodi decreta ferrent ad Imperatorem, scribit. [Idcirco studeat fraternitas tua omnibus eadem innotescere, vt tam abominandam hæresim nobiscum execrentur, quamque suæ salutis sacramenta addiscere valeant, atque Synodali conuentione omnium fratrum & Coepiscoporum nostrorum partium illarum effecta, secundum tenorem Encyclicæ à nobis directæ, scripta vna cum subscriptionibus vestris nobismet destinanda concelebrent, confirmantes atque consentientes eis, quæ pro orthodoxa fide, & destructione hæreticorum vesaniæ nuper exortæ, à nobis statuta sunt. Et Sigebertum præcellentissimum filium nostrum Regem Francorum, pro suæ Christianitatis remedio consultissimè admone, atque precare, dirigere nobis ex corpore fratrum nostrorum dilectissimos Episcopos, qui sedis Apostolicæ legatione, diuina concedente propitiatione, fungi debeant: & quæ in nostro Concilio peracta sunt, cum his Synodalibus apicibus vestris ad clementissimum Principem nostrum sine dubio adsportare: vt nostrorum laborum particeps effectus, mercedis cumulum adipisci valeat, & sui regni protectorem inueniat eum, cuius causa flagitari dignoscitur.]

Dicant omnes Germanicarum rerum scriptores, si lubet tantisper vltra sex prima sæcula descendere, docentes huiusce regionis primas Ecclesias, imò maiorem earum partem è Gallicana, tanquam è lucidissimo fonte, zelo Pippini, Caroli magni, & Ludouici Pij Regum Franciæ duxisse originem. Sicque ex prædictis collige hanc duobus ex insignioribus Europæ populis, scilicet Britannis & Germanis, religionis, & proinde salutis post Romanam authricem fuisse. Vnde mirum esse non debet, si tanto in honore tantaque veneratione per vniuersum Christi orbem primis sæculis fuerit.

Sed ad quid tot testes, qui lumine suo Ecclesiæ Gallicanæ dignitatem oculis nostris exponant? cum innumeri Galliarum Pontifices, quasi gemmæ splendidissimæ, per omnem Ecclesiam suismet radijs prioribus sæculis super

[illegible] Quid Irenæum [illegible] per Galliam [illegible] Pothinum [illegible] [illegible] Turonensem [illegible] Apollinarem [illegible] Quid Martinum [illegible] Sulpitium [illegible] [illegible] Tolosanum [illegible] Cæsarium Arelatensem [illegible] Remigium Rhemensem, [illegible] [illegible] Gallicam [illegible] [illegible] exempla sua, qui [illegible] Ecclesiarum lumina [illegible] & spectatæ authoritatis [illegible] Gallijs [illegible] in summo in honore habiti sunt.

Sed expolita horum illustri dignitate, [illegible] quot [illegible] Metropoles prouinciæque Ecclesiasticæ in Gallijs fuerint, [illegible] est. Vt autem in earum notitiam via tuta veniamus, tempora [illegible], distinguenda sunt, cum non semper Metropolean, sicut nec prouinciarum, idem numerus fuerit, earumque longè certiora habeamus argumenta post Constantinum, quam antea. Augusti temporibus quatuor [illegible] prouincias fuisse diximus, easdemque Ecclesiasticas Patres [illegible] Narbonensem, Belgicam, Lugdunensem, & Aquitanicam, quarum Arelatum, Augusta Treuirorum, Lugdunum, & [illegible] Metropoles essent, non leuibus ductus argumentis arbitror, [illegible] ne probabo.

Ab Arelato initium dicendi faciam, vt [illegible] antiquiori Metropoli [illegible] Narbonensis, quæ tunc vtramque [illegible] Narbonensem, vtramque Viennensem, Alpesque Graias & [illegible] postea [illegible] complectebatur. Ciuitatem hanc inter cæteras [illegible] celeberrimam fuisse [illegible] to colligitur ex descriptione Galliæ apud [illegible] Græcam temporibus Constantij Imperatoris editam, qua hæc leguntur. [Pariter & aliam [illegible] ciuitatem habet Gallia in omnibus ei adminiculantem, quæ ad mare sita est (*seu non longe a mari*) quam vocant Arelatum, quæ cum ab omni orbe commercia suscipiat, & prædictæ maximæ ciuitati [illegible] subministrat. Sed longè fusius perfectiusque [illegible] in Nouella Imperatorum Honorij & Theodosij ad Agricolam Præfectum Prætorio Galliarum, quam integram referemus, ne mirum sit, quod [illegible] Metropolim Ecclesiasticam vniuersæ Galliæ constituamus, [illegible] Saluberrima Magnificentiæ tuæ suggestione, inter [illegible] euidenter instructi, obseruanda prouincialibus [illegible] Prouincias, mansura in æuum auctoritate decernimus, quod [illegible] ab ipsis prouincialibus debuisset. Nam cum propter priuatas & publicas

[illegible] TAN [illegible]M.

VIII. [illegible] PRIMATV [illegible]

N[illegible] G[illegible]ca imperij.

[illegible], de singulis [illegible], [illegible] singulis, ad [illegible] Magnificentiae tuae vel Honoratorum [illegible] Tediosum [illegible], [illegible] publicis [illegible] opportunum & conducibile iudicamus, [illegible] constituto tempore in Metropolitana, id est in Arelatensi vrbe, [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible] praesentia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] publicae, etiam [illegible] in Constantina urbe [illegible] singulis [illegible]. Tanta enim loci opportunitas, tanta est copia commerciorum, tanta illic frequentia commeantium, vt quicquid vsquam nascitur, illic commodius distrahatur. Neque enim vlla provincia ita peculiari fructus sui felicitate [illegible], [illegible] propria Arelatensis soli credatur esse fecunditas. Quicquid enim dives Oriens, quicquid odoratus Arabs, quicquid delicatus Assyrius, quod fertilis Africa, quod speciosa Hispania, quod fortis Gallia potest habere praeclarum, ita illic affatim exuberat, quasi ibi nascantur omnia quae vbique [illegible] esse [illegible]. Iam vero [illegible] Rodani & Tyrrheni [illegible] [illegible] penè omnium, [illegible] [illegible], vel [illegible] quod [illegible]. Cum ergo hic totum [illegible] quicquid habet [illegible], ad hunc velo, remo, vehiculo, terra, mari, flumine deferatur quicquid singulis nascitur: quomodo non multum sibi Galliae nostrae praestitum credant, cum in ea ciuitate praecipiamus esse conuentum, in qua diuino quodam munere commoditatum & commerciorum opportunitas tanta praestatur? Siquidem hoc rationabili planè probabilique consilio, iam & vir illustris Praefectus Petronius obseruari debere praecepit, quod interpolatum, vel incuria temporum, vel desidia Tyrannorum, reparari solita prudentiae nostrae authoritate decernimus, Agricola parens carissime atque amantissime. Vnde illustris magnificentia tua & hanc praeceptionem nostram, & priorem sedis suae dispositionem secuta, id per septem Prouincias in perpetuum faciet custodiri, vt ab Idibus Augusti, quibuscunque mediis diebus, in Idus Septembris, in Arelatensi vrbe nouerint Honorati vel Possessores, Iudices singularum prouinciarum, annis singulis Concilium esse seruandum. Ita vero vt Nouempopulana & secunda Aquitanica, quae prouinciae longius constitutae sunt, si earum iudices certa occupatio tenuerit, sciant Legatos iuxta consuetudinem esse mittendos. Qua prouisione plurimum & Prouincialibus nostris gratiae nos intelligimus vtilitatisque praestare, & Arelatensi vrbi, cuius fidei secundum testimonium atque suffragium Parentis Patriciique nostri, multa debemus, non parum adiicere nos ornatus. Sciat autem Magnificentia tua quinis auri libris Iudices esse mulctandos, ternis Honoratos vel Curiales, qui ad constitutum locum intra definitum tempus venire distulerint. Data xv. Kal. Maias, Accepta Arel. x. Kal. Iunias.

Iunias. DD NN. Honorio XII. & Theodosiõ VIII. Augg. Coss.] Ex his quis clare non colligit quanti nominis, quantæque dignitatis Arelatum olim in ciuilibus fuerit?

At quod etiam pro Metropoli Ecclesiastica totius antiquæ Narbonensis ab initio & ante Constantinum habita sit, his rationibus probare contendo. Huic id honoris concedere nemo renuet, si eam istud semper & à prima Ecclesiæ ætate habuisse testetur antiquitas. At quis ex historiæ peritis hancce veritatem non aduertit apud Zosimum, & in libello supplici Suffraganeorum prouinciæ Arelatensis ad Leonem Papam? Zosimus quidem, cum Episcopos nouarum quarundam Metropoleon ciuilium partem authoritatis, quam antea habuerat, sedi suæ vendicare conspiceret: hæc ad Episcopos Galliæ pro tuendo Primatu Arelatensi scripsit:[a] [Iussimus, inquit, præcipuam, sicuti semper habuit Metropolitanus Episcopus Arelatensium ciuitatis, in ordinandis Sacerdotibus, teneat authoritatem, Viennensem, Narbonensem primam, & Narbonensem secundam prouincias ad Pontificium suum reuocet. Quisquis verò post hæc, contra Apostolicæ sedis statuta & præcepta maiorum, omisso Metropolitano Episcopo, in prouincijs supradictis quemquam ordinare præsumpserit, vel qui ordinari se illicitè sciuerit, vterque Sacerdotio se carere cognoscat.] Hæc habet Zosimus. Sed non minus euidenter id probat libellus[b] Episcoporum Prouinciæ Arelatensis Leoni oblatus, quo huius sedis antiquã dignitatem sic referunt: [Vnde factum est, vt non solum prouinciæ Viennensis ordinationem, sed etiam trium prouinciarum, contemplatione S. Trophymi, sicut & Sanctorum prædecessorum vestrorum patefactum sibi testatur auctoritas, Arelatensis Ecclesiæ Sacerdos ad solicitudinem semper suam curamque reuocarit. Cui id etiam honoris dignitatisque collatum est, vt non tantum has prouincias potestate propria gubernaret, verum etiam omnes Gallias, sibi Apostolicæ sedis vice mandata, sub omni Ecclesiastica regula contineret.] Quis enim hisce in verbis non agnoscit quasi solis radijs expositam dignitatem Ecclesiæ Arelatensis ante Constantinum, cum eam semper habuisse testentur iura Metropolitica? Id tamen vt certius euidentiusque cognoscatur, vna aut altera ratione sic confirmabo. Eam ciuitatem ante Constantinum Metropolim totius Narbonensis Ecclesiasticam fuisse valde probabile est, quæ adeo antiqua extitit, vt huius ignoretur institutio, & nullum tempus assignari possit, quo iam honore isto insignita non fuerit: item quæ paulò post nouam eiusdem Constantini, aut Arcadij diuisionem, hoc nomine, hacque authoritate fruebatur: item cuius statim iura Metropolitica inter ipsam, & alias quas habuit vicinas nouas Metropoles diuisa sunt: ac tandem quæ postea primatũ inter cæteras adepta est. Quis enim antiquissimã non existimet, quæ semper, & ante cæterarũ erectionem, ipsoque diuisionis tempore Metropolitico iure potiebatur: à qua cæteræ omnes originem duxerunt, & quæ post harum institutionem primatum super illas obtinuit? At quis Arelatem huius conditionis fuisse in monumentis antiquis non agnoscit? quibus videre est Viennam, Narbonam & Aquas Sextias nondum temporibus Zosimi Papæ iura Metropolitica habuisse, nec ea prius obtinuisse, quàm cùm ex parte Arelati ablata fuerunt post nouam Galliarum diuisionem & post Concilium Nicænum, & quæ diu ea diuisione facta sedes Primatis no-

a Zosimus epist. 1. ad Episc. Galliæ

b Libellus Episc. Prouinc. Arelat. ad Leonem P.

uorum Metropolitarum fuit. Eam adhuc post diuisionem Metropolim fuisse vtriusque Viennensis & vtriusque Narbonensis ex hoc certum existimo, quod cum Episcopi Metropoleωn ciuiliũ istarum Prouinciarum partem illius authoritatis sedi suæ obtinere conarentur, hæc ad Hilariũ Narbonensem, qui à sede Apostolica ante paucos annos authoritatem Metropolitæ acceperat, vt tali innouationi obsisteret Zosimus Pontifex[a] scripsit in gratiam Primatus Arelatensis. [Ideoque vacuato eo quod obtinuisse à sede Apostolica subreptitiè comprobaris, quia satis constitit Arelatensis Ecclesiæ Sacerdoti prisca id institutione concessum, vt non solum in Prouincia Viennensi, sed etiam per duas Narbonenses, Episcopos faciat. Nam sanctæ memoriæ Trophimus, Sacerdos quondam Arelatensi vrbi ab Apostolica sede transmissus, ad illas regiones tanti nominis reuerentiam primus exhibuit, & in alios non immeritò, ea quam acceperat authoritate, transfudit. Atque hanc ordinandi consuetudinem, & Pontificatum loci illius, quem obtinuerat primus & iustus, custoditum vsque in proximum tempus, gestis apud nos habitis, multorum consacerdotum testimonijs approbatur.]

a Zosim. P. epist. 5.

Sed & Episcopum Aquarum Sextiarum nondum tunc Metropolitanũ fuisse secundæ Narbonensis clarissimè legitur in alia eiusdẽ Zosimi[b] Epistola ad Patroclum Arelatensem aduersus Proculum Massiliæ Episcopum, qui huius Prouinciæ ordinationes temere vsurparat, qua Patroclum illum verum huius Metropolitanum vocat his verbis: [Quid de Proculi damnatione censuerim, tenet conscientia tua, cùm meo interesses examini, nec te gestorum nostrorum auctoritas latet, vel scriptorum, quæ de ipsius damnatione per terrarum diuersa loca dereximus. Vnde Metropolitani in te dignitatem atque personam, etiam Apostolicæ sedis auctoritate considera, in quem furtiuè locum pro indebita Synodo Proculus vsurpatum irrepserat.]

b Idem epist. 9. ad Patroclum.

Quod item Ebredunum nondum Metropolis esset Ecclesiastica Alpium maritimarum, imperante Valentiniano III. euidenter patet ex Concilio Regensi in Gallijs, quo Armentarij Ebredunensis Episcopi ordinatio nulla ex hoc declarata est, quod sine Metropolitani voluntate facta fuisset: eius verba[c] sunt. [Itaque ordinationem quam Canones irritam definiunt, nos quoque euacuandam esse censuimus, in qua prætermissa trium præsentia, nec expetitis comprouincialium literis, Metropolitani quoque voluntate neglecta, prorsus nihil quod Episcopum faceret ostensum est.] Hinc factum est, vt Saturninus Arelatensis Episcopus Biterrense Concilium adhuc sub Constantio Imperatore tamquam in propriæ Prouinciæ Ecclesia celebrarit, ipsique præfuerit, teste[d] Sulpitio Seuero: necnon vt Symmachus Papa Aquẽsi Antistiti præceperit Arelatensi subesse tamquam proprio Metropolitano, his[e] verbis: [Et si tam Ecclesiæ Aquensis Antistes, vel alius quilibet Metropolitano Pontifici iuxta Canonum definitionem vocatus obtemperare noluerit; nouerit subdendum se, quod non optamus, Ecclesiasticæ disciplinæ.]

c Conc. Regense Can. 2.

d Sulpit. Seuer. l. 2.

e Symmach. P. ep. 11. ad Cæsar. Arel.

Fateor hanc adeo amplam authoritatem intra limites Prouinciæ Viennensis secundæ quantum ad iura Metropolitica à summis Pontificibus, sicut inferiùs docebitur, postea contractam fuisse. Hi æquum iudicantes, vt Episcopi nouarum Metropoleωn ciuilium etiam pro Metropolitanis Ecclesiasticis haberentur, ipsis authoritatem consecrandorum Episcoporum suæ

cuiuſque Prouinciæ, aliorumque eiuſmodi muniorum obeundorum dederunt: ſed non obſtat quominus verum ſit quod diximus, Arelatum olim Metropolim fuiſſe totius Narbonenſis late ſumptæ ante Conſtantinum.

Nec minus certum eſt ex hac limitum contractione ortam eſſe Arelatenſis Epiſcopi contentionem cum Viennenſi, quæ à Patribus[a] Concilij Taurinenſis poſtea dirempta eſt. Cœpit Viennenſis Epiſcopus ab inſtitutione Viennenſis Prouinciæ Metropolitani officia gerere, cum Nicænum Canonem obſeruari curarunt ſummi Pontifices, quo præceptum eſt, vt quiſque Metropolitanus ſua contentus ſit Prouincia. Cum autem vnica eſſet Prouincia ciuilis Viennenſis, quinam eius & Arelatenſis Epiſcopi Suffraganei eſſent, liquido non conſtabat. Quapropter horum vterque per totam Prouinciam Metropolitani iura exercebat, vt diſcitur ex Leone Papa[b], dum ait in decisione dictæ contentionis: [Conſideratis allegationibus vtriuſque partis præſentium Clericorum, ita ſemper intra Prouinciam veſtram, & Viennenſem & Arelatenſem ciuitates claras fuiſſe reperimus, vt quarumdam cauſarum alterna ratione, nunc illa in Eccleſiaſticis priuilegijs, nunc iſta præcelleret: cum tamen eiſdem commune ius quondam fuiſſe à gentibus proderetur.] Vnde quamuis Marinus Arelatenſis ſubſcribens Concilio I. ciuitatis ſuæ, ſe ex Prouincia Viennenſi dicat, non tamen hunc Viennenſi Metropolitano ſubiectum, eiuſque Suffraganeum fuiſſe credendum eſt, ſed coniunctim cum eo Metropolitam huiuſce Prouinciæ. Arelatum clariſſima ciuitas erat, & Vienna illuſtris Metropolis, vt infra dicemus: ambæ in eadem Prouincia Ciuili, quæ hactenus diuiſa non fuerat. Cum ergo decretum eſt à Synodo Nicæna, vt per ſuam quamque Prouinciam ius Metropolitani ſinguli haberent, Viennenſis id per Viennenſem Prouinciam exercere cœpit: nec tamen deſtitit Arelatenſis, qui à primis ſæculis illo potitus erat. Quamobrem plura Eccleſiæ tranquillitati parum conſentanea cum ſæpius orirentur, vterque à Patribus Concilij Taurinenſis petijt, vt quis eorum verus Metropolitanus eſſet dijudicarent. Patres haud ignari antiquæ dignitatis ciuitatis Arelatenſis, quam Metropolim circa hæc ipſa tempora Theodoſius & Valentinianus in Nouella ſua[c] nominant, necnon iuris quod à Concilio Nicæno[d] Viennenſis Epiſcopus tanquam Prouinciæ Viennenſis Metropolita obtinuerat, hanc tulere ſententiam, qua contentio illorum terminata eſt, Viennenſi Prouincia in duas diuiſa:[e] [Illud deinde inter Epiſcopos vrbium Arelatenſis & Viennenſis, qui de primatus apud nos honore certabant à ſancta Synodo definitum eſt, vt qui ex eis adprobauerit ſuam ciuitatem eſſe Metropolim, is totius Prouinciæ honorem primatus obtineat: & ipſe iuxta Canonum præceptum ordinationum habeat poteſtatem. Certè ad pacis vinculum conſeruandum, hoc conſilio vtiliore decretum eſt, vt ſi placet memoratarum vrbium Epiſcopis, vnaquæque de his viciniores ſibi intra Prouinciā vindicet ciuitates, atque eas Eccleſias viſitet, quas oppidis ſuis vicinas magis eſſe conſtiterit: ita vt memores vnanimitatis atque concordiæ, non alter alterum longius ſibi vſurpando quod eſt alij propius, inquietet.]

Porro decretum iſtud exequens D.[f] Leo, hæc, vt inter eos pacem firmaret, conſtituit: [Vnde Viennenſem ciuitatem, quantum ad Eccleſiaſticam iuſtitiam pertinet, inhonoratam penitus eſſe non patimur, præſertim cum de receptione priuilegij auctoritate iam noſtræ diſpoſitionis vtatur. Quam poteſtatem Hilario Epiſcopo ablatam, Viennenſi Epiſcopo credidimus depu-

a Conc Taurin. Can 2.

b Leo mag. ep 109. ad Epiſc. Prouinc.

c Theod. & Valent. Nou. quæ ſupra

d Concil. Nicæn. Can 4.

e Conc. Taurin. vbi ſupra.

f D Leo P. ep 109.

tandam. Qui ne repente semetipso factus videatur inferior, vicinis sibi quatuor oppidis præsidebit, id est Valentiæ, & Tarantasiæ, & Genauæ, & Gratianopoli, vt cum his ipsa Vienna sit quinta, ad cuius Episcopum omnium prædictarum Ecclesiarum solicitudo pertineat: reliquæ verò ciuitates eiusdem Prouinciæ sub Arelatensis Antistitis auctoritate & ordinatione consistant.] Idem postea Symmachus [a] Papa confirmauit, vt in eius Epistolis legitur: sicque ex vnica ciuili Viennensi duæ Ecclesiasticæ factæ sunt. Mansit tamen semper indiuisa Viennensis, quantum ad ordinem ciuilem: imo & Vienna per eam omnem Primatum ciuilem obtinuit, Arcadio & Honorio imperantibus. Ac licet talis mutationis causa alia vix assignari possit, quam rerum humanarum mobilitas & inconstantia, non minus ideo certa est: patetque in Notitia ciuili sub his condita, qua inter ciuitates Viennæ subditas Arelatum extat: quamuis aliter factum sit in ordine Ecclesiastico, quo, vt diximus, multa post adhuc sæcula Arelatum sedes Primatis fuit.

a Symmachus P. epist. 10.

Sed nec omittendum, quod etsi Metropolitica authoritas Episcopi Arelatensis sic imminuta sit, non tamen idem de alia, quam vt Primas, siue Vicarius Apostolicæ sedis habuit, existimandum est. Eam nondum Gregorij magni tempore amiserat, quam ab initio obtinuisse certissimus testis est Zosimus Pontifex [b] epistola ad Episcopos Galliæ, cum ait: [Sanè quoniam Metropolitanæ Arelatēsium vrbi vetus priuilegium minimè derogandum est, ad quā primū ex hac sede Trophymus summus Antistes, ex cuius fonte totæ Galliæ fidei riuulos acceperunt, directus est: idcirco quascumque Parœchias in quibuslibet territorijs, etiam extra Parœchias suas, vt antiquitus habuit, intemerata auctoritate possideat. Ad cuius notitiam, si quid illic negotiorum emerserit, referri censuimus: nisi magnitudo causæ etiam nostrum requirat examen.] Eamdem confirmauit Symmachus Papa [c] in epistola ad Cæsarium de priuilegijs Ecclesiæ Arelatensis, qua hæc leguntur: [Manentibus siquidem his, quæ Patrum constituta singulis Ecclesijs concesserunt, decernimus, vt circa ea, quæ tam in Galliæ quam in Hispaniæ Prouincijs de causa religionis emerserint, solertia tuæ fraternitatis inuigilet: & si ratio poposcerit præsentiam Sacerdotum, seruata consuetudine, vnusquisque tuæ dilectionis admonitus auctoritate conueniat.] Huic datam in Hispanias potestatem aduerte: sed de citeriori intellige, hoc est de Narbonensi Prouincia, quæ tunc à Gothis Hispaniæ regibus occupabatur, Hispaniæque citerioris nomine vocatur etiam in Decreto Gundemari. Et quis nescit eamdem Gregorium [d] magnum Virgilio dedisse, dum hæc ad eum scripsit: [Itaq; fraternitati vestræ vices nostras in Ecclesijs, quæ sub regno sunt praecellētissimi filij nostri Childeberti, iuxta antiquum morem, Deo auctore, committimus: singulis siquidem Metropolitis, secundum priscam consuetudinem, proprio honore seruato.] Hancce auctoritatem Hilario Arelatēsi à Leone magno ademptam esse per aliquot tempora non ignoro, cum scilicet ea visus est abuti, Episcopum in Ecclesia Luteuensi alio adhuc viuente ordinādo, & Chelidonium ab Bisuntino Episcopatu, absque satis ampla certaque probatione deponendo. At non multo post ab ipso vel saltem à successoribus eius restituta est: statimque post eius mortem Hilarus [e] Papa ordinauit, [vt per annos singulos, ex prouincijs quibus posset congregari, haberetur Episcopale Concilium, ita vt, inquit, opportunis locis atque temporibus, secundum dispositionem fratris & Coëpiscopi nostri Leontij (*Arelatensis*) cui solicitudinem in congregan-

b Zosim. P. epist. 5. ad Episc. Gall.

c Symmachus P. epist. 11.

d D. Greg. ep. 50. li. 4. ad Virgil. Arel.

e Hilarus epist. 8. ad Episcopos diuersarum Prouinciarum Gall.

dis fratribus delegauimus, Metropolitanis per literas eius admonitis, celebretur.] Sed quid clarius verbis modo ex Symmacho & Gregorio magno citatis? Sane hæc legenti nulla dubitatio esse potest, quin Arelatensis Episcopus Primatis & Vicarij sanctæ Sedis per Gallias auctoritatem rursus obtinuerit. Et hæc de Arelato satis, quæ si longiora videantur, rationem habe, quod multis vix suaderi possit huius ciuitatis Ecclesiastica dignitas, quæ tamen ad antiquitatis cognitionem non parui momenti est.

IX. AVGVSTA TREVIRORVM METROPOLIS POSTEA SEDES PRIMATIS TOTIVS BELGICÆ

Sequitur Augusta Treuerorum, quæ primaria vrbs Galliarum dicitur apud Theodoretum[a], vbi de Paulino Treuerensi, de quo tanquam præcipuo Galliarum Episcopo sermonem facit: [Huius ciuitatis, inquit, Aeneas[b] Syluius postea Pius secundus Romanus Pontifex, conditorem asserunt Trebetam (qui alijs Treber) Nini & Semiramidis filium, proindeque illam Roma seniorem trecentis & mille annis affirmant.] Idem quoque testari videtur monumentum insigne Epitaphiumque in lapide sculptum, quod circa annum Domini 1200. repertum, sic habet.

Non contenta suis, nec totis finibus orbis,
Expulit à patrio priuignum Trebeta regno,
Insignem profugus nostram qui condidit vrbem.

a Theodoret Eccl. hist. lib. 2 cap. 15. Καὶ Παυλῖνος ὁ τῆς μητροπόλεως τῆς Γαλλίας
b Æneas Syluius, German. c. 81.

Verùm quod adhuc Constantio imperante primaria ciuitas Galliarum fuerit discere est ex Notitia Græca[c] huius ætate facta, cuius verba sunt. [Ciuitatem maximam habere dicitur Gallia, quæ vocatur Triueris, vbi etiam Imperator morari dicitur, eaque mediterranea est.] Nec minoris sunt fidei, quæ gestorum Brunonis octogesimi Treuerorum Episcopi scriptor perhibet his verbis: [Sanctus Syluester beato Agritio quarto Episcoporum Treuerensium, quorum nomina cognita sunt, & habemus, scribit inter cætera, dicens:

Sume prioratum post Alpes Trebir vbique,
Quem tibi Roma noua lege dat & veteri.

c Ex antiqua Notitia Græca tempore Constantij Imp. facta.

Quod apud eam aliquando morati sunt Imperatores, præter Notitiæ modo laudatæ testimonium, legere est apud[d] Athanasium &[e] Socratem, Constantinum Constantini magni filium hic primò mansisse. Postea Constantem eius fratrem ibi etiã degisse anno Domini 343. dicitur in Codice[f] Theodosiano. Narratque Sigebertus[g] Maximum Imperatorem apud Treuerim sedem imperij sui statuisse. Vnde & appellatur domicilium principum clarum ab Ammiano[h] Marcellino. Hanc porro à Vandalis grassantibus, temporibus Imperatoris Honorij, captam, direptam, ruinisque deformatam, rerum Germanicarum scriptores tradunt: additurque in gestis[i] Treuerorum, ciuium partem in vrbis amphitheatro, quod munitum insederant, hostilem vim euasisse. [Franci etiam, inquit[k] Sigebertus, sæpe Gallias incessentes diripiunt primò, & secunda irruptione incendunt vrbem Treuerim, quam condidit Treber filius Nini.] Non longe post tamen restaurata est, vt docet idem Sigebertus[l] dum ait: [Franci, post Vandalos & Alanos, post Gothos & Hunnos incessunt Gallias, non tantum vt eas habeant direptioni, sed vt sibi sint perpetuæ habitationi: qui capta Colonia Agrippina fugato belli duce Egidio, multos Romanorum occidunt.] & infra[m] [Franci Treuerim ciuitatem super Mosellam capiunt.]

d Athanas. Apol. 2.
e Socrat. lib. 2 hist. Eccl. c. 22.
f Cod. Theod. l. 36 de Decurionibus.
g Sigebertus anno Christi 386.
h Ammian. Marcel. lib 15.
i Gesta Treuer. lib. 2. cap. 22.
k Sigebertus anno Christi 413.
l Idem anno 475.
m Idem anno 476.

Iam verò quod primis sæculis Metropolis Ecclesiastica fuerit, præter Theodoretum qui hanc primariã Galliarum vrbem nominat, vt iam diximus, clarè dignoscitur in actis Cõcilij[n] Agrippinensis, quo Euphratas Episcopus ab-

n Acta Concil. Agrippin.

dicatus est, plurimis Metropolitanis adstantibus, cum huic Metropolitæ fungens munere præfuerit Maximinus Treuerẽsis Episcopus. Et quis non fatebitur vrbem illam, quæ ex Siluestri P. ad Agræcium Treuerensem verbis, prima post Romam erat, saltem Metropolim Ecclesiasticam fuisse? Imo dicã Treuerensem Episcopum non tantùm Metropolitam tunc fuisse, sed etiam Primatẽ totius Belgicæ & Germaniæ Cis-Rhenanæ, quæ huic vt vnico Metropolitano parebat, nec certè quispiam alius apud ipsas his tẽporibus legitur. Huius veritatis testis fidelissimus est Gregorius VII.[a] dũ ad Manassem Rhemensem Episcopum scribens, ait: [Rhemensis cui præsides Ecclesia quodam tempore Primati subiacuit, & ei vt magistro post Romanum Pontificẽ obediuit.] Cui enim alteri Primati, quam Treuerensi Rhemensis Ecclesia subiacuerit, sanè dici non potest. Id autem esse satis indicauit Mappinius[b] Rhemensis, qui, cùm à Theodobaldo rege indicta fuisset Synodus apud Tullum circa excommunicatos à Nicetio Treuerensi, ipsique adesse non potuisset, huic Nicetio absentiam suam per epistolam excusauit, vt Superiori suo: scripsitque absurdum esse, vt à se in communionem reciperentur, qui ab ipso Nicetio secundum seriem Canonum abdicati erant. Numquam enim hæc scripsisset Mappinius, nisi super eũ Nicetius Primas constitutus fuisset. Istud adeò certum est de sæculis Constantino posterioribus, vt nequidem in dubium reuocari possit. Sed quod ante illum Treuerensis Episcopus Metropolita fuerit totius Belgicæ, dum etiam duas Germanicas complectebatur, ratione non parum euidenti probabo. Metropolitica dignitas ei sedi procul dubio tunc tributa est hacce in prouincia, cui Metropoles, in ea postea institutæ, parebant vt Suffraganeæ. Sic enim Lugdunum Metropolis antiqua censetur totius Lugdunensis, quia Metropoles in ipsa post Constantinum erectæ huic antea subiiciebantur. Sic Bituricarum ciuitas antiqua Metropolis secundæ & tertiæ Aquitanicæ creditur, quia Burdegala & Elusa ante eundem Imperatorem eius Suffraganeæ erãt. Idemque de Arelato dicendum est circa Narbonensem antiquam: easque omnes idcirco postea Primatiales fuisse. Nec alia equidem ratione Episcopi Primates habiti sunt, quã quod primæ prouinciæ, quæ alijs ortũ dedit, eiusque Metropoli præfuerunt. At quis nescit, Treueris Metropolis primæ Belgicæ, cæteras Metropoles, quæ in tota Belgica post eam institutæ & ab ipsa auulsæ sunt, prius Suffraganeas, merasque sedes Episcopales fuisse? Patet de Moguntia & Colonia, quæ nonnisi Carolo magno imperante Metropoles Ecclesiasticæ factæ sunt, & antea sedes tantum Episcopales habuere. Nec aliter de Rhemorum ciuitate censendum arbitror, quæ Metropolis facta, adhuc, vt diximus, huic subiecta mãsit. Quare necessario fatendum est Treuerensem Episcopum ante Constantinũ Metropolitam fuisse totius Belgicæ latè sumptæ, Treuerimq; eiusdem Metropolim. Gelasium[c] Papam non ignoro scribere Treuerẽsem Episcopum ex hoc nihil, supra mensuram sibi antiquitus deputatã quidquam suæ dignitati adiecisse, quod apud Treueros aliquando steterit Imperator. Sed cum nullas ciuitates Patriarchalem dignitatem ex hoc sibi vẽdicare posse, quod aliquando sedes Imperatorum fuerint, tantũ intendat aduersus Constantinopolitanum Episcopum, nullatenus eius verba Treuerẽsi Primatui obstare possunt.

X LVGDVNVM METROPOLIS ET SEDES PRIMATIS TOTIVS LVGDVNENSIS.

Lugdunũ Metropolis dicitur apud Ptolemæũ,[d] fuitq; sanè Galliæ Lugdunensis. Paulò supra Viennã est, inquit Strabo,[e] vbi Arar & Rodanus confluũt: dicitur Stephano[f] Lugduna, Sidonio Apollinari[g] Rodanusia, & alijs Araria,

[a] Greg. 7. l. 6. ep. 2.
[b] Mappinius ep. ad Nicet. Treuiren.
[c] Gelas. P. ep. 1 ad Episcop. Dardan.
[d] Ptol. l. 2. c. 8.
[e] Strabo lib. 4.
[f] Stephanus de vrbibus
[g] Sidon. Apoll. epist. 5. lib. 1.

quod ad vtriusque fluminis confluentem positum sit, & in subscriptionibus primi Concilij Arelatensis ciuitas Lugdunensium. Hanc autem Metropolim Ecclesiasticã fuisse certo certius est, & clarè probatur ex Eusebio[a], cum apud eum Irenæus Parœcijs Galliarum præfuisse dicitur. Ibi enim per Gallias Celticam seu Lugdunensem intelligendam esse, quæ propriè Gallia dicebatur, sicut & Celtæ propriè Galli, ex Iulio[b] Cæsare discitur, dum ait: [Gallia est omnis diuisa in partes tres, quarum vnam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtæ nostra Galli appellantur.] Eius autem quod proprius Metropolita fuerit facilè ex hoc intelligitur, quod Parœchias Galliæ Irenæum rexisse dicat Eusebius. Si iam Primas fuisset, dixisset Eparchias, quibus præesse proprium est Primatum, sed cum dixit Parœchias, hunc solùm Metropolitam existimari voluit, sicut reuera erat, necnon & alij Galliarum Primates suæ tunc quique Prouinciæ ante huius diuisionem. Hac autem edita, alijsque Metropolibus Ecclesiasticis in Lugdunensi institutis, harum Primas esse cœpit. Probabo ex Gregorio[c] Turonensi, apud quem Nicetius huius Episcopus non tantum Metropolita, sed & Patriarcha dicitur, sicut & Priscus etiam Lugdunensis Concilio secundo Matisconensi, qui idcirco duabus Synodis Matisconensibus sub Chilperico & Clotario secundo præfuit. Huius autem illustris denominationis rationem esse arbitror, quod Lugdunensis Episcopus non modò Metropolitanus esset primæ Lugdunensis, sed & trium aliarum à prima auulsarum. Quod vt intelligatur, ex superioribus repete Prouincias quatuor matrices Galliarum in plures Imperatorum nutu diuisas fuisse, Narbonensem in duas, Alpinam in duas, Lugdunensem in quatuor, & sic de alijs. Iam verò harum Lugdunensium Primas cœpit esse, post diuisionem Prouinciæ, Lugdunensis Episcopus, qui primæ tunc præerat, & antea totius Lugdunensis Metropolita fuit. Is enim mos inualuit post diuisam quamque Prouinciam, vt Episcopus ille Primas haberetur, qui primæ ex diuisis postea præfuit, & ei ciuitati Metropoli, quæ prius caput erat totius regionis.

Magnas contentiones ortas esse inter Lugdunensem & Senonensem Episcopos circa Primatum temporibus Gregorij septimi Papæ & Iuonis Carnotensis, non ignoro. Sed & discitur ex eodem Iuone Lugdunensem Ecclesiam olim in alias Lugdunenses Primatum obtinuisse, dum hæc ad Richerium Senonensem[d] scribit [De veteri querela, quam habet aduersus Senonensem Ecclesiam Lugdunensis Ecclesia, laudo & consulo, vt si qua habetis priuilegia Apostolica manu roborata, vel scripta authentica, quæ Primatum Lugdunensis Ecclesiæ, quem aliquando ex cathalogis ciuitatum conijcimus extitisse, ab Ecclesia vestra remoueant, & libertatem quam desideramus eidem Ecclesiæ defendant, ea cum fratribus nostris ostendant] Nec obliti sunt Gebuinus Lugdunensis Episcopus, & post eum Ioannes hunc Ecclesiæ suæ Primatum coram Gregorio septimo aduersus Senonensem Episcopum hacce ratione tueri, quòd Lugdunensis Prouincia prima præcipuaque erat ex Lugdunensibus, eaque à qua cæteræ auulsæ fuerant, & cuius Lugdunum caput erat, cui proinde Primatus debebatur. Idque legitur in Epistola, quam Ioannes ille Lugdunensis ad Episcopum Senonensem scripsit, quæ inter Iuonis Epistolas 237. est. Vnde nec cunctatus est Gregorius septimus[e] Gebuino Primatum restituere, hocce decreto: [Inclinati pre-

[a] Euseb. hist. Eccl. lib. 5. cap. 24
[b] Cæsar. lib. 1. Comment.
[c] Greg. Toron. lib. 5 hist. Franc. cap 10.
[d] Ivo. Epist. 50. ad Richerium Senonensem.
[e] Greg. 7. lib 6. ep. 34.

cibus tuis confirmamus Primatum super quatuor Prouincias, Lugdunensi Ecclesiæ tuæ, & per eam tibi tuisque successoribus.] Eaque ratio est propter quam verba illa in Sigeberti [a] Supplemento, disertè leguntur: [Hæc sedes habet Primatum super tres Archiepiscopatus: prima enim Lugdunensis, id est Lugdunum super Rhodanum: secunda Lugdunensis super Sequanam, id est Rothomagensis: tertia Lugdunensis super Ligerim, id est, Turonis: quarta Lugdunensis, id est Senonis super Inaciam.] Tota illa contentio ex hoc orta est, quod Senonenses Archiepiscopi vices Apostolicæ sedis per Gallias fuissent consequuti, vt inferius dicemus: sic enim Primati Lugdunensi parte authoritatis adempta, super eum sese efferre conati sunt, ipsiusque Exarchicam dignitatem potestatemque exauthorare cœperunt.

[a] Supplementum Sigeberti.

XI. BITVRICA METROPOLIS, ET SEDES PRIMATIS TOTIVS AQVITANIÆ

Biturica, aliis Bituricæ & Biturigæ, apud Celtas à Liuio ponitur, sed apud Strabonem Bituriges inter Aquitanos. Eam & Metropolim ciuilem Aquitaniæ factam fuisse Notitia Prouinciarum & Ciuitatum Galliæ in huius libri limine allata tradit. At quod etiam Ecclesiastica primis temporibus fuerit, clare docet Sidonius Apollinaris [b] concione quam habuit pro eligendo Simplicio Bituricensi Episcopo, dum hunc Metropolitanum nominat: [Et quia sententiam, inquit, paruitatis meæ in hac electione valituram esse iurastis, (siquidem non est validius dicere sacramenta, quàm scribere) In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Simplicius est, quem Prouinciæ nostræ Metropolitanum, ciuitati vestræ summum Sacerdotem fieri debere pronuntio.] Hinc etiam factũ est, vt Tetradius sic Agathensi Concilio subscripserit: [Tetradius Episcopus de Biturica Metropoli subscripsi.] Huius autem Ecclesiæ originem sic describit Gregorius Turonensis [c] in historia Francorum. [De horum verò discipulis, scilicet Gratiani Turonensis, Trophymi Arelatensis, Pauli Narbonensis, Saturnini Tolosatis, Dionysij Parisiensis, Stemonij Aruerni, & Martialis Lemouicini, quidam Biturigas ciuitatem adgressus, salutare omnium Christum Dominum populis nunciauit. Ex his ergo pauci admodum credentes, Clerici ordinati ritum psallendi suscipiunt: & qualiter Ecclesiam construant, vel omnipotenti Deo solemnia celebrare debeant, imbuuntur. Sed illis paruam adhuc ædificandi facultatem habentibus, ciuis cuiusdam domum, de qua Ecclesiam faciant, expetunt. Senatores verò, vel reliqui meliores loci fanaticis erant tunc cultibus obligati: qui verò crediderant, ex pauperibus erant, iuxta illud Domini, quod Iudæis exprobrat dicens: Quia meretrices & publicani præcedent vos in regno Dei. Hi verò non obtenta à quo petierant domo, Leocadium quemdam primum Galliarum Senatorem, qui de stirpe Vetij Epagati fuit, quem Lugduno passum pro Christi nomine superius memorauimus, repererunt. Cui cùm petitionem suam & fidem pariter intimassent, ille respondit: Si domus mea, quam apud Bituricam vrbem habeo, huic operi digna esset, præstare non abnegarem. Illi autem audientes pedibus eius prostrati, oblatis trecentis aureis cum disco argenteo, dicunt eam huic ministerio esse congruam. Qui acceptis de his tribus aureis pro benedictione clementer indulgens reliqua, cum adhuc esset in errorem idololatriæ implicitus, Christianus factus, domum suam fecit Ecclesiam. Hæc est nunc Ecclesia apud Biturigas vrbem prima, miro opere composita, & primi

[b] Sidon. Apoll. l. 7. epist. 9.

[c] Gregor. Turon. hist. Franc. libro primo, cap. 29.

primi martyris Stephani reliquijs illustrata.] & cuius Episcopum primum Birinum nominant. Cæterum cùm Aquitania in tres Prouincias diuisa est, vt in Notitia Prouinciarum Galliæ legitur, Biturica Primatum conseruante, huius Episcopus, qui antea totius Prouinciæ Metropolita erat, Primas illius factus est, & super Burdegalensem Elusanumque constitutus ad hoc vsque tempus, quo Burdegala ipsa postremis sæculis Primatum obtinuit. Id enim commune fuit omnibus Galliarum Primatibus, sicut de Arelatensi, Treuerensi & Lugdunensi dictum est, vt ijdem qui cuiusque diœcesis ante diuisionem Metropolitæ fuerant, eiusdem postea Primates censerentur. Vnde Otto [a] Frisingensis ait tres in Gallia (dum adhuc in tres Prouincias diuidebatur) Primates fuisse, Treuerensem Belgicæ, Bituricensem Aquitaniæ & Lugdunensem Celticæ. Sed hæc satis de quatuor primis & antiquioribus Galliarum Metropolibus: aliæ breuius à nobis perstringendæ.

a Otto Frising. chr. lib. 6. cap. 30.

XII. METROPOLIS ET PROVINCIA RHEMENSIS.

Rhemi ciuitas, alijs Durocortum Rhemorum, in secunda Belgica ponitur ab Ammiano, [b] dum ait: [Huic annexa secunda est Belgica, qua Ambiani sunt, vrbs inter alias eminens, & Cathelauni & Rhemi] Huius Prouinciæ Metropolis ciuilis est in Notitia Prouinciarum & ciuitatum Galliæ. Sed & quod Rhemensis Episcopus Metropolitanus Ecclesiasticus fuerit dubitationi locus non est, legiturque in epistola Remigij [c] ad Falconem. Episcopum Tungrensem, quæ sic habet: [Fas ergo fuit, vt inlicitis ordinationibus tuis à te credideris occupandam loci Mosomagensis Ecclesiam, quam Metropolitani vrbis Remorum sub ope Christi sua semper ordinatione rexerunt.] At non pauci haud satis existimantes Rhemos insignem Belgicæ secundæ Metropolim antiquam agnoscere, Sanctum Remigium huius Metropolitam Primatem regni Clodouei ab Hormisda Papa creatum fuisse scribunt; imò & ad eius successores hanc Primatis dignitatem transiisse multis rationibus contendunt. Primum epistola Pontificis illius tuentur, quam refert Flodoardus [d], & qua vices suas ei committit per omne regnum dicti Clodouei, stante tamen Primatu Arelatensi: vnde & Rhemensi Primatiæ eosdem limites assignant, quos regno Clodouei. Quod autem Primatus ille ad successores eius transierit, eò certius asseuerant, quod in testamento D. Remigij apud Flodoardum [e] authoritas conuocandorum trium aut quatuor Archiepiscoporum ipsis tribuitur, quod certe Primatum proprium est.

b Amm. Marcel. lib. 15.

c Remig. epist. 4. ad Falcon.

d Flodoard. lib. 1. cap. 13.

e Flodoard hist. Rem. lib. 1. c. 18.

Vt autem verum non diffitear, mihi hac in re illis assentiri vix licet, ob certiora antiquitatis monumenta: ac in eo Hincmari & Flodoardi authoritas non parum mihi, sicut & historiæ peritis suspecta est. Hi nimium faciles creduntur fuisse in ijs scribendis, quæ ad Ecclesiæ suæ gloriam conferre iudicarunt. Nec maioris fidei est testamentum, quod D. Remigio tribuit Flodoardus. Sed vt contrariam sententiam luci exponamus, imprimis non satis sibimet constare videtur Hincmarus, quantum ad illam Primatis dignitatem, quam Beato Remigio tributam esse vult. Hic enim in eius vita [f] apud Flodoardum Synodum describens, qua hæreticus Arianus coram Sancto Remigio Episcopo diuinitus obmutescens, cum ipsi assurgere nollet, ad fidem Catholicam conuersus est, scribit hunc sanctissimum Præsulem ab Episcopis Galliarum ad Concilium inuitatum fuisse: tantum abest vt ipsos munere Primatis fungens conuocarit. Huius verba sunt: [Galliæ Præsules ad Synodum fidei gratia conuenientes, beatum Remigium, vt pote virum diuinis

f Idem lib. 1. c. 16.

eloquijs eruditiſſimum, & doctrinis Eccleſiaſticis exercitatiſſimum, ad idem Concilium venire petierunt.] Præterea, quomodo Primatus ille Rhemenſis ſtare poſſit cum Vicarij dignitate & authoritate Arelatenſi Epiſcopo à Romanis Pontificibus per vniuerſam Galliam collatis, longe ante & poſt Hormiſdam, ſanè non concipio, licet abſque præiudicio Arelatenſis Eccleſiæ, Rhemenſi collatum fuiſſe ſcribat ipſe Hincmarus [a]. Etenim Arelatenſi authoritas ab his data eſt per vniuerſam Galliam & Concilia congregandi, & iurgia inter Clericos oborta compeſcendi, & cætera Primatis munia obeundi, vt diximus, quæ prorſus eadem ſunt cum illis iuribus, quæ & ſancto Remigio conceſſa volunt.

a Hincmar. epiſt. 6. cap. 18.

At quamuis talem Primatum ſancto Remigio ab Hormiſda Papa datum fuiſſe concederem, multo minus quomodo ipſum ſucceſſoribus eius datum fuiſſe contendant, poſſum capere. Siquidem Flauius poſt eum Primatis nullatenus locum tenuit, quin imo poſt plures Epiſcopos Concilio Aruernēſi ſubſcripſit: & Mappinius poſt Flauium pene vltimus & poſt pluſquam quinquaginta Epiſcopos Aurelianenſi quinto Concilio per Protadium Archidiaconum. Adde quod idem Mappinius [b] excuſatoriam miſerit Nicetio Treuirenſi, quod ad Synodum Tullenſem non veniret, ſcripſeritque abſurdum eſſe, vt eos reciperet qui à Treuirenſi excommunicati fuerant, quod Primati nullatenus conuenit erga ſibi ſubiectos Metropolitas. Id etiā maxime confirmare videtur D. Gregorius magnus [c], qui non multo poſt Remigij mortem Romæ ſedens Virgilium Arelatenſem Vicarium conſtituit per omne regnum Childeberti Auſtraſiæ regem poſt Sigebertum patrem, & Burgundiæ poſt Gunthramnum. Etenim cum Childebertus ille vtrique regno imperarit, Arelatenſem Epiſcopum vtrique etiam in Eccleſiaſticis præfuiſſe aſſeuerandum eſt. Vnde ciuitatem Rhemorum in regno Auſtraſiæ ſitam Arelatenſi Epiſcopo ſubiectam fuiſſe negari non poteſt, ſicut nec eius Epiſcopum Primatum obtinuiſſe cuiquam in mentem veniet: quandoquidem Primates nulli ſubijcerentur, niſi Patriarchæ, ſummoque Pontifici. Epiſcopus ſanè Rhemenſis Primas eſſe non potuit, ſi inter Suffraganeos Arelatēſis Primatis extitit: at vnum ex his fuiſſe certo certius eſt, cùm ciuitas Rhemorum ex Childeberti regno eſſet, in quod vniuerſum Gregorius magnus Virgilio Arelatenſi authoritatem Primatis ſeu Vicarij Apoſtolicæ ſedis dederat. Ne autem exiſtimes nos gratis & ſine teſte fide digno Rhemos in Auſtraſiæ regno conſtituere, diſce ex Gregorio [d] Turonenſi Childebertum hunc Sigeberto patri regi Auſtraſiæ ſucceſſiſſe, Rhemoſque ad Sigeberti regnum ſpectaſſe, dum ait: [Dedit ſors Sigeberto regnum Theodorici, ſedemque habere Metenſem. Mortuo verò Sigeberto, regnauit Childebertus filius eius pro eo. Dum autem cum Chunis turbatus eſſet Sigebertus, Chilpericus frater eius Rhemos peruadit, & alias ciuitates quæ ad eum pertinebant abſtulit. Sed Sigebertus, victo atque fugato Chilperico, ciuitates ſuas in ſuam dominationem reſtituit.] Verba ita perſpicua ſunt, vt quod Rhemorum vrbs ex Auſtraſiæ & Childeberti regno, proindeque in Eccleſiaſticis ex Arelatenſi Primatia fuerit, dubitationi locus non ſit.

b Mappin. epiſt. ad Nic. Treuer. to. 2. Concil. Gall.

c Greg. magn. epiſt. 52 lib. 4.

d Greg. Turon. l. 4. cap. 22 & 23.

Nec minus ſententiæ noſtræ fauet hiſtoria Promoti, qui cum ab Aegidio Epiſcopo Rhemenſi anno 573. in Caſtro-Dunenſi Epiſcopus ordinatus eſſet, id temerè & contra Canones ab Ægidio factū ſcripſerūt Patres Concilij [e] Pariſienſis. Ideoq; Ægidiū ſecundum priſca Patrū Decreta acerbius ob iniuriā

e Concil. Pariſ. 4.

illatam coerceri potuisse. Decreti verba sunt: [Dum pro causis publicis priuatorumque querelis Parisius moraremur, vir Apostolicus frater noster Domnus Pappolus Episcopus mediocritati nostræ detulit in querelam, in Castro-Dunensi parœchia denique Camotina, quod Castrum nec ad territorium ciuitatis vestræ, nec ad vestram Prouinciam manifestum est pertinere, a vobis contra omnem rationem & contra Canonicam disciplinam Episcopum consecratum. Et licet secundum prisca beatissimorum Patrum Decreta, potuit huiusmodi excessus in vestra iniuria acerbius coerceri: sed nos caritatis iura seruantes beatitudini vestræ indicamus, vt Presbyterum ipsum nomine Promotum, qui omissa seueritate Canonica à vobis dicitur tam temere consecratus, vt iustè debeat de gradus ipsius dignitate deponi, sicut Canonum constituta sanxerunt, ad vos euocetis, vel vobiscum retineatis: vt iniuriam nec Ecclesiæ, nec Sacerdoti suo vlterius debeat inrogare. Et quia à fratre vestro Domno Germano Episcopo, ad petitionem Domni Constituti Metropolitani, vt ad Synodum venire deberet, est præsentanea inuitatione commonitus, quod quoque Domnum Constitutum & Domnum Germanum constat in Synodum retulisse, & ad Synodum venire distulit.] Hæc sunt verba Concilij Parisiensis ad Aegidium Rhemensem. At quis talia primos hosce Galliarum Episcopos ad proprium Primatem, quem vt totius diœceseos caput summo cùm honore venerati fuissent, scripsisse, etiam suspicari potest? Certè hunc tanta dignitate ornatum vix creditur, lectorisque eruditi iudicium sit.

Rothomagus, quam in secunda Lugdunensi ponit Ammianus [a] Marcellinus, eiusdem Prouinciæ Metropolis est, vt in Notitia legitur. Ab alijs ciuitas Rothomagensium seu Rothomagorum, Rodonium & Rodomus dicitur, estque antiquissima sedes Episcopalis. Etenim Auitianus huius Episcopus subscripsit Concilio primo Arelatensi, & post eum Eusebius interfuit Agrippinensi, vt ex eorum actis clarum est. Quod autem etiam Metropolis Ecclesiastica fuerit, patet ex Concilio Aurelianensi primo, cui sic subscripsit Rothomagensis Pontifex: [Gildaredus Episcopus Ecclesiæ Rothomagẽsis Metropolis subscripsi.] Circa annum 742. huius Prælati pallium Archiepiscopale à Romano Pontifice acceperunt, ab eoque tempore Primates dicti sunt, quod à Primatis Lugdunensis jurisdictione exempti essent. Siquidem duo Primatum antiquitus fuerunt genera, alijque sic dicti, quod pluribus Metropolitanis præessent; & alij quod à Primatum iurisdictione eximerentur. XIII. METROPOLIS, ET PROVINCIA ROTHOMAGENSIS. a Ammian. Marc. lib. 15.

Ciuitas Turonorum, & Cæsarodunum, ad Ligerim sita est, non minus opibus ædificiorumque præstantia celebris, quam regionis amœnitate, aerisque placida temperie grata. Diuisione facta Lugdunensium, Metropolis tertiæ dignitatem obtinuit, vt in Notitia prouinciarum ciuitatumque Galliæ perspicitur. Gratianus, alijs Gatianus, huius primus Episcopus dicitur apud Gregorium [b] Turonensem. Sed longè celebrior Diuus Martinus, cuius vitam scripsit Seuerus Sulpitius. Turonorũ autem Episcopum Metropolitã fuisse, satis ex hoc probatur, quod Perpetuus illius Episcopus primo Concilio Turonico præfuerit, & Licinius sic Aurelianensi primo subscripserit: [Licinius Episcopus Ecclesiæ Turonicæ Metropolis subscripsi.] Si de huius prouincia quæras, dicam multos Notitiam ciuilem, quam in huius libri exordio po- XIIII. METROPOLIS, ET PROVINCIA TVRONENSIS. b Greg. Turo. hist. Franc. lib. 1. cap. 48.

fuimus, Ecclesiasticam existimantes, admodum insudasse in rationibus inuestigandis, quibus probarent eas omnes Britanniæ Armoricæ ciuitates, quæ apud eam leguntur, tempore quo facta est Episcopales fuisse. At horum laborem vanum & futilem esse, satis ex hoc videtur colligi, quod Notitia illa ciuilis tãtum sit, vt probauimus. Addam tamen eam sub Arcadio & Honorio factam, pluresque è ciuitatibus in ea designatas vix tũc Episcopos habuisse. Coriosopitum quidẽ vrbs, quæ horum populorũ primaria est, vulgò *Kempercorentin* dicta, videtur circa hæc tempora sanctum Corentinum habuisse Episcopum. Sed de Ossismorum & Diablintum ciuitatibus aliter dixerim, cùm Episcoporum, qui his præfuerint, nulla hac ætate memoria sit. Sane tanto magis mihi suspecta est illorum antiquitas, quòd ex his nullus legatur in subscriptionibus veterum Conciliorum Galliæ, sicut nec apud primos Gallicarum rerum, quod sciam, scriptores melioris notæ, sed solum apud incertissimæ fidei libros, & instrumenta.

XV. METROPOLIS ET PROVINCIA SENONENSIS.

Senonia quartæ Lugdunensis Metropolis, vt apud Notitiam Prouinciarum & Ciuitatum Galliæ obseruatur, Agendicum Cæsari dicitur, & Sequanica in Notitia Imperij, non tamen quod ad Sequanam sita sit, cum ad Icaunam. Caput erat Gallorum, qui quondam sub Brenno Romam oppugnarunt. Sed & Metropolis Ecclesiastica fuit, vt apud Sidonium [a] Apollinarem legitur, qui Agrœcium huius Episcopum caput Senoniæ vocat. Sed eo antiquior Seuerinus alter huius Episcopus adfuit Concilio Agrippinensi, & ad eam primùm missos fuisse Sanctos Sabinum seu Sauinianum & Potentianum, qui Euangelium prædicarent, scribit Venerabilis [b] Beda. Tandem sub Carelo Caluo Senonensis Ecclesia Primatum per Germaniam & Galliam obtinuit Concilio Pontigonẽsi, ad instantiam Caroli Calui, qui Ansegisi Senonensis Episcopi industria à Ioanne octauo Romano Pontifice Imperator confirmatus fuerat. De hoc ita Aimonius [c], narrans quæ Carolus egerit, vt Episcopis suaderet nouo Primati colla submittere: [Motus Imperator dixit, quod Dominus Apostolicus ei suas vices commisit in Synodo, & quod isdem præcepit, ille exequi studeret: & accepit ipsam Epistolam inuolutam, vna cum Ioanne Tuscanensi & Ioanne Aretino, & dedit illam Ansegiso: & iussit sellam plectilem poni ante omnes Episcopos Cisalpini regni sui, iuxta Ioannem Tuscanensem, qui ad dexteram illius sedebat: & præcepit Ansegiso, vt supergrederetur omnes ante se ordinatos, & sederet in eadem sella.] Sed de his alij, cùm finem sexti sæculi pro limite huic Notitiæ constituerimus.

a Sidon. Apollin. lib. 7. epist. 5.
b Beda in Martyr. die vii. Decembr.
c Aimonius histor. lib. 5. c. 33.

XVI. METROPOLIS, ET PROVINCIA BISVNTINA.

Vesuntio, seu Bisuntio Metropolis ciuilis Maximæ Sequanorum dicitur in Notitia prouinciarum & Ciuitatum Galliæ, eamque inter præstantiores Sequanorum vrbes numerat Ammianus [d] Marcellinus, cum ait: [Apud Sequanos Bisuntios vidimus & Rauracos cæteris potiores oppidis multis.] Maxima autem Sequanorum pars Celticæ fuit, quam Sequani, Σηκοανοὶ Ptolemæo, incolebant: dictaque Maxima, vt volunt, à Maximo, qui anno Christi 383. Theodosij magni quinto, in Britannia & Gallia tyrannidẽ arripuit. Sed Bisuntini Præsules semper sex primis sæculis inter meros Episcopos, seu qui sola Episcopali dignitate insigniti erant, subscripti reperiuntur in actis Cõciliorũ. Istud videre est de Sancto Claudio in Concilio Epaonensi, de Vrbico in Concilio Aurelianensi quinto, de Tetradio in Concilio Lugdunensi se-

d Ammianus Marcellinus lib. 15.

cundo, & de Siluestro in Concilio Parisiensi quarto, & Matisconensi primo & secundo. Attamen hos Metropolitas fuisse ex vetustis manuscriptis probare nititur eruditus Chiffletius, de quibus iudicet peritus Lector. Vnum dicam, scilicet Biluntinum Episcopum ex Lugdunēsi prouincia fuisse, si Metropolitanus non erat, potius quam ex Viennensi: cum quatuor tantum Suffraganei a Leone, Symmacho, & alijs Pontificibus Viennensi subijciantur, & Maxima Sequanorum quinta Lugdunensis dicta fuerit.

XVII. Metropolis, et Provincia Viennensis.

Vienna celebris Prouinciæ Viennensis Metropolis ciuilis, vt in Notitia Prouinciarum docetur, confirmaturque ex Eusebio[a], apud quem hæc leguntur: [Eximiæ Metropoles in Gallia, Lugdunum & Vienna.] Sed intellige, quoad Viennam, à diuisione Galliarum saltem in septem Prouincias. Nam cum antea Vienna in Prouincia Narbonensi esset, cuius Arelatum Metropolis erat, huic subijciebatur: tuncque Metropolis dignitatem solum obtinuit, cùm Viennensis Prouincia cōstituta est. At quod etiam Metropolis Ecclesiastica fuerit non longe ab eo tempore, certissimè probatur ex Canone secundo Concilij Taurinensis,[b] quo contentio inter Arelatensem & Viennensem Episcopos exorta circa dignitatem Metropoliticam, iudicata est, vt diximus, & decretum vt [Vnaquæque de his vicinores sibi intra Prouinciam vindicet ciuitates, atque eas Ecclesias visitet, quas oppidis suis vicinas magis esse constiterit: ita vt memores vnanimitatis atque concordiæ, non alter alterum, longius sibi vsurpando quod est alij propius, inquietet.] Idem postea confirmauit Leo magnus[c] Viennensi Episcopo concedens, vt vicinis sibi quatuor oppidis præsideret, id est Valentiæ, Tarantasiæ, Genauæ, & Gratianopoli. Hinc factum est, vt idem Leo magnus[d] in epistola ad Episcopos Prouinciæ Viennensis Hilarium Arelatensem ordinationes Prouinciæ eiusdem Viennensis indebitè sibi vēdicasse scribat: cū iam scilicet Vienna eo tēpore Metropolis facta fuisset, quo à Bonifacio Papa Metropolitica authoritas in Viennenses Episcopos Arelatēsi ablata est: ipseque per epistolam[e] ad Hilariū Narbonensem decreuit, vt vnaquæque Prouincia in omnibus rebus ordinationem Metropolitani sui expectaret. Sic etiam post Bonifacium à Cælestino[f] in epistola ad Episcopos Prouinciæ Viennensis & Narbonensis, prohibitum est, ne alter in alterius Prouincia quicquam præsumeret. Dedisse tamen Leonem magnum Viēnensi Episcopo Vicarij dignitatem per Gallias ex multis antiquis monumentis certum est, ac per ipsiusmet verba, quæ suprà retulimus, cùm de illa loquens ait:[g] [Quam potestatem Hilario Arelatensi ablatam Viennensi Episcopo credidimus deputandam.] Vnde ipsi Arelatensis Prouinciæ Episcopi in Libello Leoni oblato pro renouando Ecclesiæ Arelatensis priuilegio scriptum reliquerunt, Viennensem ciuitatem tunc sibi Primatus exposcere indebitos & Metropolitanam authoritatem. Sed Vicarij sanctæ Sedis dignitatem statim restituerunt Pontifices Romani Arelatensi, vt diximus, Metropolitanā verò Viennensi confirmauit[h] Leo, vt scilicet authoritatem haberet in tres Episcopos Prouinciæ Viennensis, & vnum Tarentasiensem Prouinciæ Alpium Graiarum, reliquis subiectis manentibus Arelatensi Episcopo. Idem simili decreto constituit Symmachus Papa[i] Epistola ad Episcopos Galliæ, vt etiam superius obseruatum est. Scio apud æternæ memoriæ Cardinalem Baronium epistolam legi, magni Leonis nomine, ad Episcopos per Gallias & Viennensem Prouinciam, qua hæc

a Euseb. hist. Eccl. lib. 5 cap. 1. [illegible]
b Concil. Taurin. Can. 2.
c Leo mag. epist. 109. ad Episcopos Prouinciæ
d Idem epist. 89. ad Episcopos Prouinc. Vienn.
e Bonifacius P. ep. 3 ad Hilarium.
f Cælestinus P. ep. 2. ad Episc. Prouin. Vien. & Narbon.
g Leo Magn. epist. 109.
h Idem ibid.
i Symmach. P. ep. 10 ad Episc. Galliæ.

Vicarij per Gallias dignitas prius Viennensi quàm Arelatensi Episcopo concessa videtur. Sed parum certæ fidei est, cùm data scribatur Valētiniano Augusto IV. & Anicno Coss. & Consulatus Anicni cum Valentiniano post obitum Hilarij, cuius tamquam viuentis mentio fit in dicta epistola, tantum contigerit. Adde quod pluribus supra citatis melioris notæ testimonijs in fauorem Arelatensis plane contraria sit. Nec ignoro aliam nomine Siluestri epistolam à Ioanne de Bosco referri in libello antiquitatum Ecclesiæ Viennensis, qua Vicarij per Gallias authoritas Viennensi Episcopo à Siluestro concessa legitur. Sed tantò euidentius falsi arguitur, quod in ea Ciuitas Ausciorum Metropolis dicatur Nouempopulaniæ, omnesque aliquantulæ literaturæ sciant Nouempopulaniam nondum Prouinciam factam esse Siluestri temporibus: & ab eo tempore quo facta est, Elusam per multa sæcula eius Metropolim fuisse, vt ex Notitia certum est, inferiusque probabimus.

XVIII.
METROPOLIS ET PROVINCIA BVRDEGALENSIS.
a Ammian. Marcell. lib. 15.

Burdegala inter celebriores Aquitaniæ ciuitates ab Ammiano [a] numeratur, cum ait: [In Aquitania, quæ Pyrenæos montes & eam partem spectat Oceani, quæ pertinet ad Hispanos, prima Prouincia est Aquitanica, amplitudine ciuitatum admodum culta: omissis alijs multis, Burdegala & Aruerni excellunt, & Santones & Pictaui.] Fuit certè Metropolis ciuilis Aquitaniæ secūdæ: sed & quòd Ecclesiastica fuerit nemo ambigit, cū Agathensi & Aurelianensi primo sic Cyprianus Burdigalensis Episcopus subscripserit, Agathensi quidem: [Cyprianus Episcopus de Burdigala Metropoli subscripsi.] Et Aurelianensi primo: [Cyprianus in Christi nomine Episcopus Ecclesiæ Burdigalensis Metropolis Canonum statuta nostrorum subscripsi.]

XIX.
METROPOLIS, ET PROVINCIA ELVSANA.
b Ammian. lib. 15.
c Greg. Turon. lib. 2. hist. Franc. cap. 25

Elusa nobilis olim ciuitas, & Nouempopulaniæ siue Aquitaniæ tertiæ Metropolis ciuilis, vt in Notitia Prouinciarum & ciuitatum Galliæ scribitur. Nec audiendi sunt, qui apud Ammianum [b] Marcellinum Elusam pro clusa in Narbonensi legendum arbitrantur, cum Elusa in Nouempopulania sit, non in Narbonensi. Fuit autem magna ex parte diruta ab Euarice Gothorum rege, quo in Gallias ex Hispania irrumpente, Nouempopulanæ, inquit Gregorius [c] Turonēsis, geminæque Aquitaniæ vrbes depopulatæ sunt. Attamen quod Metropolis Ecclesiastica fuerit vsque ad finem sexti sæculi, certissimè probatur ex antiquarum Synodorū subscriptionibus. Etenim sic in Agathensi legitur: [Clarus Episcopus de ciuitate Elusa Metropoli subscripsi.] Et in fine Aurelianensis primi: [Leontius Episcopus Ecclesiæ Elusanæ Metropolis subscripsi.] Adhucque Laban Episcopus Elusanus inter Metropolitanos subscribit Concilio Parisiensi quarto, anno 573. Tandem ex ordinaria rerum inconstantia, nequidem Episcopus apud eam sedit, dignitasque Metropolitica Ausciensi sedi tributa est.

XX.
METROPOLIS ET PROVINCIA NARBONENSIS.
d Ammian. lib. 15.
e Strabo lib. 4.

Narbonam inter ciuitates Prouinciæ Narbonensis ab initio primas tenuisse testatur Ammianus Marcellinus, [d] cum ait: [In Narbonensi clusa & Narbona & Tolosa principatum obtinent.] Confirmabo tamen ex Strabone, [e] cuius verba sunt: [Alterum Rhodani latus Volcæ maiori ex parte accolunt, cognomento Arecomici. Horum nauale dicitur esse Narbo, quem rectius totius Galliæ Emporium diceres, tantùm venustate reliquis anteit.] At secus est de Archiepiscopali dignitate, hanc enim Metropolim Ecclesiasticam non fuisse, nisi post Arelatum, facilè probatur ex epistola

Zosimi Papæ [a] ad Hilarium Narbonensem, qua dicitur subreptitie à Sede Apostolica paulò antea obtinuisse, vt Metropolitanus esset, ipsumque declarat gratia illa, quam sic acceperat, priuatum: [Ideo, inquit, vacuato eo quod obtinuisse à sede Apostolica subreptitie comprobaris, quia satis constitit Arelatensis Ecclesiæ Sacerdoti prisca id institutione concessum, vt non solum in prouincia Viennensi, sed etiam per duas Narbonenses, Episcopos faciat. Nam sanctæ memoriæ Trophimus, sacerdos quondam Arelatensi vrbi ab Apostolica sede transmissus, ad illas regiones tanti nominis reuerentiam primus exhibuit, & in alios non immeritò, ea quam acceperat authoritate, transfudit.] Attamen ius illud & nomen Metropolitani Ecclesiastici post mortem Zosimi Bonifacius Papa [b] eidem Hilario confirmauit, huic authoritatem ordinandorum Episcoporum tribuens, Patroclumque Arelatensem temeritatis arguens, quod in Ecclesia Luteuensi Episcopum ordinasset. Res tota huius verbis patebit: [Vnde frater carissime, ait, si ita res sunt, & Ecclesiam supradictam prouinciæ limes includit; nostra authoritate commonitus, quodquidem facere sponte deberes, desiderijs supplicantum & voluntate respecta, ad eumdem locum, in quo ordinario talis celebrata dicitur, Metropolitani iure munitus, & præceptionibus nostris fretus accede, intelligens arbitrio tuo secundum regulas Patrum quæcumque facienda sunt à nobis esse concessa: ita vt peractis omnibus, Apostolicæ sedi quicquid statueris te referente clarescat, cui totius prouinciæ suæ ordinationem liquet esse mandatam.]

Quamuis autem hæc prouincia à Gothis sæculo quinto occupata fuerit, eam tamen quantum ad Ecclesiasticam administrationem inter Gallicanas ideo recensemus, quod sub Arelatensis Episcopi authoritate manserit, vt ex Symmachi Papæ [c] epistola ad Cæsarium Arelatensem discitur: [Et in hac, inquit, parte magnopere te volumus esse solicitum, vt si quis, de Gallicana vel Hispana regionibus, Ecclesiastici ordinis atque officij, ad nos venire compulsus fuerit, cum fraternitatis tuæ notitia iter peregrinationis arripiat: vt nec honor eius per ignorantiam aliquam contumeliam patiatur, & ambiguitate depulsa, à nobis animo securo in communionis gratiam possit admitti.] Sed & obseruandum est, Vceriam ciuitatem, quæ in Notitia huiusce Prouinciæ recensetur, à Gothis haud occupatam, autocephalam factam fuisse, & à Narbona independentem. Primum facile probatur ex Gregorio Turonensi, [d] dum ait Childebertum Francorum Regem Nicetium Aruernæ, Rutenæ & Vceticæ vrbium Ducem instituisse. Huius verba sunt: [Itaque Nicetius per emissionem Eulalij à Comitatu Aruerno submotus Ducatum à Rege expetit, datis pro eo immensis muneribus. Et sic in vrbe Aruerna, Ruthena, atque Vceria Dux ordinatus est: vir valde ætate juuenis, sed acutus in sensu.] Secundum autem clarè docet diuisio terminorum Episcopatuum Prouinciæ Narbonensis, dum Gothis parebat, quæ extat in libris MSS. Ecclesiæ Toletanæ & Ecclesiæ Ouetensis, & in collectione Conciliorum Hispaniæ, quibus hæc reperiuntur.

[a] Zozimus P. epist. 8. ad Hilarium.

[b] Bonifac. P. epist. 3. ad Hilarium.

[c] Symmachus P. ep. 11. ad Cæsarium.

[d] Greg. Turon. lib. 8 cap. 18.

Narbonæ Metropoli subiaceant hæ sedes.

Beterris hæc teneat: de Staleth vsque Barcinona, de Macai vsque Ribafara;
Agatha hæc teneat: de Nusa vsque Riberam, de Gallar vsque Mirlam.

Magalona hæc teneat: de Nuſa vſque Ribogar, de Caſtello Millia vſque Angoram.

Nemauſo hæc teneat: de Buſa vſq; Angoram, de Caſtello vſque Sambiam.

Luteba hæc teneat: de Samba vſque Rabaual, de Anges vſque Montem Rufum.

Carcaſona hæc teneat: de Monte Rufo vſque Angeram, de Angoſa vſque Montana.

Elna hæc teneat: de Angera vſq; Roſinolam, de Lateroſa vſque Lamuſam.

Hæc habet Notitia antiqua Narbonenſis, ex qua prorſus fatendum eſt, cùm apud eam Vcetiæ nulla mentio fiat, hanc tunc autocephalam fuiſſe: eaque forte ratio eſt propter quam dicitur Metropolis in alia Notitia veteri, quam eruditiſſimus Andreas du Cheſne dedit ex bibliotheca clariſſimi Philberti Du Sault, qua in Prouincia Narbonenſi ſic legitur: [Caſtrum Vzetenſe, id eſt Aſtituenſium ciuitas Metropolis.] Niſi dixeris hanc Metropolim nominari, quòd Conſtantius Vzeticenſis Epiſcopus ab Hilaro[a] obtinuerit, vt in locum Hermis Narbonenſis authoritatem ordinandorum Epiſcoporum haberet: quod Metropolitanorum munus eſſe nemo neſcit.

a Hilarus epiſt. 2.

XXI. METROPOLIS, ET PROVINCIA AQVENSIS.

Aquæ Sextiæ Metropolis Narbonenſis ſecundæ in Notitia ciuili Prouinciarum & ciuitatum Galliæ. Harum mentio fit apud Plinium[b] & apud Sidonium Apollinarem.[c] Sextiæque dictæ ſunt à Sextio Caluino Saliorum domitore, qui primus vrbem illam muro cinxit, vt apud Velleium[d] Paterculum dicitur: Sextiliæ Aquæ in Mario apud Plutarchum nominantur. An autem Metropolis Eccleſiaſtica fuerit ciuitas hæc, non ita clarè apparet in monumentis antiquis Eccleſiæ Gallicanæ. Proculo Maſſilienſi conceſſa eſt à Patribus Concilij Taurinenſis authoritas ordinandorum Epiſcoporum Narbonenſis ſecundæ; cumque ipſi à Zoſimo Pontifice Romano ablata eſt, qui ordinationes ab eo factas indebitas irritaſque declarauit, eam authoritatē ad Patroclum[e] Arelatenſem pertinere ſcribit his verbis: [Vnde Metropolitani in te dignitatem atque perſonam, etiam Apoſtolicæ Sedis authoritate conſidera: in quem furtiuè locum pro indebita Synodo Proculus vſurpatum irrepſerat.] Et quis neſcit Symmachum[f] decreuiſſe circa annum 414. in epiſtola ad Cæſarium Arelatēſem, vt [Siſtam Eccleſiæ Aquenſis Antiſtes, vel alius quilibet Metropolitano Pōtifici iuxta Canonum definitionem vocatus obtemperare noluerit, nouerit ſubdendum ſe, quod non optamus, Eccleſiaſticæ diſciplinæ.] Adde quod earum Præſules inter eos qui mera dignitate Epiſcopali potiebantur, & non inter Metropolitanos ſubſcribant. Sic Auolus inter Glannatenſem & Redonenſem Aurelianenſi quinto, & Aruernenſi ſecundo inter Glannatenſem & Dinienſem, & Pientius inter Telonenſem & Deenſem Matiſconenſi ſecundo: vnus Maximus poſt Ebredunenſem Aurelianenſi quarto ſubſcribit, ſed & poſt alios ſimplices Epiſcopos. Vnde ciuitatem hanc Eccleſiaſticam Metropolim, per ſex priora ſæcula fuiſſe, vix poteſt exiſtimari.

b Plin. lib 3 cap. 4.
c Sidon. Apoll. lib. 3. carmine 23.
d Velleius Patercul. lib. 2.
e Zoſim. P. epiſt 9. ad Patroclum.
f Symmachus P. ep. 11. ad Cæſarium

XXII. METROPOLIS, ET PROVINCIA EBREDVNENSIS.

Ebrodunum, alijs Ebredunum, & Ambronum ciuitas in Alpibus maritimis ſita eſt ad Druentiam fluuium, earumque Metropolis ciuilis dicitur in Notitia Prouinciarum & Ciuitatum Galliæ. Attamen huius Epiſcopum ab initio Metropolitam non fuiſſe diſcere eſt ex Concilio Regenſi ſub Cæleſtino Papa,[g] vbi Armentarij Ebredunenſis electio, quòd abſque Metropolitani

g Concil. Regenſe can. 4.

litani voluntate facta fuisset, nulla declaratur his verbis: [Itaque ordinationem, quam Canones irritam definiunt, nos quoque cassandam esse censuimus, in qua prætermissa trium præsentia, nec expetitis comprouincialium literis, Metropolitani quoque voluntate neglecta, prorsus nihil quod Episcopum faceret ostensum est.] Postea tamen Metropolitæ dignitatem authoritatemque obtinuit, vt ex epistola Hilarij Papæ a ad Leontium, Veranum, & Victurum discitur: [Frater, inquit, & Coepiscopus noster Ingenuus Ebredunensis, Alpium Maritimarum Prouinciæ Metropolitani semper honore subnixus, in præiudicium suum, sicut adnexa declarant, quædam nos, petente fratre & Coepiscopo nostro Auxanio, statuisse commemorat, quæ vniuersis in hac eadem causa defensionibus contrairent.] Nec omittẽdum arbitror, quod in fine huius Epistolæ, Cemelenensis & Nicaensis Episcopatus sub eiusdẽ Ingenui authoritate, ab ipsomet Hilaro hæc scribente vniuntur.] Habeat itaque Pontificiũ frater & Coepiscopus noster Ingenuus Prouinciæ suæ, de cuius dudum ab Apostolica sede est illicita cessione culpatus: & custoditis omnibus, quæ super Ecclesijs Cemelenensis Ciuitatis, vel Castelli Nicaensis, sicut diximus, sanctæ memoriæ decessoris mei definiuit auctoritas, nihil Ecclesiarum iuri noceat, quod in altera memoratarũ à prædicto fratre, ad excludendam cupiditatem, quemadmodum perhibuit, ambitionis alienæ, proxime est Episcopus consecratus: sed statutæ correctionis forma permaneat, vt ad vnius Antistitis regimen prædicta loca reuertantur, quæ in duos diuidi non decuit Sacerdotes. Deus vos incolumes custodiat fratres carissimi.

a Hilarius P. epist. 4 ad Leontium &c.

NOTITIA ANTIQVA EPISCOPATVVM GALLIÆ.

ARELATENSIS PROVINCIA, QVÆ ET VIENNENSIS II.

ARELATVM Colonia Ptol. lib. 2. cap. 10. vulgò *Arles*. *Trophimus* huius primus Episcopus dicitur apud Gregorium Turon. lib. 1. histor. Franc. cap. 30. & *Marinus* subscripsit Concilio Arelatensi primo.

MASSILIA Ptol. ibid. vulgò *Marseilles*. *Oresius* huius Episcopus subscripsit Concilio Arelatensi primo, & *Proculi* Massiliensis Episcopi mentio fit Canone primo Concilij Taurinensis.

AVENIO, Auenniorum colonia Ptol. ibid. vulgò *Auignon*. *Iulianus* huius Episcopus per Pompeium Presbyterum subscripsit Concilio Agathensi, & *Salutaris* Epaonensi.

CABELLIO, Cabelliorum colonia Ptol. ibid. vulgò *Cauaillon*. *Philagrius* huius Episc. subscripsit Concilio Epaonensi, & *Prætextatus* Aurel. V.

CARPENTORACTE Plin. lib. 3. cap. 4. Ciuitas Episcopalis, apud quam Concilium celebratum est sub Felice Papa quarto, vulgò *Carpentras*. Ex eius Episcopis *Iulianus* subscripsit Concilio Epaonensi, & *Clematius* Aurel. IV.

TOLONIVM, alijs Telonium, de quo Notitia Imperij Romani, vulgo *Toulon*. *Cyprianus* huius Episcopus subscripsit Concilio Aurelianensi quarto, & *Palladius* Aurelianensi quinto.

ARAVSIO, Arausiorum colonia Ptol. lib. 2. cap. 10. vulgò *Orange*. *Constantinus* huius Episcopus nominatur inter Episcopos Galliæ legatos ad Concilium Aquileiense missos, & *Florentius* subscripsit Epaonensi.

VASIO, Vasiorum colonia Ptol. ibid. vulgò *Veson*. *Dafnus* Vasionensis subscripsit Concilio Arelatensi primo, & *Auspicius* eiusdem vrbis Episcopus fuit tempore Concilij in ea habiti.

DIA, Dea Vocontiorum Antonino in Itinerario, vulgò *Die*. *Saculatius* huius Episcopus subscripsit Concilio Epaonensi, & *Lucretius* Aurel. IV.

CIVITAS TRICASTINORVM Liuio lib. 1. Decad. 1. vulgò *S. Paul des trois Chasteaux*. Ex eius Episcopis *Florentius* subscripsit Concilio Epaonensi, & *Heraclius* Aurelianensi quarto.

PROVINCIA VIENNENSIS, QVÆ ET VIENNENSIS PRIMA.

VIENNA Ptol. lib. 2. cap. 10. vulgò *Vienne*. Dicitur Galliæ Metropolis eximia cum Lugduno, apud Euseb. libro 5. hist. Eccles. cap. 1. *Mamerti* Viennensis Episcopi meminit Greg. Turon. lib. 2 hist. cap. 34. & *Verus* subscripsit Concilio Arelatensi primo.

GENEVA Cæsari lib. 1. de bello Gallico, vulgò *Geneue*. Ex eius Episcopis *Maximus* subscripsit Concilio Epaonensi, & *Pappulus* Aurelianensi quinto.

GRATIANOPOLIS Sidon. Apoll. lib. 3. epist. 14. vulgò *Grenoble*. *Domninus* huius Episcopus nominatur inter Episcopos Galliæ Legatos ad Concilium Aquileiense missos, & *Victurius* subscripsit Epaonensi.

CIVITAS ALBENSIVM Notitiæ Prouinciarum & ciuitatum Galliæ sub Honorio factæ. Quibusdam creditur diruta, & ex ea sedes Episcopalis Viuariam vrbem proximam translata: sed alijs eadem cum Viuaria, hisque fauere videntur Notitia perantiqua Thuana, pluresque aliæ vetustæ, quibus sic legitur in descriptione Prouinciæ Viennensis: [Ciuitas Albensium Viuaria] *Venantius* Albensis Episcopus subscripsit Concilio Epaonensi, & postea idem vel alter *Venantius* Viuariensis Episcopus dicitur in Concilio Aruernensi.

VALENTIA colonia Ptol. lib. 2. cap. 10. vulgò *Valence*. *Æmilianus* huius Episc. subscripsit Concilio Valentino primo, & *Apollinaris* Epaonensi.

MAVRIANA Notitijs antiquis Ecclesiasticis Galliæ, vrbs in Valle ad Alpes Cottias, in qua Ciuitas S. Ioannis Maurianensis dicta, vulgò *S. Iean de Maurienne*. *Hiconius* Maurianensis Episcopus subscripsit Concilijs Matisconensi primo & secundo.

IN ALPIBVS GRAIIS, SEV PENNINIS.

DARANTASIA Anton. in Itiner. vulgò *La Tarantaise*. Ex eius Episcopis *Sanctus* subscripsit Concilio Epaonensi, & *Martianus* Matisconensi I.

OCTODVRVM Antonino ibid. vulgò *Martenach. Theodorus* huius Episcopus nominatur in Concilio Aquileiensi sub Damaso.

SEDVNVM Valesiorum ciuitas ad Rhodanum in Alpibus, vulgò *Syon*, vel *Sitten en Valez*, in quam sedes Episcopalis ex Octoduro translata est, post annum quingentesimum quinquagesimum secundum. *Rufus* Octodurensis Episcopus subscripsit Concilio Aurelianensi quinto, & *Heliodorus* Sedunensis Matisconensi secundo.

PROVINCIA TREVIRENSIS,

IN BELGICA PRIMA.

AVGVSTA TRIVERORVM Ptol. lib. 2. cap. 9. vulgò *Trier*, & Gallis *Treues*: Galliæ Metropolis dicitur apud Theodoretum lib. 2. hist. Eccles. cap. 15. qui *Paulinum* eius Episcopum nominat, & Sozomenus *Maximum* seu *Maximinum* libro 3. hist. Eccles. cap. 10. *Agrætius* huius etiam Episcopus subscripsit Concilio Arelatensi primo.

MEDIOMATRICVM Ammiano Marcellino libro 15. vulgò *Metz*. *Victor* huius Episcopus interfuit Concilio Agrippinensi, & *Hesperius* Aruernensi.

TVLLVM Ptol lib. 2. cap. 9. vulgò *Toul*. *Alodius* huius Episcopus subscripsit Concilio Aurelianensi quinto.

VERODVNVM Anton. in Itiner. vulgò *Verdun*. *Sanctinus* huius Episcopus interfuit Concilio Agrippinensi, & *Desideratus* Aruernensi.

IN GERMANICA PRIMA.

MOGVNTIACVM, Mocontiacum Ptol. lib. 2. c. 9. *Mayence* Gallis dicitur, Incolis *Mentz*. *Martinus* huius Episcopus interfuit Concilio Agrippinensi.

ARGENTORATVM Ptol. ibid. Gallis *Strasbourg*, Incolis *Strasburg*. *Amandus* huius Episcopus interfuit eidem Concilio.

SPIRA NEMETVM Ptol. ibid. vulgò *Speyr*, Gallis *Spire*. *Iesses* huius Episcopus adfuit eidem Concilio.

WORMACIA VANGIONVM Ammiano Marcellino libro 15. vulgò *Worms*, Gallis *Vormes*. *Victor* huius Episcopus interfuit eidem Concilio.

IN GERMANICA SECVNDA.

AGRIPPINA, Ptol. lib. 2. cap. 9. vulgò *Coeln*, Gallis *Cologne*. *Maternus* huius Episcopus subscripsit Concilio Arelatensi primo, & *Euphratas* eiusdem Episcopus in Concilio Agrippinensi exauctoratus est.

CIVITAS TVNGRORVM dictæ Notitiæ, vulgò Incolis *Tongeren*, Gallis *Tongres*. *Seruatius* huius Episcopus adfuit Concilio Agrippinensi, transtulitque sedem Episcopalem e Tungris ad Trajectum Mosæ, vbi sederunt post eum Episcopi Tungrenses, qui primum nomen retinuerunt: vnde *Domitianus* adhuc dicitur Episcopus Ecclesiæ Tungrensis in subscriptio-

nibus Concilij Aurelianensis quinti, anno 549. Tandem Sanctus *Hubertus* è Trajecto Leodium Episcopatum transtulit anno 709.

PROVINCIA REMENSIS, SEV BELGICA SECVNDA.

REMI Ammiano Marcellino lib. 15. vulgò *Reims*. *Inbetausius* Remensis Episcopus subscripsit Concilio Arelatensi primo, & *Remigij* mentio est apud Greg. Turon. lib. 2. hist. cap 31.

AVGVSTA SVESSONVM Antonino in Itinerario, vulgò *Soissons*. *Mercurius* huius Episcopus subscripsit Concilio Agrippinensi, & *Lupus* Aurelianensi primo.

CIVITAS CATVELLAVNORVM dictæ Notitiæ, vulgò *Chalons en Champagne*. *Amandinus* huius Episcopus subscripsit Concilio Turonensi primo, & *Lupus* Aruernensi.

LAVDVNVM CLAVATVM Notitijs antiquis Ecclesiasticis Galliarum, vulgò *Laon*. *Gennebaudus* huius Episcopus subscripsit Concilio Aurelianensi quinto, & *Chainoaldus* adfuit Rhemensi anno 630.

NOVIODVNVM, Neomagus Ptol. lib. 2. cap. 9. vulgò *Noyon*, in quam sedes Episcopalis ex Augusta Veromanduorum translata à sancto Eligio, qui subscripsit Concilio Cabilonensi anno 650. *Sophronius* autem Veromandensis Aurelianensi primo.

CAMERACVM, Camaracum Antonino in Itinerario, vulgò *Cambray*. *S. Vedastus* Episcopus constitutus dicitur à D. Remigio, Ecclesiæ Cameracensis & Attrebatensis, apud Baldricum in Chronico lib. 1. cap. 7. quo ait his duobus Ecclesijs ante Hunnorum irruptionem duos præfuisse Episcopos. Sedit autem in Atrebatensi, sed *Gaugericus* huic succedens ad Cameracensem vrbem sedem transtulit, licet in Atrebatensi illius diœcesis Episcopalia tractarentur: idque ita fuisse vsque ad Vrbani II. tempora, qui Atrebatensi proprium Pastorem præfecit, in Cod. MS. Bibliothecæ Thuanæ legere est. Nec id inusitatum erat prioribus sæculis, vt idem Episcopus duas proprias sedes haberet in sua diœcesi. *Bertoaldus* huius Episcopus interfuit Concilio Remensi anno 630.

TORNACVM Antonino Neruiorum ciuitas, vulgò *Tournay*. *Superior* Neruiorum Episcopus adfuit Concilio Agrippinensi.

SILVANECTVM Gregorio Turon. lib. 9. hist. cap. 20. vulgò *Senlis*. *Liuanius* huius Episcopus subscripsit Concilio Aurelianensi primo, & *Genotigernus* Aurelianensi quinto.

BELLOVACORVM CIVITAS Notitiæ Imperij Romani, vulgò *Beauuais*. *S. Lucianum* huius ciuitatis Apostolum, non pauci etiam primum Episcopum fuisse scribunt: sed Martyrologium Romanum eum Presbyterum tantum nominat. *Clementis* Bellouacensis Episcopi certiorem mentionem facit S. Audoënus Rothomagensis Episc. in vita S. Eligij Nouiomensis.

CIVITAS AMBIANENSIVM dictæ Notitiæ Galliæ, vulgò *Amiens*. *Eulogius* huius Episcopus interfuit Concilio Agrippinensi, & *Edibius* Aurelianensi primo.

TARVANNA Morinorum ciuitas, Ptol. lib.2.cap.9. vulgò *Therouane*. *Antimundus* huius Episcopus dicitur, apud Meyerum, constitutus à S. Remigio, qui & *Aremundus* vocatur in Cod. Thuano. Alterum Teruanensem Episcopum non legi in libris certioris fidei, ante *Æthernum*, cuius mentio fit in Epistola Zachariæ Papæ.

BONONIA dicta Notitiæ Galliæ, vulgò *Boulogne*, Episcopalis fuit, si credimus Hincmaro, epistola 6. ad Episcopos Remensis diœcesis cap. 18. Nusquam tamen apud priscos, Episcopi Bononiensis mentionem vidi, sed tantum à Caroli quinti temporibus, quo imperante, Taruanensis sedes translata est Bononiam, pro ea parte diœcesis quæ est in Francia, nec non Audomaropolim pro ea quæ est in Artesia, & Ipram pro tertia seu vltima parte quæ est in Flandria.

PROVINCIA LVGDVNENSIS, SEV LVGDVNENSIS PRIMA.

LVGDVNVM Ptol.lib.2.cap.8.vulgò *Lyon*, Galliæ Metropolis dicitur apud Eusebium lib.5. hist. Eccl. cap.1. *Photinus* huius Episcopus appellatur ibid. necnon *Irenæus* eius successor eodem lib. cap.6.

MATISCO Cæsari de Bello Gallico lib. 7. sub fin. vulgò *Mascon*. *Placidius* huius Episcopus subscripsit Concilio Aurelianensi tertio.

CABILONVM, Cabullinum Ptol.lib.2.cap.8. vulgò *Chalons sur Saone*. *Donatianus* huius Episcopus interfuit Concilio Agrippinensi.

CIVITAS LINGONVM dictæ Notitiæ, vulgo *Langres*. *Desiderius* huius Episcopus interfuit Concilio Agrippinensi, & *Gregorius* Epaonensi.

AVGVSTODVNVM Ptol. lib. 2. cap. 8. vulgò *Autun*. *Rheticij* huius Episcopi meminit D. Hieronym. lib. de Script. Eccles. cap. 93.

PROVINCIA ROTHOMAGENSIS, SEV LVGDVNENSIS SECVNDA.

ROTHOMAGVM, Rotomagus Ptol. lib. 2. cap. 8. vulgò *Roüen*. *Auitianus* huius Episcopus subscripsit Concilio Arelatensi primo.

EBROICA, seu ciuitas Ebroicorum dictæ Notitiæ Prouinciarum & ciuitatum Galliæ, vulgò *Eureux*. *Sanctus Taurinus* huius primus Episcopus dicitur in Martyrologio 3. Idus Augusti, & *Mauritius* primo Concilio Aurelianensi subscripsit.

LEXOVIVM, seu ciuitas Lexouiorum eidem Notitiæ, vulgò *Lisieux*. Huius Episcopus *Theodobaudis* Concilio Aurelianensi tertio subscripsit.

BAIOCA Apoll. Sidon. lib. 4. epist.18. vulgò *Bayeux*. *Leucadius* huius Episcopus subscripsit Concilijs Aurelianensibus tertio & quarto.

CONSTANTIA Notitiæ Imperij alias Brioueris, & Constantia Castra Ammiano Marcellino lib. 15. vulgò *Coutance*. *Leontianus* huius Episcopus subscripsit Concilio Aurelianensi primo, & *Lauto* Aurelianensi secundo.

ABRINCA, ciuitas Abrincatum eidem Notitiæ Imperij Romani, vulgò *Auranches*. *Nepos* huius Episcopus subscripsit Concilio Aurelianensi primo, & *Perpetuus* Aurelianensi secundo.

SAGIVM, seu Ciuitas Sagiorum eidem Notitiæ Imperij Romani, vulgò *Seez*. Huius Episcopus *Pasiuius* subscripsit Concilio Aurelianensi secundo.

OXIMVM antiquo authori vitæ sanctæ Opportunæ apud Surium, vulgò *Hiesmes*, quibusdam ciuitas Episcopalis sub Rothomago ex hoc potissimum creditur, quod in singulis Sagiensi, Baiocēsi & Lexouiensi Episcopatibus singuli sint Archidiaconi, qui Oximēses dicti sede huius nominis his tribus Episcopatibus diuisam fuisse, quasi videntur indicare. Huius forsan Episcopus fuit *Litaredus* Oxomensis dictus, qui subscripsit Conc. Aurelianensi 1. sed verisimilius ex ea sede fuit Liberalis Oximensis, cuius mentio fit in certo indiculo de quo mox dicemus.

PROVINCIA TVRONENSIS, SEV LVGDVNENSIS TERTIA.

CIVITAS TVRONORVM dictæ Notitiæ Galliæ, vulgò *Tours*. *Martinus* huius Episcopus interfuit Concilio Treuirensi, & *Gatianus* eiusdem primus Antistes dicitur apud Gregor. Turon. lib. 1. hist. Franc. cap. 30.

CIVITAS ANDICAVORVM eidem Notitiæ, vulgo *Angers*. *Talasius* huius Episcopus subscripsit Concilio Turonensi primo.

CENOMANORVM CIVITAS eidem Notitiæ Galliæ, vulgo *Le Mans*. *Victorius* huius Episcopus subscripsit Concilio Turonensi primo.

CIVITAS REDONVM eidem Notitiæ ciuitatum Galliæ, vulgò *Rénes*. *Athenius* huius Episcopus subscripsit Concilio Turonensi primo.

CIVITAS NAMNETVM eidem Notitiæ Prouinciarum Galliæ, vulgò *Nantes*. *Eusebius* huius Episcopus subscripsit Concilio Turonensi primo.

VENETIA Cæsari lib. 3. de Bello Gallico, vulgò *Vennes*. *Paternus* huius Episcopus ordinatus fuit in Concilio Venetico.

ALETVM Notitiæ Imperij Romani, vulgò *Alet*. *S. Maclouius* huius Episcopus ordinatus fuit anno Christi 541. vt in monumentis Ecclesiæ sancti Maclouij legitur. Translata autem fuit sedes Episcopalis Maclouium ciuitatē, quæ a sancto Maclouio nomen habet, anno 114‥ a Ioanne Grilleo, qui ex Abbate Begardēsi Ordinis Cisterciensis, Episcopus Aletēsis factus fuerat.

Tres alias sedes Episcopales in Britannia Armorica nimirùm, Briocum, Dolam, & Trecoram à multis sæculis extare certum est, sed harum institutio, vt verum fatear, ignoratur. Huius regionis historiæ sanctum Briocum vrbis cui nomen indidit primum Episcopum fuisse aiunt; & quidem tempore Conani Comitis sub finem quinti sæculi, vel initio sexti. In his etiam legere est Trecorensem sedem prius in Lexobia antiqua Ciuitate institutā, indeque, hac ab Hastano Danorum Rege diruta anno 836. Trecoram translatam fuisse; necnon Drenualum primum Lexobiensem Episcopum nominant, quem obijsse volunt anno Christi 92. Itemque Robertū Lexobiensem Episcopum subscripsisse sacræ Alani longi Regis Brittonum anno 683. quæ apud Argentreum extat. Quod autem ad Dolam spectat, Gregorius Turonensis lib. 10. Historiarum cap. 31. scribit Eustochium quintum Episcopum Turonensem apud Dolam, Ecclesiam instituisse. Nec pauci asserunt Sampsonē eius Præsulē fuisse, qui ex Eboraco in Anglia fugiens, inter Episcopos subscriptus legitur in Concilijs Galliæ, maximeque in Parisiensi anno 559. Ea

[illegible] valdè dubia sunt, cum quia nullus hactenus [illegible] nominatim dicitur Episcopus, ne quidē modo laudatus Sampson, in subscriptionibus dictis antiquorum Conciliorum Galliæ, licet ex alijs omnibus Episcopatibus subscripserint Præsules, tum etiam quod in veteri [illegible] re Indiculo, quem ex Bibliotheca S. Michaelis in mari, perspicacissimi ingenij Sirmūdus dedit, disertis verbis scribatur, Nomenoium Brittonum Ducem de subtrahendis Metropolitano Turonensi Britanniæ Episcopis cogitantē ex quatuor Episcopatibus septem instituisse, vnum apud Dolense Monasterium, cuius Præsulem Archiepiscopum fieri decreuit; alterū in Monasterio S. Brioci, & tertiū in S. Rabatuali, qui sedes fuit Episcopi Trecorensis. Id autem tanto verisimilius est, quod Nomenoius ille tempore Caroli Calui extitit, legiturque inter Acta Concilij Tullensis tunc celebrati, Epistola Synodica ad Festrarium Dolensem, Weinarium Aletensem, Garnibrium Briocensem, & Felicem Trecorensem Episcopos, à quibus origo dissidij, scripta, vt ad reuerentiam, obedientiamque Turonensi Metropolitæ debitam reducerentur.

OSSISMORVM Ciuitas in Notitijs antiquis inter cæteras tertiæ Lugdunēsis recensetur; vulgo antequā destrueretur, vt credūt, *Ossismor* dicta. Hanc autē Episcopalē primis sæculis fuisse, ex hoc nōnulli putāt, vt superius annotauimus, quod notitias illas Ecclesiasticas existiment: sed cum illud falsum probauerimus, & id quoque quod inferunt pro dubio habendum esse, credimus. Huius situs ne quidem apud authores certus est, cum eam quidam iuxta Trecoram, alij non longe à Leonia, collocent: hique volunt ex ea sedē Episcopalem translatam fuisse Leoniam, sed parum certò. Etenim in Concilijs antiquis Galliarum nequidem verbum fit de Ossismorum Episcopis; & in dicto Indiculo quatuor tantum adhuc numerantur Episcopatus in Brittannia Armorica tempore Caroli Calui. Addunt ex veteribus monumentis Ecclesiæ Leonensis, Sanctum Paulum huius primum Episcopum fuisse circa annum 529. sed cum in ijs non paucæ fabulæ veritati admixtæ reperiantur, ipsi viderint, nobisque satis sit rem vt dubiam proposuisse.

CORISOPITVM Antonino, vulgò *Kempercorentin. Sanctum Corentinū* huius Episcopum ordinatum à S. Martino Turonensi tradunt Britannicarum rerum scriptores: sed in antiquis Concilijs nullus Corisopitensis Episcopus legitur, & in Britannia quatuor adhuc tantum Episcopatus fuisse, regnante Carolo Caluo, in dicto indiculo legere est.

PROVINCIA SENONENSIS, SEV LVGDVNENSIS QVARTA.

CIVITAS SENONVM, dictæ Not. Ciuitatum Galliæ, vulgò *Sens. Agræcius* huius Episcopus fuit, vt testatur Apoll. Sidon. qui epistolam 5. lib. 7. ad eum scripsit circa annum 472. & *Seuerinus* adfuit Concilio Agrippinensi.

CARNVTVM Ciuitas, eidem Notitiæ, vulgò *Chartres. Auentinus* huius Episcopus subscripsit Concilio Aurelianensi primo.

ANTISIODORVM, Autisidorum Ammiano Marcellino lib. 16. vulgò *Auxerre. Simplicius* huius Episcopus interfuit Concilio Agrippinensi.

TRECÆ Greg. Turon. l. 8. c. 3. vulgò *Troyes. Optatianus* huius Episc. interfuit Conc. Agrippinensi, & *Lupus* apud Apoll. Sid. legitur lib. 4. epist. 17.

AVRELIA Apollinari Sidonio libro 8. epist. 15. vulgò *Orleans. Diopetus*

huius Episcopus interfuit Concilio Agrippinensi.

PARISII, Lucotecia Ptolem. lib.2. cap. 8. vulgò *Paris. Victorinus* huius ciuitatis Antistes interfuit Concilio Agrippinensi, & *Dionysius* primus Episcopus Parisiensis dicitur apud Greg. Turon. lib.1. hist. cap. 30.

CIVITAS MELDVORVM dictæ Notitiæ ciuitatum Galliæ, vulgò *Meaux. Medoueus* huius Episcopus subscripsit Concilio Aurelianensi quinto.

NIVERNVM Greg Turon lib. 8 cap. 1. vulgò. *Neuers. Tauricianus* huius Episcopus Epaonensi Concilio subscripsit, & *Rusticus* Aurelianensi III.

LVGDVNENSIS QVINTA, SEV MAXIMA SEQVANORVM.

VISONTIVM Ptolem. lib. 2. cap. 9. vulgò *Bezançon*. Nondum Metropolis Ecclesiastica temporibus Gregorij magni Papæ, vt supra diximus, sed sub Lugdunensi Præsule, sicut & aliæ huius Prouinciæ sedes: ciuitas tamen Episcopalis, cuius Antistes *Pancharius* interfuit Concilio Agrippinensi, & *Claudius* Epaonensi subscripsit.

AVENTICVM Ptolem. ibidem, vulgò *Auenche. Marius* huius Episcopus subscripsit Concilio Matisconensi secundo. Sedes posteà Lausannam translata est, & inde Friburgum, postquam Lausanna à Bernensibus hæreticis occupata est.

AVGVSTA RAVRACORVM Ptol. ibid. vulgò *Augst. Iustinianus* huius Episcopus interfuit Concilio Agrippinensi: sed hæc sedes Episcopalis Basileam non longè distantem ciuitatem translata est.

VINDONISSA Tacito libro quarto historiarum, vulgò *Winich. Bubulcus* huius Præsul subscripsit Concilio Epaonensi. Posteà sedes Episcopalis Constantiam ad Rhenum translata est, circa annum Christi, vt ferunt, 597.

BELICA, alijs Bellicium ciuitas, cuius sæpe fit mentio in Concilijs, vulgò *Belley* dicitur. *Vincentius* huius Episcopus subscripsit Concilio Parisiensi secundo. Hanc autem sedem Episcopalem prius fuisse apud Neuidunum seu ciuitatem Equestrium, non pauci aiunt, sed quomodo probent non video.

PROVINCIA BITVRICENSIS, SEV AQVITANICA PRIMA.

BITVRIGÆ, seu ciuitas Biturigum Notitiæ antiquæ Galliarum, vulgò *Bourges. Leo* huius Episcopus interfuit Concilio Andegauensi, & *Simplicij* eiusdem Episcopi meminit Apoll. Sidon lib. 7. epist. 5.

ARVERNORVM ciuitas Eutropio lib. 4. hist. Romanæ, vulgò *Clairmont. Stremonius* huius primus Episcopus dicitur apud Gregorium Turonensem lib. 1. cap. 30.

RVTENA Apollinari Sidonio lib. 7. epist. 6. vulgò *Rodéz. Quintianus* huius Episcopus subscripsit Concilio Agathensi, & Dalmatius Aruernensi.

ARISITA

ARISITA, seu Arisitensis Vicus Gregor. Turon. lib. 5. cap. 5. Episcopalis non longe a Rutena, cuius *Mondericum* Episcopum nominat sub Sigeberto, & Gunthramno, & *Emmon* Aresitensis adfuit Concilio Remensi sub Dagoberto.

CIVITAS CADVRCORVM dictæ Notitiæ Prouinciarum Galliæ, vulgò *Cahors*. *Boëtius* huius Episcopus subscripsit Concilio Agathensi, & *Sustratius* Aurelianensi secundo.

LEMOVICA Sidon. Appollin. lib. 7. epist. 6. vulgò *Limoges*. *Ruricius* Lemouicensis Episcopus subscripsit Concilio Aurelianensi quinto, & ante eum *Martialis* huius primus Episcopus dicitur apud Gregorium Turon. libro 1. hist. cap. 30.

GABALVM Sidonio Apoll. ibid. alijs Mimate, vulgò *Mande*. *Genialis* Diaconus pro Episcopo suo subscripsit Concilio Arelatensi primo, & *Priuatus* Gabalitanus Episcopus legitur apud Gregorium Turonensem libro 1. cap. 34.

VELLAVA, seu Ciuitas Vellauorum dictæ Notitiæ Galliæ, & Greg. Turon. lib. 10. cap. 25. apud quem eadem est ac Anicium, vulgò *le Puy en Vellay*. *Faustinus* eius sedis Episcopus legitur apud Sidonium Apollinarem libro 4. epistola 6.

CIVITAS ALBIENSIVM eidem Notitiæ, vulgò *Alby*. *Fegadius* Albigensis Episcopus dicitur in Epistola Synodica Concilij Valentini Primi, & *Diogenianus* apud Gregor. Turon. lib. 2. cap. 13.

PROVINCIA BVRDIGALENSIS, SEV AQVITANICA SECVNDA.

BVRDIGALA Ptolem. lib. 2. cap. 7. vulgò *Bordeaux*. *Orientalis* huius Episcopus subscripsit Concilio Arelatensi primo, & *Amandus* Burdegalæ Episcopus dicitur apud Gregor. Turon. lib. 2. hist. cap. 13.

AGINNVM Ptolem. ibid. vulgò *Agen*. *Bebianus* Aginnensis Episcopus subscripsit Concilio Aurelianensi quinto, & *Polemius* Parisiensi quarto.

CIVITAS ENGOLISMENSIVM dictæ Notitiæ antiquæ Prouinciarum & ciuitatum Galliæ, vulgò *Angoulesme*. *Lupicinus* eius ciuitatis Episcopus subscripsit Concilio Aurelianensi primo, & *Dynamius* Encolismensis Episcopus dicitur apud Greg. Turon. lib. 2. hist. cap. 13.

CIVITAS SANTONVM eidem Notitiæ, vulgò *Saintes*. *Petrus* Santonensis Episcopus subscripsit Concilio Aurelianensi primo, & *Eusebius* Aurelianensi quinto.

PICTAVI Ammian. Marcell. lib. 15. vulgò *Poitiers*. *Hilarius* Pictauiensis Episcopus dicitur apud Hieronymum libro de scriptoribus Ecclesiasticis, & apud Socratem lib. 3. hist. Ecclef. c. 8. nec non. *Adelfius* eiusdem Episcopus subscripsit Concilio Aurelianensi primo.

PETROCORIVM Sidon. Apoll. lib. 7. epist. 6. vulgò *Perigueux*. *Chronopius* huius Episcopus subscripsit Concilio Agathensi, & *Pegasium* Petragoriorum Episcopum nominat Greg. Turon. lib. 2. hist. cap. 13.

PROVINCIA ELVSANA, SEV NOVEMPOPVLANIA.

ELVSA, ſeu Ciuitas Eluſatium dictæ Notitiæ antiquæ Galliarum, vulgò *Eauſe*. *Mamertinus* Eluſanus Epiſcopus ſubſcripſit Concilio primo Arelatenſi, & *Clarus* ibi dictus Metropolita interfuit Agathenſi.

LACTORATIVM dictæ Notitiæ, vulgò *Lectoure*. *Vigilius* eius ciuitatis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Agathenſi, & *Aletius* Aurelianenſi quinto.

CONVENARVM Ciuitas Strab. lib. 4. vulgò, *Cominges*. *Suauis* huius Epiſcopus eidem Concilio Agathenſi ſubſcripſit, & *Amelius* Aurelianenſi quinto.

CIVITAS CONSORANNORVM dictæ Notitiæ Galliæ ſub Honorio, vulgò *Conſerans*. *Glicerius* eius Epiſcopus eidem Concilio Agathenſi ſubſcripſit, & *Theodorus* Aurelianenſi quinto.

VASATÆ Ammian. Marcellin. libro decimo quinto, vulgò *Baſas*. *Sextilius* Vaſatenſis Epiſcopus eidem Concilio Agathenſi ſubſcripſit, & *Oreſtes* Matiſconenſi ſecundo.

TARBA, Turba dictæ Notitiæ, vbi Caſtrum Bigorra, vulgò *Tarbes*. *Aper* huius Epiſcopus eidem Concilio Agathenſi ſubſcripſit, in quo dicitur Bigorritana, & *Iulianus* Bigorrenſis Aurelianenſi quarto.

ATVRVM apud Sidon. Apollin. libro 2. epiſtola 1. vulgò *Aire*, dicitur & Vico-Iulia apud Gregorium Turonenſem lib. 9. hiſt. Francor. capite 7. *Marcellus* Epiſcopus de Ciuitate Vico-Iulij ſubſcripſit eidem Concilio Agathenſi, & *Ruſticus* Matiſconenſi ſecundo.

LASCARA, quæ & Benarna dicitur in Concilijs & in dicta Notitia Galliæ, vulgò *Leſcar*. *Galactorius* Laſcarenſis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Agathenſi, & *Sauinus* Matiſconenſi ſecundo.

OLERO, ſeu Ciuitas Elloronenſium dicitur in eadem Notitia, vulgò *Oleron*. *Gratus* huius Epiſcopus ſubſcripſit eidem Concilio Agathenſi, & *Licerius* Pariſienſi quarto.

CIVITAS AVSCIORVM eidem Notitiæ, vulgò *Auſch*. *Nicetius* Auſcenſis Epiſcopus ſubſcripſit eidem Concilio Agathenſi, & *Proculeianus* Aurelianenſi ſecundo.

AQVÆ in Nouempopulania eidem Notitiæ Galliæ ſub Honorio, vulgò *Acs*. *Gratianus* Aquenſis Epiſcopus ſubſcripſit eidem Concilio Agathenſi, & *Carterius* Aurelianenſi quarto.

PROVINCIA NARBONENSIS, SEV NARBONENSIS PRIMA.

NARBO Strab. lib. 4. vulgò *Narbone*. Ad *Hilarium* Narbonenſem Epiſcopum dirigitur Epiſtola 8. Zoſimi Papæ anno circiter 417. & *Paulus* primus huius Epiſcopus dicitur apud Greg. Turon. lib. 1. hiſt. cap. 30.

TOLOSA Ptolem. lib. 2. cap. 10. vulgò *Toloſe*. *Heraclianus* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Agathenſi, & *Saturninus* primus Epiſcopus Tholoſanus dicitur apud eumdem Gregorium Turon. ibidem.

BÆTIRÆ Ptolem. ibid. vulgò *Beziers*. *Hermes* huius Episcopus nominatur in epistola 8. Hilari Papæ ad Episcopos diuersarum Prouinciarum Galliæ, & *Sedatius* Narbonensi Concilio subscripsit.

NEMAVSVM Colonia apud Ptolem. ibid. vulgò *Nisme*. *Sedatus* Nemausensis Episcopus subscripsit Concilio Agathensi, & *Pelagius* Narbonēsi.

CIVITAS LVTEVENSIVM dictæ Notitiæ ciuitatum Galliæ, vulgò *Lodéue*. *Maternus* huius Episcopus subscripsit eidem Concilio Agathensi, & *Deuterius* Aruernensi.

CASTRVM VCECIENSE eidem Notitiæ, vulgò *VZés*. *Constantius* Vcecienfis Episcopus dicitur in epistola 8. Hilari P. ad Galliæ Episcopos, & *Probatius* Agathensi Concilio subscripsit.

CARCASO Ptolem. lib. 2. cap. 10. vulgò *Carcassone*. *Sergius* eius sedis Episcopus subscripsit Concilio Narbonensi.

AGATHA Strab. lib. 4. vulgò *Agde*. *Sophronius* huius Episcopus subscripsit Concilio Agathensi, & *Tigridius* Narbonensi.

HELENA Sexto Aurel. Vict. in Epitome Historiarum, & Castrum Helenæ Eutropio lib. 10. hist. Rom. vulgò *Elna*. *Benenatus* Helenensis Episcopus subscripsit Concilio Narbonensi, & Concilio Toletano tertio, necnon *Ioannes* Hispalensi primo.

MAGALONA Antiquæ Galliarū Notitiæ Thuanæ, Insula & Ciuitas Maris Mediterranei tribus millibus distans à Monte Pessulo, præclara Volcarum vrbe, ad quam postea è Magalona sedes Episcopalis translata est, vulgò *Magalone*. *Boëtius* huius Episcopus subscripsit eisdem Concilijs Narbonensi, & Toletano tertio.

PROVINCIA AQVENSIS, SEV NARBONENSIS SECVNDA.

AQVÆ SEXTIÆ Ptolem. lib. 2. cap. 10. vulgò *Aix*. *Maximus* eius vrbis Episcopus subscripsit Concilio Aurelianensi IV. & *Auolus* Aurelianensi V.

APTA IVLIA Plinio lib. 3. cap. 4. vulgò *Apt*. *Prætextatus* huius Episcopus subscripsit Concilio Epaonensi, & *Clementinus* Aurelianensi V.

REII Sidon. Apoll. lib. 9. epist. 9. vulgò *Riez*. *Maximus* huius ciuitatis Episcopus subscripsit Concilio Regensi, & *Faustus* Reiensis Episcopus dicitur in Synodo Arelatensi sub Simplicio Papa.

FORVM-IVLII Ptolem lib. 2. cap. 10. vulgò *Frejuz*. *Acceptus* huius Episcopus dicitur in Epistola Concilij Valentini primi ad Clerum & plebem Ecclesiæ Forojuliensis, & Leo magnus scripsit epist. 91. ad *Theodorum* Forojuliensem Episcopum.

VAPINQVM Antonin. in Itin. vulgò *Gap*. *Constantius* Vapincensis Episcopus subscripsit Concilio Epaonensi, & *Vellesius* Aurelianensi quinto.

SEGESTERO, Secustero Anton. ibid. vulgò *Cisteron*. *Valerius* eius Episcopus subscripsit eidem Cōcilio Epaonensi, & *Auolus* Aurelianensi quarto.

ANTIPOLIS Ptol. lib. 2. cap. 10. vulgò *Antibe*. *Agræcius* Antipolitanus Episcopus subscripsit Concilio Agathensi, & *Euterius* Aurelianensi quarto. Ea sedes posteà Grassam Prouinciæ vrbem vicinam translata est.

PROVINCIA EBREDVNENSIS, SEV ALPIVM MARITIMARVM.

EBREDVNVM Anton. in Itin. vulgò *Ambrun*. *Armentarius* huius Episcopus dicitur in Concilio Regensi, & *Ingenuus* Ebredunensis Alpium Maritimarum Prouinciæ Metropolitanus in epist. quarta Hilari Papæ ad Leontium, Veranum, & Victurum Episcopos.

DINIA Ptol. lib. 2. cap. 10. vulgò *Digne*. *Pentadius* Diniensis Episcopus subscripsit Concilio Agathensi, & *Hilarius* Aurelianensi quinto.

CEMELENENSIS CIVITAS Hilaro P. epist. 4. vulgò *Cimies*, non longè à Nicia. *Valerianus* huius Episcopus subscripsit Concilio Regensi. Postea eius sedes Episcopalis vnita est cum Nicaensi. Et *Magnus* vtriusque Episcopus dicitur in subscriptionibus Concilij Aurelianensis quinti.


NICÆA Ptolem. lib. 3. cap. 1. vulgò *Nice*. *Amantius* huius Episcopus numeratur inter Episcopos Galliæ Legatos missos ad Aquileiense Concilium.

CIVITAS SANICIENSIVM dictæ Notitiæ Galliæ, vulgò *Senez*. *Marcellus* Saniciensis Episcopus subscripsit Concilio Agathensi, & *Simplicius* Aurelianensi quarto.

CIVITAS GLANNATINA eidem Notitiæ, vulgò *Glandeue*. *Claudius* huius Episcopus subscripsit eidem Concilio Aurelianensi quarto, & *Basilius* Aurelianensi quinto.

CIVITAS VENCIENSIVM, id est Ventio, eidem Notitiæ, vulgò *Vence*. *Deuterius* eius sedis Episcopus subscripsit Concilijs Aurelianensibus quarto & quinto, necnon Matisconensi secundo.





MAGNA BRITANNIA.

LIBER SEXTVS.



RITANNIA Insula [a] claraGræcis Latinisque monumentis, inter Septentrionem & Occidentem iacet: Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, multo maximis Europæ partibus magno interuallo aduersa. Albion ipsi nomen fuit, cùm Britanniæ vocarentur omnes Insulæ circumiacentes. Natura triquetra, [b] cuius vnum latus est contra Galliam, ad cuius angulum in Cantio fere omnes e Gallia naues appelluntur. Alterum vergit ad Hispaniam atque Occidentem solem, qua ex parte est Hybernia. Tertium est contra Septentrionem, cui parti nulla est obiecta terra, sed eius angulus lateris maximè ad Germaniam spectat. Hanc omnibus [c] cæli ac soli bonis natura donasse videtur: in qua nec rigor nimius est hyemis, nec ardor æstatis, in qua segetum tanta fœcunditas, vt muneribus vtrisque sufficiat, & Cereris & Liberi: in qua nemora sine immanibus bestijs, terra sine serpentibus noxijs: contrà pecorum mitium innumerabilis multitudo, lacte distenta, & onusta velleribus: certè, quod propter vitam diligitur, longissimi dies, & nullæ sine aliqua luce noctes, dum illa littorum extrema planities non attollit vmbras, noctisque metam cæli & syderum transit aspectus, vt sol ipse qui nobis videtur occidere, ibi appareat præterire. Hominum [d] est infinita multitudo, creberrimaque ædificia, fere Gallicis consimilia. Sed oppidum Britanni vocant, cùm syluas impeditas fossa valloque munierint, quo incursionis hominum vitandæ causa, conuenire consueuerunt. Nam Strabonis [e] tempore adhuc vrbium loco ipsis erant nemora: arboribus enim, inquit, deiectis, vbi amplum circulum sepierunt, ipsi casas ibidem sibi ponunt, & pecori stabula condunt. Postea tamen apud eam amplæ superbisque ædificijs ornatæ ciuitates instauratæ sunt.

I. ANTIQVA MAGNÆ BRITANNIÆ DESCRIPTIO.

a Plin. Hist. nat. lib 4. cap. 16.

b Cæs. de bel. Gal. lib. 5.

c Paneg. Constantio dictus.

d Cæs. vbi supra.

e Strabo lib. 4.

Porro Britanniæ pars interior [f] ab ijs colitur, quos natos in Insula ipsi memoria proditum dicunt; maritima pars ab ijs, qui prædæ ac belli inferendi causa ex Belgio transierant, qui omnes fere ijs nominibus ciuitatum appellantur, quibus orti ex ciuitatibus eò peruenerunt, & bello illato ibi reman-

II. MAGNÆ BRITANNIÆ INCOLÆ.

f Cæs. vbi supra.

a Beda lib. 1. cap. 1. serunt, atque agros colere cœperunt. Hi[a] cùm plurimam Insulæ partem possedissent, contigit gentem Pictorum de Scythia, vt perhibent, in eam descendere, ac per Septentrionales insulæ partes habitare, Austrinis per Britones occupatis. Tandem procedente tempore, post Britones & Pictos tertiam Scotorum nationem in Pictorum parte recepit: qui duce Rheuda de Hybernia egressi, vel amicitia vel ferro sibimet inter eos sedes, quas hactenus habent, vindicarunt. Picti[b] & Scoti incursionibus Britannos fatigarunt: vnde Anglorum siue Saxonum gens à Britannis, in auxilium aduersus eos inuitata est. Hi ad Orientalem partem insulæ locum manendi, quasi pro Patria pugnaturi, re autem vera hanc expugnaturi, susceperunt, ea conditione, vt pro pătriæ pãce & salute contra aduersarios militarent, illi mĭlitātibus debita stipendia conferrent. De hostibus quidem victoriam sumpsere, sed & ipsos Britones expugnarunt, adeo vt processu temporis Heptharchiam siue septimembrem Dominatum, hoc est, Cantium, Austro-Saxiam, Vvest-Saxiam, Orientalem Saxiam, Northumbriam, Merciam, & Orientalem Angliam singulis singulos reges præficientes instituerint.

b Idem lib. 1. cap 14 & 15.

Romanis[c] autem vsq; ad Iulium Cæsarem inaccessa atque incognita fuit. Is functus gradu Cõsulatus, cum Lucio Bibulo, dum contra Germanorum Gallorumque gentes, qui Rheno tantum flumine dirimebantur, bellum gereret, venit ad Morinos, vnde in Britanniam proximus & breuissimus transitus. Huius equitatus primo congressu à Britannis victus est, sed secundo prælio, magno cum suorum discrimine, victos Britannos in fugam vertit: partemque insulæ occupauit. Post eum Claudius expeditionem faciens in Britanniam insulam exercitum duxit, Iornande[d] teste, ibique sine vllo prælio ac sanguine plurimam insulæ partem in deditionem recepit.

c Idem lib. 1. cap. 2.

d Iornande lib. 1. de Re. Roman.

III.

PRIMORDIA ECCLESIÆ BRITANNICÆ.

Sed longè maiorem nobilioremque victoriam de Britannis Christus reportauit. Hic cum natus esset, vt illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum, Apostolos per orbem terrarum dispersit: ipsique Apostoli, quosdam è discipulis suis in Britanniam, prædicandi Euangelij gratia, miserunt. Inter eos Ioseph ab Arimathia & Aristobulum recensent. Sed res plane commentitia videtur quoad Ioseph ab Arimathia: at Dorotheus Tyri Episcopus in Sinopsi Aristobulum Episcopum Britanniæ factum asserit: hæcque in Menologio[e] Græcorum ad quintum decimum diem Martij, de illo leguntur: [E septuaginta discipulis erat hic vnus, sequutus est autem S. Paulum, prædicans Euangelium, & vbique terrarum ministrans illi: à quo & Episcopus ordinatus est in Britannorum regionem ferorum & sæuissimorum hominum. A quibus aliquando quidem verberibus affectus est, aliquando etiam per forum tractus, multis persuasit, vt Christo se adiungerent. Vnde & Ecclesijs constitutis, & Presbyteris & Diaconis in ea ordinatis, vitam consummauit.]

e Menolog. Græc. die 15. Mart.

Οὗτος ἦν εἷς τῶν ἑβδομήκοντα μαθητῶν, ἠκολούθει δὲ τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ Παύλῳ κηρύττων τὸ εὐαγγέλιον, εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διακονῶν αὐτῷ· ὑφ' οὗ καὶ χειροτονεῖται ἐπίσκοπος εἰς τὴν τῶν Βρεττανῶν χώραν.

Tandem[f] Marci Antonini Veri, atque Aurelij Commodi temporibus, cùm Eleutherius vir sanctus Pontificatui Romanæ Ecclesiæ præesset, misit ad eum Lucius Britannorum Rex, obsecrans vt per eius mandatum Christianus efficeretur. Mox effectum piæ postulationis consequutus est: susceptamque fidem Britanni inuiolatam integramque quieta pace seruarunt, vsque ad tempora Diocletiani principis,[g] sub quo persecutio omnibus fere ante actis diuturnior atque immanior etiam in Britannia fuit.

f Beda lib. 1. cap. 4.

g Idem cap. 6.

Hæc videntur intuitu Ecclesiæ Britannicæ, quæ tanto vetustissima existimamus, quod ab hoc tempore apud Patres & in Concilijs huius crebra mentio fiat. [Hispaniarum (inquit Tertullianus[a]) omnes termini, & Galliarum diuersæ nationes, & Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo vero subdita.] Sed & Constantinus Imperator de fide Catholica scribens, apud Theodoretum,[b] ad Episcopos absentes post Concilium Nicænum, sic ait: [Ipseque etiam in me recepi, vestram sapientiam facile assensuram, vt quod in vrbe Roma, in Italia, in tota Africa, in Ægypto, Hispania, Gallia & Britannia, in Lybia & vniuersa Græcia, in diœcesi Asiatica & Pontica, in Cilicia denique, vna & consentiente sententia conseruatur, hoc à vobis quoque lubentibus animis approbaretur.] Nec minori fide dignus est Seuerus Sulpitius,[c] dum ait tres ex Episcopis Britanniarum Ariminensi Concilio interfuisse; de quibus vnum obseruatione dignum annotat, quod nihil proprium possiderent. Huius verba referre gratum erit: [Occidentales Episcopi Ariminum cõuenere: quibus omnibus annonas & cellaria dare Imperator præceperat. Sed id nostris, id est Aquitanis, Gallis, ac Britannis indecens visum, repudiatis fiscalibus, proprijs sumptibus viuere maluerunt. Tres tantum ex Britannia, inopia proprij, publico vsi sunt, cum oblatam à cæteris collationem respuissent: sanctius putantes fiscum grauare, quam singulos. Hoc ego Gaudentium Episcopum nostrum, quasi obtrectantem referre solitum audiui. Sed longe aliter senserim: laudique attribuo Episcopis, tam pauperes fuisse, vt nihil proprium haberent, neque ab alijs potius quam fisco sumerent, vbi neminem grauabant, ita in vtrisque egregium exemplum.] At quis non obseruauit iam antea tres alios ex eadem regione adfuisse Synodo Arelatensi primæ, scilicet Eborium de ciuitate Eboracensi, Restitutum de ciuitate Lõdinensi, & Adelphium de ciuitate Colonia Londinensium. Vnum addam testem D. Chrysostomum,[d] dum ait: [Britannicæ Insulæ extra hoc mare sitæ, & quæ in ipso Oceano sunt, virtutem Verbi senserunt: sunt enim etiam illic fundatæ Ecclesiæ, & erecta altaria: illius, inquam, Verbi, &c.] Sed satis sit de antiquitate huiusce Ecclesiæ.

[a] Tertull. in adu. Iudæos cap. 7.

[b] Theodoret. lib. 1. Eccl. hist. cap. [illegible] [illegible] &c.

[c] Seuer. Sulp. l. 2.

[d] Chrysost. Quod Christus sit Deus. lib. 1. Καὶ γὰρ αἱ Βρεττανικαὶ νῆσοι, αἱ τῆς θαλάττης ἐκτὸς κείμεναι ταύτης, καὶ ἐν αὐτῷ ὄντες τῷ ὠκεανῷ, τῆς δυνάμεως τοῦ ῥήματος ᾔσθοντο· καὶ γὰρ κἀκεῖ ἐκκλησίαι καὶ θυσιαστήρια πεπήγασι.

Priusquam autem Notitiam Prouinciarum & sedium Ecclesiasticarum, quæ in Britannia institutæ sunt, aggrediamur, vnum supponere est, scilicet plagam quam Romani occupauerant, primum in duas partes ab his diuisam fuisse, Australem, quam cum Vvallia Dio superiorem vocat, & Septentrionalem, quæ inferior appellabatur; eamdemque postea in tres Prouincias distributam, Britanniam primam, Britanniam secundam, & Maximam Cæsariensem.

IV. ANTIQVA DIVISIONES BRITANNIÆ.

Stetit hæc diuisio per aliquot tempora: sed demum Britanniam quinquepartitam Romani fecerunt, his tribus Prouincijs Valentiam & Flauiam Cæsariensem addentes. Harum prior Maximæ Cæsariensis pars Séptentrionalis fuisse videtur, quam à Pictis & Scotis occupatam Theodosius sub Valente Imperatore Dux recuperauit, & in eius honorem Valentiam nominauit. Alteram verò Flauiam a Flauio Imperatore illius Theodosij filio nomen sumpsisse ex hoc conijcio, quod ante huius Flauij tempora, Britannicæ Flauiæ nusquam mentio fiat. Britannia prima omnem illum tractum oramque continebat, quæ Tamisim, Sabrinam & Britannicum fretum interjacet. Britannia secunda totam eam regionẽ occupabat, quæ nũc Vvallia dicitur,

a Sabrina ad mare Hibernicum extensa. Flauia Cæsariensis inter Tamisim & Humbrum flumina porrecta fuit. Maxima Cæsariensis ab Humbro ad Tinam flumen, & Vallum Adriani pertingebat: Valentia denique ab ijsdem Tina & Vallo Adriani ad Vallum Seueri iuxta Edimburgum protendebatur, vbi Romani Imperij, quo tempore diuisio hæc vsu recepta fuit, vltimus terminus. Singulæ singulis magistratibus parebant, scilicet Maxima Cæsariensis & Valentia Consularibus, Britanniæ vero prima & secunda, & Flauia Cæsariensis tribus Presidibus, vt in Notitia ciuili Imperij Romani legitur.

V. METROPOLEON ECCLESIASTICARVM BRITANNIÆ NVMERVS.

a Beda hist. Eccl. lib. 1. cap. 1.

b Gildas epist. de Britanniæ excidio.

Iam vero quot his Prouincijs sedes Archiepiscopales Episcopalesque prioribus sæculis fuerint, dicendum est. Britanniam vniuersam viginti & octo ciuitatibus quondam nobilissimis insignitam, scribit Beda[a]: & bis denis, bisque quaternis decoratam Gildas[b] ait. Totidem in ea Præsules extitisse, tres scilicet Archiepiscopos & Episcopos viginti quinque, testantur pene omnes Britannicarum rerum scriptores. Sedes tres Archiepiscopales in primarijs vrbibus constituunt, primam Londini ad Orientem, secundam in vrbe Legionum Caerleona ad Occidentem, & tertiam Eboraci ad Septentrionem; necnon viginti quinque sedes Episcopales eis subijciunt. At quo nitantur fundamento sane non video: maxime cum S. Augustini discipuli Britannicam Ecclesiam restaurantes, in locis parum insignibus sedes Episcopales, & quidem nunc in hac, nunc in illa ciuitate, posuerint. Vnum ego ante alia dicam, nempe certum esse, quod in Britãnia multi primis sæculis fuerint Episcopi: Idque facilè probaretur, si contrarium cuiquam dubium esse posset. Sed quis hac de veritate ambiget, cùm tres ex ijs, vt iam dictum est Concilio primo Arelatensi subscripserint; tres item Concilio Ariminensi adfuerint; & Augustinus in Britanniam veniens Concilium Episcoporum qui apud eam erant celebrarit. [Britones, inquit Beda[c] confitentes veram esse viam iustitiæ, quam prædicaret Augustinus, sed non se posse absque suorum consensu ac licentia priscis abdicare moribus, postulabant, vt secundo Synodus pluribus aduenientibus fieret. Quod cum esset statutum, venerunt vt perhibent septem Britonum Episcopi.] Vnde nunc de Metropolibus sermo conuenientius fiet.

c Beda lib. 2. cap. 2.

VI. LONDINVM ANTIQVA METROPOLIS BRITANNIÆ.

d Amm. Marcell lib. 27. & 28

e Beda lib. 2. c. 7.

Londinum prima & antiquior ex his fuisse creditur: Ammiano[d] Marcellino Augusta dicitur; & quod ætate Diui Augustini adhuc Metropolis Orientalium Saxonum esset tradit Venerabilis[e] Beda. [Horum, inquit, Metropolis Londinia ciuitas est, super ripam Thamesis fluminis posita, & ipsa multorum Emporium populorum terra marique venientium.] Sed paulò fusius huius dignitatem exprimit eruditissimus Camdemus, dum hæc ait: [Vrbs est felicissima, solo læto, & affluenti omnium rerum copia, cliuo molliter surgenti, Tamisi apposita, qui placidissimus rerum in orbe nascentium mercator, statis horis Oceani æstibus superbus, alueo tuto, præalto, & nauium quamlibet magnarum capacissimo, tantas Orientis & Occidentis opes quotidie inuehit, vt cum multis orbis Christiani Emporijs de palma contendat.]

Apud illam verò Ciuitatẽ primũ sedem Metropolitanã ferunt institutã fuisse, quo tẽpore Christianã religionẽ in Britãnia prædicarũt viri Apostolici missi ab Eleutherio, Theanumq; huius primum Archiepiscopũ extitisse, aiunt sub Lucio Rege. Nec istud parum verisimile arbitror, cum certum sit, Restitutũ

eiusdem

eiusdem Ciuitatis Pontificem Concilio Atelatensi sub Constantino magno adfuisse, & subscripsisse. Id autem confirmari volunt ex Tabula pensili, quæ in æde sancti Petri in Cornhill apud Londinum adhuc cernitur, & qua hæc sculpta sunt. [Anno Domini CLXXIX Lucius primus Christianus Rex huius terræ, Britanniæ tunc appellatæ, fundauit primam Ecclesiam Londoniæ, scilicet Ecclesiam sancti Petri in Cornhill: & fundauit illic Archiepiscopalem sedem, & fecit illam Ecclesiam Metropolitanam & primam Ecclesiam huius regni: & sic durauit spatio CCCC annorum vsque ad aduentum sancti Augustini, qui in hanc terram missus est a sancto Gregorio Ecclesiæ Doctore, tempore Regis Ethelberti. Tum verò Archiepiscopi sedes & pallium a dicta Ecclesia sancti Petri in Cornhill translata fuit Doroberniam, quæ iam vocatur Cantuaria, ibique manet ad hunc vsque diem. Et Miletus Monachus; qui cum sancto Augustino in terram venit, factus est primus Episcopus Londinensis: & sedes eius in Paulina Ecclesia constituta est. Et ille Lucius Rex fuit primus fundator Ecclesiæ S. Petri in Cornhill. Et regnauit in terra hac post Brutum MCCXLV annis.] Hæc ex Tabula antiqua Londoniensi; sed certiorem testem audiamus D. Gregorium magnum, dum sancto Augustino per epistolam præcipit, vt Londoniensi Episcopo Metropolitica dignitas conseruetur, ideoque a propria Synodo ordinetur, & cùm Eboracensi Metropolita ita sedeat, vt is eorum qui ordinatione antiquior erit primum locum habeat. Eius apud Bedam[a] verba sunt: [Vt per loca singula duodecim Episcopos ordines, qui tuæ subjaceant ditioni, quatenus Lundoniensis ciuitatis Episcopus semper in posterum à Synodo propria debeat consecrari, atque honoris pallium ab hac sancta & Apostolica (cui Deo auctore deseruio) sede percipiat.] Et infra. [Sit vero inter Lundoniensis & Eboracensis ciuitatis Episcopos in posterum honoris ista distinctio, vt ipse prior habeatur, qui prius fuerit ordinatus.]

a Beda lib. 1. c. 29.

VII. DOROVERNVM SECVNDA METROPOLIS.

Dorouernum Metropolis Cantij regni, dum Edilberthus Rex imperaret, venitque Augustinus in Britanniam, teste Beda[b], Ptolemæo[c] Daruernum dicitur, nunc autem Cantuaria. Vrbs perantiqua est, inquit Malmesburiensis, adeo vt nec exiliter parua, quæ & terræ positione, soli affinis maxima vbertate, & integro murorum ambitu, fluuijs irrigua, nemorum opportunitate inclita, præterea maris vicinitate piscium fœcunda. Cum autem in Britanniam venit S. Augustinus cũ socijs anno Christi 597, & ab Anglorum aduentu 150, dedit eis [Rex Edilberthus, inquit venerabilis[d] Beda, mansionem in ciuitate Dorouernensi, quæ imperij sui totius erat Metropolis, eisque vt promiserat, cum administratione victus temporalis, licentiam quoque prædicandi non abstulit[e]. Erat prope ipsam ciuitatem ad Orientem Ecclesia in honorem sancti Martini antiquitus facta, dum adhuc Romani Britanniam incolerent, in qua Regina, quam Christianam fuisse prædiximus, orare consueuerat. In hac ergo & ipsi primò conuenire, psallere, orare, Missas facere, prædicare & baptizare cœperunt, donec Rege ad fidem conuerso, maiorem prædicandi per omnia, & Ecclesias fabricandi vel restaurandi, licentiam acciperent. At vbi ipse etiam inter alios delectatus vita mundissima sanctorum, & promissis eorum suauissimis, quæ vera esse miracu-

b Beda lib. 1 c. 25.
c Ptol. lib. 2. cap. 3.
d Beda lib. 1 c. 25.
e Idem lib. 1. c. 26.

lorum quoque multorum ostensione firmauerunt, credens baptizatus est, cœpere plures quotidie ad audiendum verbum confluere, ac relicto gentilitatis ritu, vnitati se sanctæ Christi Ecclesiæ credendo sociare. Quorum fidei & conuersioni ita congratulatus esse Rex perhibetur, vt nullum tamen cogeret ad Christianismum, sed tantummodo credentes arctiori dilectione, quasi conciues sibi regni cælestis, amplecteretur.]

Vrbem autem hanc Metropolim Ecclesiasticam Gregorium magnum constituisse, ex ipsiusmet verbis apud Bedam [a] discitur, dum ait: [Britanniarum vero omnes Episcopos tuæ fraternitati committimus, vt indocti doceantur, infirmi persuasione roborentur, peruersi authoritate corrigantur.] & alio capite: [Et quia noua Anglorum Ecclesia ad omnipotentem Dei gratiam, eodem Domino largiente, & te laborante perducta est, vsum tibi pallij in ea ad sola Missarum solemnia agenda, concedimus, ita vt per loca singula duodecim Episcopos ordines, qui tuæ subjaceant ditioni.]

a Beda lib. 1. c. 27.
b Idem cap. 29.

VIII. DOROVERNVM SEDES PRIMATIS BRITANNIÆ.

At non solùm Metropolitam institutum fuisse Augustinum à Gregorio magno, sed etiam Primatem docet idem Gregorius apud eumdem Bedam [c]: [Tua, inquit, Fraternitas non solũ eos Episcopos quos ordinauerit, neque hos tantummodo qui Eboraci per Episcopũ fuerint ordinati, sed etiam omnes Britanniæ Sacerdotes habeat, Deo Domino nostro IesuChristo auctore, subiectos. Quatenus ex vita & lingua tuæ sanctitatis, & recte credendi & bene viuendi normam percipiant, atque officium suum fide ac moribus exequentes, ad cælestia, cum Dominus voluerit, regna pertingant.] Tandem ne ignores qua in Ecclesia Augustinus sedem Metropolitæ Primatisque instituerit, audi denuo ipsummet Bedam [d], qui quasi solus restauratæ Ecclesiæ Anglicanæ testis nobis superest. [Augustinus, inquit, vbi in regia ciuitate sedem Episcopalem (vt prædiximus) accepit, recuperauit in ea, regio fultus adminiculo, Ecclesiam quam ibi Romanorum antiquorum fidelium opere factam fuisse didicerat, & eam in nomine Saluatoris Dei & Domini nostri Iesu Christi sacrauit, atque ibidem sibi habitationem statuit, & cunctis successoribus suis.]

c Idem ibid.
d Idem lib. 1. c. 33.

IX. EBORACVM TERTIA METROPOLIS BRITANNIÆ.

Eboracum antiqua & nobilis ciuitas in Britannia recensetur apud Ptolemæum [e], necnon apud Eutropium [f], qui Constantium ibi obijsse scribit. Est, inquit eruditissimus Camdenus, vrbs Angliæ secunda huius regionis, pulcherrima, vniuersæque Septentrionali parti & præsidio & ornamento. amœna, ampla, munita, ædificijs tam priuatis quam publicis exculta, opibus ciuibusque referta, & Archiepiscopali sede præclara. Quomodo autem eius Episcopus Metropolitæ Ecclesiastici authoritatem obtinuerit, discere est ex Gregorio magno apud Bedam [g], dum hæc Augustino, quem in Britanniam Apostolum miserat præcipit: [Ad Eboracum ciuitatem te volumus Episcopum mittere, quem ipse iudicaueris ordinare: ita dumtaxat, vt si eadẽ ciuitas cum finitimis locis verbum Dei receperit, ipse quoque duodecim Episcopos ordinet, & Metropolitani honore perfruatur: quia ei, ego quoque (si vita comes fuerit) palliũ tribuere Domino fauente disponimus, quẽ tamen tuæ fraternitatis volumus dispositioni subjacere. Post obitum verò tuum, ita Episcopis quos ordinauerit, præsit, vt Lundoniensis Episcopi nullo

e Ptol. lib. 2. cap. 3.
f Eutrop. lib. 10.
g Beda lib. 1. c. 29.

modo ditioni subiaceat. Sit vero inter Lundoniensis & Eboracensis Ciuitatis Episcopos in posterum honoris ista distinctio, vt ipse prior habeatur, qui prius fuerit ordinatus.] Gregorij præceptis obediens Augustinus Paulinū ad gentē Nordanhumbrorum, hoc est, ad Anglos qui ad Aquilonarem Humbri fluminis plagam habitāt, vbi situm est Eboracum, misit. [Ipso autem prædicante, inquit Beda,[a] gens illa cum Rege suo Edvvino verbū Dei suscepit. Hic cum cunctis gentis suæ Nobilibus, ac plebe perplurima, fidem & lauacrum sanctæ regenerationis accepit, anno regni sui vndecimo, qui est annus Dñicæ Incarnationis sexcētesimus vicesimus septimus: ab aduentu vero Anglorum in Britanniam, annus circiter centesimus octogesimus. Baptizatus est autem Eboraci die sancto Paschæ, pridie Iduum Aprilium, in Ecclesia S. Petri Apostoli, quam ibidē ipse de ligno, cum catechizaretur, atque ad percipiendum baptisma imbueretur, citato opere construxit: in qua etiam ciuitate ipsi doctori atque Antistiti Paulino sedem Episcopatus donauit.] Audiens[b] autem Honorius Edvvinum cum gēte sua ad fidem conuersum, Pallium Archiepiscopale Paulino misit, sicut & Honorio tunc Dorouernensi Episcopo, mittensque hæc ad Edvvinum scripsit. [Ea vero quæ à nobis pro vestris sacerdotibus ordināda sperastis, hæc pro fidei vestræ synceritate, quæ nobis multimoda relatione per præsentium portitores laudabiliter insinuata est, gratuito animo attribuere illis sine vlla dilatione præuidimus. Et duo Pallia vtrique Metropolitanorum, id est Honorio & Paulino direximus, vt dum quis eorum de hoc sæculo ad auctorem suum fuerit accersitus, alter in loco ipsius alterum Episcopum ex hac nostra auctoritate debeat subrogare: quod quidem tam pro vestræ charitatis affectu, quam pro tantarum prouinciarum spatio, quæ inter nos & vos esse noscuntur, sumus inuitati concedere, vt in omnibus deuotioni vestræ nostrum concursum, & iuxta vestra desideria præberemus.]

a Idem lib. 2. cap. 9. & cap. 14.

b Idem lib. 2. c. 17.

X. CARLEONA QVARTA METROPOLIS BRITANNIÆ.

Carleona tandem inter Metropoles Ecclesiasticas Britanniæ numeratur à peritioribus rerum Britannicarum scriptoribus. Isca dicitur Antonino, & alijs vrbs Legionis ad Iscam fluuium, à legione secunda Augusta, quæ apud eam stante hyeme morabatur in Britannica secunda. Hanc sic describit Giraldus in Cambriæ Itinerario: [Erat hæc vrbs antiqua & autentica, à Romanis olim coctilibus muris egregiè constructa. Videas hic multa pristinæ nobilitatis vestigia, Palatia immensa, aureis olim tectorum fastigijs Romanos fastus imitantia, eò quod à Romanis principibus primò constructa, & ædificijs egregijs illustrata fuisset. Turrim giganteam, thermas insignes, templorum reliquias, & loca theatralia muris egregijs partim adhuc extantibus omnia clausa. Reperias vbique tam intra murorum ambitum, quàm extra, ædificia subterranea, aquarum ductus, hypogeosque meatus, & quod inter alia notabile censeas, stuphas vndique videas artificio miro confectas, lateralibus quibusdam, & præangustis spiraculis occultè calorem exhalantibus. Iacent hic duo nobiles, & post Albanum & Amphibalum, præcipui Britanniæ maioris protomartyres, & ibidem martyrio coronati, Iulius, scilicet & Aaron, quorum vterque Ecclesiam in vrbe insignem habebat. Tres enim egregiæ in hac vrbe antiquis temporibus fuerant Ecclesiæ. Vna Iulij martyris virginum Deo dicatarum choro venustata, altera verò B. Aaron socij eiusdem nomine fundata, & Canonicorum ordine præclaro

nobilitata. Amphibalus autem B. Albani Doctor, & fidelis ad fidem informator hinc oriundus erat. Situs vrbis egregius super Oske flumen nauigio mari influente idoneum, syluis & pratis vrbs illustrata. Hic magni illius Arthuri famosam curiam Legati adiere Romani. Vbi & Dubritius Archiepiscopus Dauidi Meneuensi cessit honorem, ab hinc Meneuiam Metropolitana sede translata.]

De Dubritio illo scribunt eum à juuenilibus annis maximum apud Britannos obtinuisse nomen, nec minus scientijs quam moribus insignem fuisse, multosque non ex vicinis solum, sed etiam ex remotis regionibus, discipulos habuisse. His scholas erexit ad Vagæ fluminis ripam, quibus assidua lectione multis annis præfuit, ac inter alios Theliaum, Sampsonem, & Aidanum obaudientes habebat. Cùm autem Germanus & Lupus in Britanniam è Gallia euocati venissent, ab ipsis Episcopus Landauensis ordinatus est: tãtamque cum Rege Arthuro, quem Britannici regni diademate, vt dicitur, donari curauit, gratiam inijt, vt Carleonensis Archiepiscopus factus fuerit; tandemque à Carleona in suam Meneuiam Archiepiscopalem sedem transtulerit, vbi ad Normanorum vsque tempora permansit, adeo vt à Meneuensi Pontifice omnes Cambrorum siue Vvallorum Episcopi, tamquam à suo Metropolita, consecrationem acciperent. Habuit autem, si Houedeno credimus, Carleonensis Metropolita, hosce suffraganeos Episcopos, Landauensem, Bangorensem, Assauensem, Vvigorniensem, Herefordensem, Cestrensem & Paternensem. Sed Houedeno haud assentiuntur plerique Britannici scriptores, qui aliquibus ex his omissis, alios ei subijciunt. Quidquid sit, omnes Carleonam Metropolim Ecclesiasticam fuisse aiunt: vnde nec huic id honoris concedere moramur, licet, vt verum fateamur, apud neminem ex authoribus, qui sex primis sæculis vixerunt, pro Metropoli Ecclesiastica, quod viderimus, habeatur. Obijt autem Dubritius ille anno salutis 522. prius in locum suum, vt diximus, ordinato Dauide magni Arthuri auunculo sanctitate & religione conspicuo, à quo & hæc sedes sancti Dauidis nomen consecuta est.

Hæc de Britanniæ Metropolibus Ecclesiasticis. Quæ verò his subiectæ fuerint sedes Episcopales, penè vnus ex antiquis refert venerabilis Beda; & nos cum eo, vt plurimum, recensebimus. Quod si eas per Prouincias digestas non dederimus, ne mireris: quandoquidem plures nunc sub vna, nunc sub altera Metropoli pro temporum varietate ipsis Metropolibus mutatis constituant Britannici scriptores. Quis autem cuiusque situs sit, in tabula Geographica videbitur.

NOTITIA ANTIQVIORVM EPISCOPATVVM MAGNÆ BRITANNIÆ.

LONDINVM Amm. Marcell. lib. 27. apud quem etiam Augusta dicitur, vulgo *London*. *Restitutus* huius Episcopus subscripsit Concilio Arelatensi primo, & *Mellitus* apud Bedam legitur lib. 2. cap. 3.

DOROVERNVM, seu Daruernum Ptol. lib. 2. cap. 3 latinis Cantuaria, vulgò *Canterbury*. *Augustinus* primus Cantuariensis Episcopus dicitur Bedæ lib. 1. cap. 29.

EBORACVM Ptolemæo ibidem, vulgò *York*. *Paulinus* primus Eboracensis Ecclesiæ Episcopus dicitur apud eundem Bedam lib. 2. cap. 19.

CARLEONA, quæ & Legio secunda Augusta Ptolem. Britonibus *Carlegion* appellabatur ex Beda lib. 2. cap. 2. *Dubritium* huius Episcopum & Metropolitam fuisse Arturi magni tempore testantur celebriores historiæ Britannicæ scriptores.

MENEVIA Vvalliæ oppidum & monasterium in Demetia (quam hodie Suthvvalliam vocant) ad angulum Britanniæ supra Hibernicum mare, vulgò S. *Dauies*. Sanctum *Dauidem* ex Abbate Meneuensem Episcopum factum fuisse tradunt historiæ Britanniarum, à quo Ciuitas S. Dauidis appellata est.

LANDAVA, vulgò *Landaff*. Ciuitas Episcopalis, cuius Episcopus *Dubritius* à SS. Germano & Luppo Gallis Episcopis ordinatus in Britanniarum historijs dicitur, qui hinc sedem primum Carleonam, & postea Meneuiam transtulit.

COLONIA Antonino, Camdeno *Colchester* vulgò dicitur. *Adelphium*. qui Arelatensi primo Concilio subscripsit, eius Episcopum fuisse, non parum probabile est.

LINDO-COLINA Ciuitas Prouinciæ Lindisi, quæ est ad meridianam Humbri fluminis ripam, teste Beda lib. 2. cap. 16. qui *Iustum* & *Honorium* huius Episcopos nominat.

RHOFI Bedæ lib. 2. cap. 6. cui vulgò *Rochester* eodem lib. cap. 3. *Iustum* primum Rhofensem Episcopum S. Augustinus ordinauit, teste eodem Beda lib. 2. cap. 3.

VECTA Insula Britanniæ Bedæ lib. 4. cap. 16. vulgò *Wict*, in qua sedes Episcopalis instituta fuit, eius incolis ad fidem Christi conuersis sub Ceadualla Rege. *Daniel* huius primus Episcopus dicitur ab eodem Beda. Nunc sedes ad Bangoriensem, quam vocant, Ecclesiam translata est.

SEOLSEIA, olim peninsula & vrbs ad Austrum, Bedæ lib. 4. c. 13. vulgò *Seolsey* nunc marinis fluctibus pene hausta, & nonnisi æstate apparens. In ea *Wilfridus* tertius Eboracensis Archiepiscopus per Egfridum Northumbriæ Regem in exilium pulsus sedem Episcopalem instituit, beneficio Wlsheri Merciorum Regis. Cicestriam posteà Sedes translata est anno 1070.

DORCINCA Britanniæ ciuitas Bedæ lib. 3. cap. 7. vulgò *Dorchester*, alijs Dorcestria, in regione Occidentalium Saxonum, qui *Birinum* eius primum Episcopum fuisse tradit sub Kinigislo illorum Rege ad fidem Christi conuerso.

VENTA Bedæ ibidem, vulgò *Winchester*, ciuitas Occidentalium Saxonum, qui diuisa Sede Dorcinensi sub Cenwalcho Rege *Winam* huius Episcopum fuisse scribit. Wintonia postea dicta est, traditque Godvvinus libro de Episcopis Angliæ ex vetusto Cod. MS. Lucium primum huius Insulæ Regem Christianum in ea sedem Episcopalem instituí curasse.

DVMMOK Bedæ lib. 2. cap. 15. Dunwicus creditur, Britanniæ ciuitas Episcopalis ad mare in Oriental i Suffolciæ parte, cuius primus Episcopus *Felix* ad instantiam Carpwaldi Orientalium Saxonum Regis institutus est, anno Christi 635. teste eodem Beda: & ab eo posteà *Felixstowe*, quasi Felicis oppidum, appellata est.

HELMHAM, oppidulum Britanniæ, in fastis Episcop. Angliæ, Venerabilis Bedæ *Northelmham*, vbi diuisa Dunwicensi diœcesi, sedes Episcopalis constituta est, cuius primus Episcopus *Bedwinus* fuit, & quæ postea Thetfordiam, indeque Nortwicum translata dicitur.

LICHFELDIA Britanniæ ciuitas in Mercia Mediterranea, vulgò *Leichfeld*, vbi Oswius Merciorum Rex Episcopalem sedem institui, eique *Dwynam* alijs *Diuman* Episcopum præfici curauit, teste Beda lib. 3. cap. 21.

WIGORNIA Bedæ, ciuitas Britanniæ Episcopalis. *Boselus*, de quo idem Beda lib. 4. cap. 23. eius sedis primus Episcopus consecratus est à Theodoro Cantuariensi.

HEREFORDIA Ciuitas Episcopalis Britanniæ Prouinciali Romano, vulgò *Hereford*. cuius primus Episcopus *Putta* ordinatus dicitur, in peritioribus Britannicarum rerum scriptoribus.

LINDISFARNIA Bedæ lib. 3. cap. 3. Insula ad oram Britanniæ, vulgò *Farnylant*. In hac *Aidanus*, fauente Oswaldo Rege Northumbrorum, sedem Episcopalem constituit, eiusque ptimus Episcopus fuit eodem Beda teste, hinc pòstea Dunelmum translata est ab Aldwino.

HAGVLSTADIA Bedæ lib. 4. cap. 12. vulgò *Auston*, ad Thinam fluuium & Cheuiotæ montis radices in Northumbria sita. *Tumber* huius Episcopus dicitur apud Bedam ibid.

CANDIDA CASA Bedæ lib. 3. cap. 4. quæ & Witerna, vulgò *Weitern*, & latinè nunc oppidum S. Martini, in Gallouidia extremisque Angliæ iuxta Scotiam finibus, inquit Malmesburiensis, sic dicta ab Ecclesia Episcopali ex lapide constructa, cuius primus Episcopus *Ninianus* dicitur apud eumdem Bedam.

Addam ORCADES insulas magnæ Britanniæ vicinas, quarum *Seruanum* Palladij discipulum primum Episcopum fuisse tradunt rerum Scoticarum scriptores.

SCOTIA.

SCOTIA, antiquis Caledonia dicta, magnæ Britanniæ pars Borealis est. Terminos habet ab Ortu Germanicum Oceanum, a Septentrione Orcades, & Deucaledonium mare, à Meridie vallum Seueri non longè ab vrbe Alcuith, de quo Beda l.1.c.12. ab Occasu vero Hyberniæ insulæ obiacet. A Scotis nomen habet, qui primum è Scythia in Hyberniam, & ex Hybernia in eam venere, quosque à Scythis haud differre arbitror, cum Belgæ, siue Germani inferiores Scythas & Scotos vno nomine *Scutten* appellent. Hanc Romanis subiectã non fuisse satis ex hoc colligere est, quod in Notitia ciuili Romani Imperij nulla huius mentio fiat. A natura Taio flumine, qui eam interfecat, diuiditur in Australem, quæ Cis-Taiana dicitur, incolarumque frequentia, honestis moribus, diuitijsque non paucis nobilior est. & Borealem, quæ Trans-Taiana, rudiorque, priscorum adhuc Scotorum barbariem aliquatenus retinet. XI. SCOTIA ANTIQVA DESCRIPTIO

Scotos Euangelij luce iam illustratos fuisse sub Cælestino Papa testatur Prosper Aquitanicus[a] cùm ait: [Ad Scotos in Christum credentes ordinatur à Papa Cælestino Palladius, & primus Episcopus mittitur.] Idemque confirmat similibus pene verbis venerabilis Beda[b]. [Anno Dominicæ Incarnationis vigesimo quadringentesimo tertio, Theodosij junioris anno Imperij octauo Palladius ad Scotos in Christum credentes à Pontifice Romanæ Ecclesiæ Cælestino primus mittitur Episcopus.] Vnde non parum errant, qui nonnisi post Augustinum, in Scotia ordinatos fuisse Episcopos existimant. Imò multos apud gentem illam temporibus Augustini extitisse, licet schismaticos & ab Ecclesia Romana diuisos, facillime colligitur ex Beda[c], dum ait Laurentium Augustini successorem ad eos scripsisse, vt ad vnitatem Ecclesiæ reuocaret. Sed & Honorium Papam ad eosdem Epistolam hac de re direxisse, quæ etiam apud Bedam extat, quis nescit?[d] XII. SCOTI PRIMIS SÆCVLIS IN FIDE EDOCTI

a Prosper Aquit. in Chron. an. 434.
b Beda lib. 1. cap. 13
c Idem lib. 2. cap. 4.
d Idem lib. 2. c. 19.

Quamuis autem sub ijsdem Ecclesiasticis legibus, ac cæteri Christianorum, viuerent Episcopi illi, in hoc tamen primis Ecclesiæ sæculis ab alijs diuersi fuisse creduntur, quod certas sedes non haberent, & singuli per vniuersam Scotiam Episcopalem exercerent authoritatem. Huius singularis consuetudinis certius, quod referunt, argumentum est, quod licet sæpius apud Bedam eorum mentio fiat, nullam tamen in Scotia sedem cui præfuerint nominat. Testem tamen proferunt Petrum Blesensem[e] errorum quorumdam Scotiæ & Hiberniæ Episcoporum, qui vbique Pontificalia exercebant, prauum morem arguentem, dum ait in epistola nomine Richardi Cantuariensis Archiepiscopi scripta. [Sed & diebus istis quidam Pseudoepiscopi Hibernienses, aut Scoticæ linguæ simulantes barbariem, cum à nullo impositionem manus acceperint, Episcopalia populis administrant. Teste quidem Apostolo, nemo sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tamquam Aaron. Illi vero non per ostium, sed aliunde intrantes Ecclesiam Christi commaculant, &, vt vituperetur ministerium nostrum, præsumptione sacrilega, dehonestant Episcopalis eminentiæ sacramentum. Cum enim gratiam sacræ vnctionis numquam acceperint, celebrant Ordines, Ecclesias dedicant, altaria consecrant, benedicunt Abbates, & sic vi- XIII. SCOTORVM EPISCOPORVM SEDES INCERTÆ A MVLTIS CREDVNTVR.

e Petrus Blesen. ep. 53.

ctum & vestitum miserè mendicantes, sacramenta nostræ redemptionis conuertunt in quæstum. Quoniam igitur ex talium administratione in Ecclesia Anglicana multiplex occasio scandali iam emersit, eosque quorum ordinatio dubia est, sacri Canones nō admittūt, vniuersitati vestræ mandamus atque præcipimus, quatenus per vestras diœceses generaliter prohibere curetis, ne tales ministrare permittantur Episcopalia, qui barbaræ nationis sunt, atque ordinationis incertæ. Sicut enim non intelligitur præcessisse dedicatio vel baptismus, vbi de talibus dubitatur; ita nec eos reputamus Episcopos, quorum consecratio ignoratur.] Vt autem quid de huius consuetudinis veritate meo iudicio sentiendum sit, exponam, mihi non parum ex hoc dubia est, quod vniuersæ Ecclesiæ legibus contraria fuerit. Barsen, Eulogium & Lazarum Monachos, non vrbis alicuius, sed honoris causa pro meritis Episcopos Valētiniani & Valentis temporibus ordinatos fuisse non ignoro, docetq; Sozomenus[a]: sed horum exemplum ita singulare est, vt vix quicquam simile in tota historia Ecclesiastica reperire sit. Adde quod, cùm Episcopi illi per Gallias vicinasque regiones vagantes, plurimos ex authoritate quam obtendebant vniuersali ordinarent, ordinationes illæ omnes quasi nullæ irritæque damnatæ sunt in Concilio Cabilonensi[b], sub Carolo Magno, hocce Decreto. [Sunt in quibusdam locis Scoti, qui se dicunt Episcopos esse, & multos negligentes absque licentia dominorum suorum siue magistrorum Presbyteros & Diaconos ordinant, quorum ordinationem, quia plerumque in simoniacam incidit hæresim, & multis erroribus subiacet, modis omnibus irritam fieri debere omnes vno consensu decreuimus.] Vagorum illorum apud omnes antiquos ordinatio incerta est, licet de alijs Scotis Episcopis legitimè ordinatis sermonem faciant. Vnde & alios ab erronibus illis diuersos fuisse, qui Eboracensi Archiepiscopo totius Britanniæ Septentrionalis Metropolitæ subessent, arbitramur. Attamen cū apud Bedam cæterosque priscos Authores nullæ his sedes assignentur, nec nos vllas antiquas referemus: sed tantum, ne penitus huius regionis status Ecclesiasticus ignoretur, duos Archiepiscopos temporis successu in Scotia institutos fuisse, subiungemus, Archiepiscopum nempe sancti Andreæ qui totius Scotiæ Primas est, & Glascoënsem.

[a] Sozomenus lib. 6 cap. 34 [illegible]

[b] Conc. Cabil. II. Can. 43.

Sub Archiepiscopo S. Andreæ octo sunt Episcopatus, videlicet.

Dunkeldensis.	Brechinensis.
Aberdonensis.	Rossensis.
Morauiensis.	Cathanensis.
Dumblauensis.	Orchadensis.

Sub Glascoënsi verò tres.

Candidæ Casæ.
Lismoriensis.
Insularum.

HIBERNIA

HYBERNIA

VNA superest ex Britannicis insulis Hybernia tantummodo, quam Britannicam insulam nominat Ptolemæus, ut ante me obseruauit Camdenus, quæque inter maiores insulas in antiquo Geographo * recensetur his verbis: [Inter insulas magnitudine & nobilitate primas fert Taprobane Indica, post eam Britannia, tertia est altera Britannorum insula Hybernia.] Hanc sic describit venerabilis Beda *: [Hybernia & latitudine sui status, & salubritate ac serenitate aerum, multum Britanniæ præstat, ita vt raro ibi nix plusquam triduana remaneat: nemo propter hyemem aut fœna secet æstate, aut stabula fabricet iumentis: nullum ibi reptile videri soleat, nullus viuere serpens valeat. Nam sæpe illo de Britannia allati serpentes, mox vt proximante terris nauigio, odore aeris illius attacti fuerint, intereant: quin potius omnia pene, quæ de eadem insula sunt, contra venenum valent. Denique vidimus, quibusdam à serpente percussis, rasa folia codicum, qui de Hybernia fuerant, & ipsam rasuram aquæ immissam, ac potui datam, talibus protinus totam vim veneni grassantis, totum inflati corporis absumpsisse ac sedasse tumorem. Diues lactis ac mellis insula, nec vinearum expers, piscium volucrumque, sed & ceruorum venatu insignis. Hæc autem propriè patria Scotorum est. Ab hac egressi tertiam in Britannia Britonibus & Pictis gentem addiderunt. Est autem sinus maris permaximus, qui antiquitus gentem Britonum à Pictis secernebat, qui ab Occidente in terras longo spatio erumpit, vbi est ciuitas Britonum munitissima vsque hodie, quæ vocatur Alcluith: ad cuius videlicet sinus partem Septentrionalem Scoti aduenientes sibi locum patriæ fecerunt.]

XIV. [illegible]

Iam quo tempore Hybernis Euangelium prædicatum fuerit, adeò certum non est: haud tamen dubium, quin apud eos primis sæculis Christiani fuerint, sicut & in Britannia magna. Non enim probabile est Palladium, qui ad Scotos à Celestino missus est, his qui apud Hyberniam degebant, fidem per se vel per alios prædicare omisisse: maximè cum Scoti tunc temporis non minus in Hybernia, quam in Caledonia habitarent. Horum Apostolum quidam sanctum Patricium Palladij successorem dicunt: sed vix mihi suaderi potest nullum ante eum Hybernis Euangelium prædicasse. Certius est hunc eximiæ sanctitatis virum tanto cum successu fidei Christianæ semen inter eos sparsisse, vt solum ipsum breui tempore sanctorum patria diceretur, ideoque totius insulæ Apostolus abhinc nominatus fuerit.

XV. Ecclesia Hybernica [illegible]

Sedit Patricius apud Armacham, teste sancto Bernardo qui hic viuum præfuisse & mortuum requieuisse scribit, vbi nunc est sedes Archiepiscopalis. Id autem à multis sæculis, vt in regionis prima Ecclesia fuisse affirmant omnes Hyberni scriptores, & eo verisimilius in Hybernia Metropolitam fuisse arbitrâtur, quod non pauci fuerint olim in ea Episcopi, vt clarè colligitur ex Epistola, quam Gregorius magnus ad eos scripsit, de his qui ex Nestoriana hæresi ad Ecclesiam reuertebantur, docens hæreticos illos nouo baptismate haud tingendos esse, qui vero semel abluti fuerant, sed

XVI. Sedes Patricii [illegible] Hybernia.

ab [illegible] [illegible], [illegible] non, [illegible] cum omnibus [illegible] fuis, & [illegible] [illegible] Amiachani Bela- [illegible]. At [illegible] videtur quantum ad Armachani [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Sc[illegible] tem- [illegible] de Hybernia [illegible] [Habet autem solet [illegible] Insula [illegible] [illegible] & ipsi etiam Epi- per Abbatem [illegible] [illegible] prouincia, & ipsi etiam Epi- scopi [illegible] debeant esse subiecti, iuxta exemplum primi Docto- ris illius, qui non Episcopus sed Presbyter extitit & Monachus.] [illegible] [illegible], si non Metropolitam, Cantuariensem [illegible] Primatem, si non Metropolitam, Cantuariensem dam [illegible], ut legitur apud eundem Venerabilem Bedam[b], dum Episcopum fuisse [illegible] [illegible] [illegible] Augustino in Episcopatu Lauren- tius de Laurentio [illegible]. [Succedit autem Augustino in Episcopatu [illegible] [illegible] [illegible], quae de Anglis [illegible] collecta, Ecclesiae [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] Britanniae incolarum, necnon & Scotorum qui Hy- berniam insulam Britanniae proximam incolunt, populis, pastoralem im- pendere sollicitudinem curabat.]

[a] [illegible]

[b] [illegible]

Caeterum [illegible] fuerint antiquae Sedes Episcopales certò dici non po- test, cum nullius [illegible] mentio fiat apud priscos historiae scriptores. Nunc in ea quatuor Archiepiscopi, Armachanus, qui etiam totius Hyberniae Pri- mas est, Dublinensis, Cassiliensis, & Tuamensis: quorum authoritati sub- ijciuntur sequentes Episcopatus iuxta Camdenum.

Archiepiscopo Armachano totius Hyberniae Primati subsunt.

Midensis vel Elnamirand.
Dunensis alias Dundalethglas.
Clochorensis, alias Lugudunensis.
Co[illegible]nerensis.
Ardachadensis.
Rathbotensis.
Rathlucensis.
Daln liguirensis.
Dearthensis.

Archiepiscopo Dublinensi parent.

Glendelacensis.
Fernensis.
Offenensis, aliàs De Canic.
Leclinensis.
Kil-darensis, aliàs Darensis.

Archiepiscopo Caßiliensi subsunt.

Laoniensis de Kendalnam.
Limnicensis.
De Insula Gathay.
De Cellumabrath.
Melicensis vel de Emilech.
Rossiensis, alias Roscreensis.
Waterfordiensis aliàs de Batilfordiam.
Lismorensis.
Clonensis, alias de Cluanania.
Corcagiensis.
De Rosalither.
Ardefertensis.

Archiepiscopo Tuamensi subijciuntur.

Duatensis, alias Killmacduoc.
De Mageo.
Enachdunensis.
De Cellaiaro.
De Rosconnon.
Clonfertensis.
Achadensis.
Ladensis, alias Killaleth.
De Conany.
De Killmunduach.
Elphinensis.



HISPANIA.

LIBER SEPTIMVS.

I. ANTIQVA HISPANIÆ DESCRIPTIO.



HISPANIAM veteres [a] ab Ibero amne primùm Iberiam, postea ab Hispano rege Hispaniam nominauerunt. Hæc inter Galliam & Africam posita, Oceani freto & Pyrenæis montibus clauditur. Sicut minor vtraque terra, ita vtraque (*saltem aliqua sui parte*) fertilior. Nam neque vt Africa violento sole torretur, neque vt Gallia assiduis ventis fatigatur: sed media inter vtramque, hinc temperato calore, inde felicibus & tempestiuis imbribus, in omnia frugum genera fœcunda est. Vno tantum Pyrenæi montis dorso adhæret Galliæ; reliquis partibus vndique in orbem mari iungitur. Similis est, inquit Strabo, [b] pelli in lōgum ab Occasu versus Ortum expansæ, itaut priores partes ad Ortum spectent, in latum à Septentrione ad Austrum: vel, vt ait Paulus Orosius [c], terrarum situ trigona est, & circumfusione Oceani Thyrrenique pelagi pene insula efficitur. Huius angulus prior spectans ad Orientem, à dextris Aquitanica Prouincia, à sinistris Balearico mari coarctatus, Narbonensium finibus inseritur. Secundus angulus Circium intendit: vbi Brigantia Calleciæ ciuitas sita, altissimam pharum, & inter pauca memorandi operis, ad speculam Britanniæ erigit. Tertius eius angulus est, qua Gades insulæ intentæ in Africum Atlantem montem, interiecto sinu Oceani, prospiciunt.

a Pompeius Trogus lib. 44. hist.

b Strabo initio lib. 3

c Paulus Orosius lib. 1.

II. ANTIQVÆ DIVISIONES HISPANIÆ.

Multas diuisiones pro temporū varietate sortita est. Prima fuit in Citeriorē & Vlteriorem, hoc est, in eam quæ cis Iberum fluuium erat, & aliam quæ vltra. [Citerior, inquit [d] Æthicus, ab Oriente incipit ex Pyrenæis saltibus, à parte Septentrionali vsque ad Cantabros Asturesque, atque per Vaccæos & Oretanos, quos ab Occasu habet, posita in nostri maris littore Carthago determinat. Hispania Vlterior habet ab Oriente Vaccæos, Celtiberos & Oretanos; à Septentrione Oceanum; ab Occasu Oceanum; à Meridie Gaditanum Oceani fretum, vnde Mare, quod Tyrrhenum vocatur, emittitur.]

d Æthic. in Cosmographia.

Postea, ab Augusto, vt Strabo [e] testatur, armis comparata per eundem in tres Prouincias diuisa est, Bæticā, Lusitaniā, & Tarraconensem. Bæticā populo Romano reliquit, in quam Prætor mittebatur: duas alias, quas sibi reseruauit, regebant duo Legati, Prætorius & Cōsularis. Idem quoque habet Ptolemæus [f] Galleciam & Carthaginensem intra fines Tarraconensis constituens:

e Strabo initio lib. 3

f Ptolem. lib. 2. c. 4.

[Hiſpaniæ,inquit,quæ apud Græcos Iberia dicitur, tres Prouinciæ ſunt, Bætica, Luſitania,ac Tarraconenſis. Bæticæ quidem latus,quod verſus Occaſũ atq; Septẽtriones eſt,terminatur a Luſitania,& pro parte à Tarraconẽſi,&c. Auſtrale autẽ finitur in exteriori pelago,Oceano & Herculeo freto:in interiori autẽ mari Iberico, pelago,&c. reliqua pars Prouinciæ verſus hyemalem ſolis Ortum, penes Balearicum pelagus fines habet: &c. Luſitaniæ Auſtrale latus, idem eſt cum Septentrionali latere Bæticæ : latus verò Septentrionale coniungitur cum Tarraconenſi Hiſpania iuxta Occidentalem plagam Dorij fluuij, cuius oſtia ad exterius erumpunt mare, &c. Hiſpaniæ denique Tarraconẽſis Occidẽtale latus occiduus alluit Oceanus: Septẽtrionale verò Cantabricus: latus autem æſtiui Ortus ſolis, terminum habet Pyrenem ab Ocaſo Promõtorio vſque ad montes, qui noſtrum mare attingunt, quo loco erectum eſt Veneris templũ. Reliqua verò Tarraconenſis latera alia circa Luſitaniam & Bæticam, alia circa Balearicũ pelagus ad Ortum hyemalẽ,&c.]

Tandem in quinque Prouincias diſtributa eſt, Luſitaniam, Bæticam, Galleciam, Carthaginenſem, Tarraconenſem. Subiectæ quidem fuerunt Tingitana in Africa & Baleares Inſulæ Vicario Hiſpaniarum, vt videre eſt in Notitia [a] ciuili Imperij, ſed ad modicum ſolummodo tempus, cum aliter eſſe cœperit, imperantibus Arcadio & Honorio, circa annũ humanæ ſalutis cccxcix. Sub his enim, Macrobio facto Præfecto Prætorio Galliarum, Proclianus eius Vicarius in Hiſpania per eas authoritatem habere deſijt, vnde & Vicarius quinque Prouinciarum tantum dictus eſt. [b] Harum autem fines ſic deſcribuntur apud Geographos. Bætica habet à Meridie mare Iberũ, à Septentrione Anam fluuium quo à Luſitania ſeparatur, extenditurque ab oſtijs fluuij Anæ vſque ad Murgim vrbẽ. Luſitania Ana & Durio fluuijs & Oceano clauſa eſt. Gallecia à Durio fluuio ad Promontorium Neriam, nunc caput Sanctæ Mariæ finis terræ dictum, protenditur; & à dicto Promontorio Boream verſus, vſque ad Victoriæ montem & fines Cantabrorum. Tarraconenſis Pyrenæis a Septentrione, Carthaginenſi Prouincia à Meridie, mari Iberico ab Ortu, & Gallecia ab Occaſu terminatur. Carthaginenſis denique à Murgi ad oram maris Iberici incipiens, & pene ad Saguntum deſinens, finitur ab Occaſu Luſitania & Bætica, à Septentrione Tarraconenſi, a Meridie etiam Bætica, & ab Ortu Mari mediterraneo. Eaſdem recenſet prouincias Notitia ciuilis Imperij Romani, apud quam etiam legitur Bæticam, Luſitaniam & Galleciam Conſulares fuiſſe, reliquas verò Præſidiales, ſaltem pro tempore quo facta eſt dicta Notitia. Sulpitius enim Seuerus vult Galleciam à Proconſule regi deſijſſe ſub Gratiano. Verùm hæc de Notitia ciuili ſufficiant.

[a] Notit. Imperij. Romani.

[b] L. 3. C. de Paganis.

III. A QVIBVS PRIMVM IN FIDE ERVDITI HISPANI

De Eccleſiaſtica dicturus, haud è re alienum arbitror, ſi ante omnia obſeruauerim cuinam Apoſtolorum prædicandi Euangelij per Hiſpanias cura obtigerit. D. Petrum Apoſtolorum Principem in eam veniſſe ſcribit Simeon Metaphraſtes. [c] Attamen huius tanti beneficij pene omnes Hiſpani ſcriptores Sanctum Iacobum maiorem Apoſtolum Zebedæi filium & Ioannis fratrem præcipuum miniſtrum faciunt. Nec ego repugnabo, cùm hæc ſententia multis & probabilibus cõiecturis, necnõ adeo antiqua traditione nitatur, authoremque habuerit, licèt primum, Iſidorum Hiſpalenſem ſub finem ſexti ſæculi. Sed non minus probabile videtur Beatum Paulum Apoſtolum

[c] Metaphraſt. in vita S. Petri.

Hispaniam visitando, hanc etiam Euangelij luce illustrasse. In eam se venturum promiserat ad Romanos [a] hæc scribens: [Cum in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteriens videam vos.] Et infra eodem capite. [Hoc cum consummauero, proficiscar per vos in Hispaniam.] Quod reuera in eam tanti muneris obeundi causa profectus sit, non pauci ex scriptoribus antiquis Græcis Latinisque testantur. [Paulus quidem, inquit Epiphanius [b], vsq; in Hispaniam profectus est, Petrus verò sæpius Pontum & Bithyniam peragrauit.] Idem non minus clarè docet Dorotheus Episcopus Tyri [c]. [Paulus post Assumptionem Domini nostri Iesu Christi ab ipso vocatus, & Apostolorum Catalogo accersitus, à Hierusalem Euangelij prædicationem exorsus, ad Illyricum vsque Italiam & Hispanias prædicãdo progressus est.] Sed audiamus D. Hieronymum [d], quomodo magnus hic Apostolus primus in Hispania prædicarit, narrantem: [Paulus Apostolus quasi turbo violentus & sæua tempestas, & tumentis maris gurges, persequebatur & nitebatur opprimere Ecclesiam Dei. Qui vocatus à Domino effusus est super faciem vniuersæ terræ, vt prædicaret Euangelium de Hierosolymis vsque ad Illyricum, & ædificaret non super alterius fundamentum, vbi iam fuerat prædicatum, sed vsque ad Hispanias tenderet, & à mari rubro, imò ab Oceano vsque ad Oceanum curreret, imitans Dominum suum & Solem iustitiæ.] Nec omittam D. Chrysostomum [e], qui animam Pauli ad Christum voce cælitus delapsa ex Iudaismo nuper conuersam, non otiosam, non in vno loco stantem, sed ab Hierusalem in Illyricum vsque currentem, & in Hispaniam abeuntem describit. Plures his addere difficile non esset: sed quis tanti nominis testibus fidem negabit, qui & prioribus post Apostolos sæculis vixerunt, & nobis ab ipso Deo veritatis præcones dati sunt.

[a] ad Rom. 15.

[b] Epiphan. aduersus hæres. lib. 1. cap. 27. Ὁ μὲν γὰρ Παῦλος καὶ ἐπὶ τὴν Σπανίαν ἀφίκετο, Πέτρος δὲ πολλάκις Πόντον τε καὶ Βιθυνίαν ἐπεσκέψατο.

[c] Doroth. Episc. Tyri in Synops.

[d] Hieronym. in cap. 5. Amos.

[e] D. Chrysost. Homil. 13. in cap. 4. 1. ad Corinth. Ἀλλ' ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἐπιτρέχοντα, καὶ εἰς Σπανίας ἀπιόντα.

Post Apostolos magna veneratione colitur B. Eugenius primus Episcopus Toletanus, quippe qui vicinas Toleto regiones fide illustrarit: sed quo tempore in Hispaniam venerit, aliqua contentio est inter historiæ peritos. Alij hunc missum volunt ab Apostolorum principe, & alij sub Decio à nostro Dionysio Parisiensi, vt supra obseruauimus. Quid autem probabiliter sentiendum, equidem non ignoro. At quamuis nil contra veritatem dicere liceat, non tamen omnis veritas, maximè quæ odium parit, proferenda est. Quidquid sit, nemini dubium esse potest, quin primis sæculis post Christi Ascensionem in Hispania Euangelium prædicatum fuerit: cùm in omnibus antiquis huiusce regionis monumentis, & Conciliorum & Martyrum & Episcoporum per illa frequens memoria fit.

IV. Institvtio Metropoleon Ecclesiasticarvm in Hispania.

Sed vt de illius Notitia dicamus, quo tempore in Prouincias Ecclesiasticas diuidi cœperit, non ita certum est, nullosque testes habemus ante Concilium Eliberitanum. Ex huius [f] Canonibus patet primas in ea Cathedras siue Metropoles, & ex consequenti Prouincias Ecclesiasticas tunc extitisse. Eius verba sunt: [Placuit vbicumque, & maximè in eo loco, in quo primæ Cathedræ constitutus est Episcopus, vt interrogentur hi qui communicatorias literas tradunt, an nomina rectè habeant, & suo testimonio comprobent.] At licet ex hoc Canone certum sit Metropoles, & proinde Ecclesiasticas Prouincias in Hispania iam institutas fuisse, attamen quæ & quot fuerint nullatenus apparet. Ego, vt verum fatear, haud certam existimo harum Notitiam, quam Garsias Loaysa dedit ex vetusto Co-

[f] Concil. Eliberit. can. 58.

dice Bibliothecæ Toletanæ, quo sic legitur: [Cæsar Constantinus imperij sui anno quarto, cùm esset in Hispania, conuocatis eius Episcopis, totam Prouinciam in sex Archiepiscopatus partitus est, decreuitque omnes peculiaribus diœcesibus & finibus contineri. Prima sedes est Narbo. Secunda Tarraco. Tertia Bracara. Quarta est Spalis. Quinta Emerita. Sexta Toletum.] Etenim quamuis sub Gothis, qui Hispaniam anno tantum quadringentesimo decimo sexto ingressi sunt, imperantibus Theodosio & Honorio, Narbona Metropolis eique subiectæ sedes Episcopales ad Hispaniam spectarint: attamen temporibus Constantini Imperatoris ex Gallijs erant, Romanoque Imperio subditæ, cum nondum à Francis nec à Gothis armis comparatæ fuissent. Adde quod Toletum haud Metropolis esset Carthaginensis Prouinciæ sub Constantino, vt inferius dicetur. Multo minus probabilis est sententia Ambrosij Morales, qui diuisionem Hispaniarum in quinque Prouincias Ecclesiasticas, exclusa Narbonensi, iam ante Cõstantinum factam asserit ex leui, vt arbitror, ratione: satis enim ex hoc refellitur, quod ab ipsomet Constantino vel eius successoribus in easdem quinque Prouincias ciuiles, ad quarum normam postea Ecclesiasticæ factæ sunt, primum diuisa sit: cùm hoc posito, quomodo fuerint ante eum quinque Metropoles & Prouinciæ Ecclesiasticæ non capiatur. Veritati conuenientius erit, si dicamus, quod facta diuisione istius diœcesis in quinque Prouincias ciuiles, scilicet Lusitaniam, Bæticam, Galleciam, Carthaginensem & Tarraconensem, Ecclesia, quæ vt plurimum ordinem Imperij secuta est, easdem Ecclesiasticas instituit, singulisque præfecit Episcopos primarum vrbium, quibus Præsides sedem fixerant, videlicet Emeritensem, Hispalensem, Bracarensem, Carthaginensem & Tarraconensem, hos Metropolitanos constituens aliarum ciuitatum. Nec mihi circa hoc quidquam verisimilius hactenus in mentem venit. Sed de singulis Metropolibus aliquid dicamus.

[a] V. Carthago nova Metropolis Hispaniæ Carthaginensis. a Isidorus lib. 15. Origin.

Carthago noua, hodie Carthagena, ciuitas Hispaniæ Tarraconensis in ora Contestanorum: hanc à Pœnis ædificatam scribit Isidorus[a] hæc habens: [Afri sub Hannibale maritima Hispaniæ occupantes Carthaginem Spartariam construxerunt, quæ à Romanis capta & Colonia facta, nomen etiam Prouinciæ dedit, nunc autem à Gothis subuersa atque in desolationem redacta est.] Huius construendæ duplex ratio fuit; vna euersio veteris Carthaginis Pœnorum coloniæ, ac Metropolis Citerioris Hispaniæ: secunda verò institutio seu ampliatio Tarraconæ per Scipiones, post deletàm veterem Carthaginem, in Metropolim Citerioris Hispaniæ erectæ. Quemadmodum enim Romani Citeriorem Hispaniam castris obfirmarunt, Carthaginenses prudenti consilio ciuitates Vlterioris Hispaniæ, quæ ex horum dominio erant, non minori cura auxerunt, vallisque muniere. Eam porro sic describit Strabo[b]: [Carthago noua, ab Asdrubale condita, eo qui Barcæ Annibalis patri successit, longè præstantissima omnium huius regionis vrbium: nam & loci natura est munitissima, & muro præclarè exstructo, & ornata est portibus & lacu, & argenteis metallis, & cum ibi tum in vicinis locis multum confit salsamentorum: estque hoc magnum emporium, vbi & mediterranei maritimas, & maritimi mediterraneas mercantur merces.] Vnde & apud eam hyemasse olim Præfectum Romanum vt in Primaria regionis docet idem Strabo[c] his verbis: [Ipse Præfectus in mariti-

b Strabo lib. 3.

c Idem lib. 3.

nis hyemare ſolet ius dicendo, maximè Carthagine aut Tarracone: per æſtatem obit Prouinciam, inſpiciens quæ quouis tempore correctionem deſiderant.]

Sed quis hanc etiam Metropolim Eccleſiaſticam, ſedemq; Archiepiſcopalē antiquitus fuiſſe non fatebitur, ſi Hectorem Carthaginenſem Epiſcopū ita ſubſcriptum Concilio Tarraconenſi anno quingenteſimo decimo ſexto legerit? [Hector Epiſcopus Metropolis Carthaginēſis ſubſcripſi.] Ne autem id amanuenſium errore ſcriptum eſſe quiſpiam ſuſpicetur, certum eſt ita legi in duobus peruetuſtis MSS. Codd. Bibliothecæ Toletanæ & Diui Laurentij. Fauet huic ſententiæ hiſtoria antiqua Hiſpaniæ ab Ambroſio Morales prolata, quæ diſertis verbis aſſerit hanc olim ciuitatem eximiam extitiſſe, vſque ad Gothorum tempora, quibus à Vandalis diruta eſt, eiuſque dignitatem Metropoliticam in Eccleſiam Toletanam tranſlatam fuiſſe; ideoque Prouinciam illam non Toletanam, ſed Carthaginenſem dictam. Huius verba ſic ab eo referuntur, quæ licet vulgari ſermone expreſſa haud omittenda eſſe duxi[a]: [Alli vuo antiquamēte dignidad de ciudad, ma agora que fue deſtruyda por los Vandalos, en el tiempo de los Godos, la dignidad fue paſſada à la Igleſia di Toledo, y aun haſta agora la Prouincia de Toledo, ſe llama Prouincia de Cartagena.] His nil clarius, attamen res tota non parum ex infra dicendis lucis accipiet.

a Chronic. antiq. Hiſpan. apud Morales lib. 12. cap. 19.

VI. Toletum Metropolis Carpetaniæ Prouinciæ.

Toletum vrbs Hiſpaniæ celebris, & Carpetanorum caput, in centrò Hiſpaniæ, ad Tagum fluuium circumfluentem, inter Burgos ad Septentrionem, Cordubam ad Meridiem, Valentiam ad Ortum, & Vliſſiponem ad Occaſum. Prouincia autem Carpetania dicta eſt, cuius Carpetani accolæ circa Toletum, citra & vltra Tagum fluuium habitantes: eoſdemque circiter limites habuit, vt aiunt Villanouanus & Morales, quos poſtea regnum Toletanum, ſed longè alios antiquitus in ordine ciuili, quam Prouincia Carthaginenſis, quæ maior fuit. Carpetanorum autem vrbes ſic deſcribit Ptolemæus[b]. [Auſtraliores Vaccæis & Areuaccibus ſunt Carpetani, in quibus vrbes: Ilurbida, Steleſta, Ilarcuris, Varada, Thermeda, Titulacia, Mantua Viſeria olim, Toletum, Complutum, Caracca, Libora Elbora olim, Iſpinum, Mentercoſa, Barnacis, Alternia, Paterniana, Riguſa, Laminium.] At multo plures in Carthaginenſi fuiſſe apud ipſum Ptolemæum videre eſt, ſicut & Carpetaniam Carthaginenſis tantum partem extitiſſe.

b Ptolem. lib. 2. c. 6

Porro Toletanum Epiſcopum Carpetaniæ Metropolitam primò habitum eſſe certo colligitur ex eius ſubſcriptione in Concilio Toletano tertio. Ea eſt: [Euphemius in Chriſti nomine Eccleſiæ Catholicæ Toletanæ Metropolitanus Epiſcopus Prouinciæ Carpetaniæ, his conſtitutionibus, quibus in vrbe Toletana interfui, annuens ſubſcripſi.] Quis enim hac cognita Metropolitæ iſtius Prouinciæ dignitatem ei negabit? An autem totius Carthaginenſis Metropolis Eccleſiaſtica olim Toletum ante Carthaginem habitum ſit, non leuis ratio dubitandi eſt: cùm ab initio longè inferior & minor vrbs fuerit Carthagine. De hoc enim loquens Liuius[c] ait: [Toletum parua vrbs, ſed loco munita.] Quid autem Strabo de Carthagine ſcripſerit, & quantum eam ſuper Toletum extollat modo vidimus. Vnde cùm Metropoles Eccleſiaſticæ eædem eſſent, vt plurimum, ac primariæ ciuitates prouinciæ cuiuſque, quin Carthagini honor ille prius delatus fuerit,

c Liuius Decad. 4. lib. 5.

nullatenus dubitare valeo. Nec parum fauere videtur Carthagini Euphemij Toletani ſubſcriptio, qui ſe tantùm Prouinciæ Carpetaniæ Metropolitam dixit in Concilio tertio Toletano. At numquid iſtud clare teſtatur [a] contentio inter Toletanum Archiepiſcopum & Epiſcopos Prouinciæ Carthaginenſis, quorum ciuitates extra Carpetaniam erant? Hi cùm a pluribus ſæculis ſubiecti fuiſſent Epiſcopo Carthaginenſi, Toletano, quantumuis huic Reges Gothi fauerent, ſubeſſe noluerunt, aſſerentes ſe ex Prouincia Carthaginenſi, Toletanum autem Epiſcopum Metropolitam ſolius Carpetaniæ Prouinciæ, ideoque nec huic niſi contra Canones obedire poſſe. His tamen obſtare volunt, in gratiam Toletani Epiſcopi, decretum à Gundemaro Rege, in conuentu, quem pro definienda contentione illa Toleti anno 610. fieri curauit, editum; & quo dignitas Metropolitana prorſus Carthaginenſi Epiſcopo denegata eſt, conceſſaque Toletano, iuxta (vt in eo dicitur) antiquos Patrum canones, non tantum in Epiſcopos Prouinciæ Carpetaniæ, ſed etiam in omnes totius Carthaginenſis. Decreti verba ſunt [b] [Illud autem, quod iam pridem in generali Synodo Concilij Toletani, à venerabili Euphemio Epiſcopo, manus ſubſcriptione notatum eſt, Carpetaniæ Prouinciæ Toletanam eſſe ſedem Metropolim, nos eiuſdem ignorantiæ ſententiam corrigimus: ſcientes proculdubio Carpetaniæ regionem non eſſe Prouinciam, ſed partem Carthaginenſis Prouinciæ, iuxta quod & antiquâ rerum geſtarum monumenta declarant. Ob hoc, quia vna eademque Prouincia eſt, decernimus, vt ſicut Bætica, Luſitania, vel Tarraconenſis Prouincia, vel reliquæ ad regni noſtri regimina pertinentes, ſecundum antiqua Patrum decreta, ſingulos noſcuntur habere Metropolitanos, ita & Carthaginenſis prouincia vnum eundemque, quem priſca Synodalis declarat auctoritas, & veneretur Primatem, & inter omnes comprouinciales ſummum honoret Antiſtitem: neque quicquam contempto eodem vltra fiat, qualia hactenus arrogantium Sacerdotum ſuperba tētauit præſumptio.] Certe ſi Decreto illi credamus, Primatum Toleto tribuendum non Carthagini quis non videt? At mihi tāto magis ſuſpectæ fidei eſt, quod Hector ſubſcribens Tarraconenſi Concilio Carthaginem Metropolim dixerit, & Euphemius nonniſi Carpetaniæ ſe Metropolitam ſcribat. Adde quod Decretum iſtud Carthaginenſem Prouinciam eandem cum Carpetania faciat, licet apud Geographos omninò diuerſa ſit: Hinc enim, an potius ex authoritate Gundemari Regis quam ex rei veritate editum ſit, locus dubitandi eſt.

a Conc. Tolet. Sub Gundemaro.

b Decret. Gundemari ad calcem Conc. Tol.

VII. Hispalis Metropolis Bæticæ Prouinciæ.

Hiſpalis, quæ & olim Spalis dicta eſt, Hiſpaniæ Bæticæ Metropolis, diuque Gothorum ſedes, qui ex ea regium Thronum Toletum ſub Leuuigildo rege circa annum 586 tranſtulerunt. Dicitur alio nomine à Plinio [c] Colonia Romulienſis. Hiſpalim autem dictam vult Iſidorus [d] à ſitu, eo quod in ſolo paluſtri, ſuffixis in profundo palis, locata ſit: ſed an huius nominis originem gratis fingat prudens lector judex ſit. Ego hanc Metropolim Eccleſiaſticam fuiſſe, non tantum ex antiquioribus Notitijs Eccleſiaſticis Hiſpaniæ, quibus ſemper hoc honoris titulo donatur, ſed etiā ex ſubſcriptione Beati Leandri, quæ in fine Concilij tertij Toletani ſic legitur, probabo: [Leander in Chriſti nomine Eccleſiæ Spalenſis Metropolitanus Prouinciæ Bæticæ, his conſtitutionibus, quibus in vrbe Toletana interfui, annuens ſubſcripſi.] Præterea cùm ſedes Regum eſſet, totius diœceſis Hiſpaniarum primaria etiam multo

c Plin. lib 3. c 1

d Iſidor. in Origin.

tempore

tempore habita est: hincque factum, vt diu Romani Pontifices Hispalensi Archiepiscopo vices suas commiserint, suamque dederint authoritatem in omnes Hispaniarum Ecclesias. Id moris antiqui certo probat epistola Simplicij Papæ [a] ad Zenonem Hispalensem Episcopum. [Plurimorum, inquit, relatu comperimus, dilectionem tuam, feruore Spiritus sancti, ita te Ecclesiæ gubernatorem existere, vt naufragij detrimenta, Deo authore, non sentiat. Talibus idcirco gloriantes indicijs, congruum duximus Vicaria sedis nostræ te authoritate fulciri, cuius vigore munitus, Apostolicæ institutionis decreta vel sanctorum terminos Patrum, nullomodo transcendi permittas: quoniam digna honoris remuneratione cumulandus est, per quem in his regionibus diuinus crescere innotuit cultus. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.] Illam tamen Vicarij sedis Apostolicæ dignitatem postea Episcopis Hispalensi & Tarraconensi ab Hormisda diuisam fuisse ex eius Epistolis ad vtrumque discimus. Hæc quidem habet ad Salustium Hispalensem [b] ei vices suas committens per Bæticam & Lusitaniam tantùm: [Vices itaque nostras per Bæticam Lusitaniamque Prouincias, saluis priuilegijs, quæ Metropolitanis Episcopis decreuit antiquitas, præsenti tibi authoritate committimus, augentes tuam huius participationē ministerij dignitatem, releuantes nostras eisdem remedio dispensationis excubias. Et licet de singulis nō indigeas edoceri, quem iam probauimus cautiùs vniuersa seruare: gratiùs tamen esse solet, si iterum trames ostendatur, & laboris injunctio superius formata monstretur. Paternas igitur regulas, & decreta à sanctis definita Concilijs, omnibus seruanda mandamus. In his vigilantiam tuā, in his curam fraternæ monitu exhortationis extendimus.] Sic etiam ad Ioannem Tarraconensem [c] scribens eum Romanæ sedis Vicarium per cæteros Hispaniæ tractus constituit. Sed huius verba conuenientius postea referentur, vbi de Tarracona.

a Simplic. P. epist. 1. ad Zenon. Hispal.

b Hormisd. ep. 26 ad Salust.

c Idem epist. 24 ad Ioan. Tarrac.

Emerita non minus illustris quam antiqua Lusitaniæ Ciuitas ad Anam fluuium sita, quam Emeritam Augustam dictam fuisse scribit Isidorus [d] à militibus emeritis Augusti, quibus incolenda data est. Eius meminit Prudentius in hymno de sancta Eulalia martyre, cuius natalitijs ornata dicitur. VIII.

EMERITA ANTIQUA LVSITANIÆ METROPOLIS.

d Isidorus lib. 15. orig.

Carmine nobilis Eulalia,
Mortis & indole nobilior,
Emeritam sacra Virgo suam,
Cuius ab vbere progenita est,
Ossibus ornat, amore colit.

Quod olim nobilissima fuerit, etiam hodie docent ruinæ, quæ solæ quasi ex eâ restant. Et sane iam inter minores Lusitaniæ vrbes, omnique dignitate, etiam Episcopali, spoliata. Hanc tamen Metropolim Ecclesiasticam antiquitus fuisse, & apud omnes veteres Notitias legitur, & in Concilio Toletano tertio, cui his terminis subscripsit Emeritensis Episcopus: [Mausona in Christi nomine Ecclesiæ Catholicæ Emeritensis Metropolitanus Episcopus Prouinciæ Lusitaniæ, his constitutionibus, quibus in vrbe Toletana interfui, manu mea subscripsi.] Eodem quoque cum honoris titulo subscripsit Innocentius decreto regis Gundemari his verbis: [Ego Innocentius Emeritensis Prouinciæ Lusitaniæ Metropolitanus Episcopus, dum in vr-

bem Toletanam pro occursu Regio aduenissem, agnitis his constitutionibus adsensum præbui, & subscripsi.] Vnde nec eam metropolim Ecclesiasticam extitisse dubitari potest: at huius sedem Archiepiscopalem primum Ouetum Vrbem, ac postea in Ecclesiam Compostellanam transtulerunt.

IX. BRACARA GALLICIÆ PROVINCIA METROPOLIS.

a Plin. lib. 4. cap. 20.
b Ptol. lib. 2. c. 6.

Bracará, siue Augusta Bracarum, antiquus conuentus ciuitatum viginti quatuor dicitur à Plinio [a]. Hanc vocat Ptolemæus [b] Bræcaram Augustam, caputque esse ait Callacorũ Bræcariorum, apud quos has vrbes dinumerat: [Quæ ad mare protenduntur, inter fluuios Minium & Doriam, tenent Callaci Bræcarij, in quibus ciuitates hæ sunt, Bræcara Augusta, Caladunum, Pinetus, Complutica, Tuntobriga.] At quod Metropolitica dignitate huius Episcopus insignitus fuerit, satis indicant verba Concilij Bracarensis secundi, quod sic incipit. [Regnante Domino nostro Iesu Christo, currente æra 610. anno 2. regis Ariamiri, die 18. Kalendarum Ianuariarum, cùm Galleciæ Prouinciæ Episcopi, tam ex Bracarensi quam ex Lucensi Synodo, cum suis Metropolitanis, præcepto præfati gloriosissimi Regis, simul in Metropolitana Bracarensi Ecclesia conuenissent.] Vnde cum Martinus Episcopus huic Cõcilio præfuisset, sic primus subscripsit: [Martinus Bracarensis Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus, his gestis subscripsi:] Eodem etiã cum nomine Pantardus ita subscripsit Concilio Toletano tertio: [Pantardus in Christi nomine Ecclesiæ Catholicæ Bracarensis Metropolitanæ Galliciæ Prouinciæ Episcopus, his constitutionibus, quibus in vrbe Toletana interfui, annuens, tam pro me, quam pro fratre meo Nitigisio Episcopo ciuitatis Lucensis, subscripsi.] Res ita perspicua est, vt nouos testes proferre soli lucem addere sit.

X. TARRACONA METROPOLIS HISPANIÆ TARRACONENSIS.

c Strabo lib. 3.

Tarracona, alijs Tarracon & Tarraco, Ciuitas antiqua amplissimaque Hispaniæ Tarraconensis, cui nomen indidit. De hac ista leguntur apud Strabonem [c]: [Inter Iberi ostia & Pyrenes extrema, vbi sunt Pompeij trophæa, prima vrbs est Tarracon, portu quidem carens, sed in sinu condita, & alijs satis instructa rebus, nunc non paucioribus quam Carthago frequentata viris. Commodè enim sita est ad Præfectorum in Hispania peregrinationes, estque Metropolis, non tantum intra Iberum sitæ Hispaniæ, sed & magnæ partis eius quæ extra est.] Differt à Tarraga vrbe non obscura in Catalaunia inter Ilerdam & Barcinonem sita, quam in Vasconibus ponit Ptolemæus [d], qui Tarraconam habet in regione Cosetanorum. Cum autem primaria fuerit regionis illius, non mirum si etiam Metropolis Ecclesiastica. Hunc honorem iam Hilari Papæ temporibus obtinuisse probat eius Epistola [e] ad Ascanium Tarraconæ & reliquos Tarraconensis Prouinciæ Episcopos, quorum querelæ de Barcinonensi Episcopo sine consensu Metropolitani Tarraconensis ordinato, his verbis respondet: [Hoc primùm, iuxta eorumdem Patrum regulas, volumus custodiri, vt nullus præter notitiam atque consensum fratris Ascanij Metropolitani aliquatenus consecretur Antistes: quia hoc & vetus ordo tenuit, hoc trecentorum decem & octo sanctorum Patrum definiuit authoritas: cui quisquis obuias tetenderit manus, eorũ se cõsortio fatetur indignum, quorũ præceptionibus resultarit.] Vnde Metropolitæ officio fungens Asiaticus præfuit Cõcilio Barcinonẽsi sub Reccaredo Rege, eiq; primus ita subscripsit: [Asiaticus in Christi nomine Episcopus Tarraconensis Metropolitanæ ciuitatis, his Constitutionibus interfui,

d Ptol. lib. 2. cap. 6.

e Hilar. P. epist. 2. ad Ascan. Tarrac.

conſenſi, & ſubſcripſi.] At hunc non tantum Metropolitam, ſed etiam Vicarium ſanctæ Sedis fuiſſe per Hiſpaniæ partem euidenter declarat Epiſtola Hormiſdæ [a] ad Ioannem Tarraconenſem, qua illi vices ſuas committit: [Quia, inquit, per inſinuationem dilectionis tuæ huius nobis eſt viæ patefacta prouidentia, remuneramus ſolicitudinem tuam, & ſeruatis priuilegijs Metropolitanorum, vices vobis Apoſtolicæ ſedis eatenus delegamus, vt inſpectis iſtis, ſiue ea quæ ad Canones pertinent, ſiue ea quæ a nobis ſunt nuper mandata, ſeruentur, ſiue ea quæ de Eccleſiaſticis cauſis tuæ reuelationi cōtigerint, ſub ſua nobis inſinuatione pandantur. Erit hoc ſtudij ac ſolicitudinis tuæ, vt talem te in his quæ iniunguntur, exhibeas, vt fidem integritatemque eius, cuius curam ſuſcipis, imiteris.]

a Hormiſdæ ep. 24. ad Ioann. Tarrac.

XI. Lvcvs Avgvsti altera Metropolis Galleciæ

Addam & Lucum Auguſti alteram Galleciæ Metropolim factam fuiſſe Sueuorum tempore. Eſt Lucus Auguſti vrbs Galleciæ adeo celebris, octodecim leucis à Cōpoſtella diſtans Mindonem verſus, ab Alfonſo Rege victis Mauris anno ſalutis ſeptingenteſimo quinquageſimo tertio recuperata, iamq; vna ex Suffraganeis Archiepiſcopi Compoſtellani. Quomodo autē honorem Metropolis adepta ſit clarè deſcribitur in Concilio [b] apud eā habito ſub Theodomiro principe, ad cuius inſtantiā illi conceſſus eſt. Huius verba ſunt. [Tempore Sueuorum ſub æra ſexcenteſima ſeptima, die Kalendarum Ianuarij, Theodomirus Princeps idem Sueuorum, Concilium in ciuitate Luco fieri præcepit, ad confirmandam fidem Catholicam, vel pro diuerſis Eccleſiæ cauſis. Poſtquam peregerunt quicquid ſe Concilio ingerebat, direxit idem Rex Epiſtolam ſuam ad Epiſcopos, qui ibidem erant congregati, continentem hæc. Cupio, ſanctiſſimi Patres, vt prouida vtilitate decernatis in Prouincia regni noſtri, quia in tota Gallecia regione, ſpatioſæ ſatis diœceſes à paucis Epiſcopis tenentur; ita vt aliquantæ Eccleſiæ per ſingulos annos vix poſſint à ſuo Epiſcopo viſitari, inſuper tantæ Prouinciæ vnus tantummodo Metropolitanus Epiſcopus eſt, & de extremis quibuſque Parochijs longum eſt ſingulis annis ad Concilium conuenire. Dum hanc Epiſtolam Epiſcopi legerunt, elegerunt in Synodo, vt Sedes Lucenſis eſſet Metropolitana, ſicut & Bracara: quia ibi erat terminus de confinitimis Epiſcopis, & ad ipſum locū Lucenſem grandis ſemper erat coniunctio Sueuorum: etiam in ipſo Concilio alias Sedes elegerunt, vbi Epiſcopi ordinarentur. Sicque poſt hæc pro vnaquaque Cathedra diœceſes & parochias diuiſerunt: ne inter Epiſcopos contentio aliquatenus fieret.] Verba ita perſpicua ſunt, vt his alias probationes addere planè ſuperfluum eſſet.

b Acta Concil. Lucenſis ſub Theodomiro.

XII. Narbonensis Provincia Gothorvm tempore inter Hispanas civiles fvit

Sed & Narbonenſem Prouinciam inter Hiſpanas dicendum eſt numerari cœpiſſe ab eo tempore, quo ſub Gothorum dominatione fuit. Quin prius Arelatenſi Archiepiſcopo ſubiecta eſſet nemini dubiū eſſe poteſt, cum huic ſoli ordinationes Epiſcoporum Narbonenſis primæ & ſecundæ ſicut & Viennenſis Zoſimus Papa [c] diſertis verbis in Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ concedat. [Iuſſimus, inquit, præcipuam ſicuti ſemper habuit Metropolitanus Epiſcopus Arelatenſium ciuitatis in ordinandis Sacerdotibus teneat authoritatem. Viennenſem, Narbonenſem primam, & Narbonenſem ſecundam prouincias ad Pontificium ſuum reuocet. Quiſquis verò poſthac contra Apoſtolicæ Sedis ſtatuta & præcepta maiorum, omiſſo Metropolitano Epiſcopo, in Prouincijs ſupra dictis quemquam ordinare præſumpſe-

c Zoſimus epiſt. 5. ad Epiſc. Galliæ.

rit, vel is qui ordinari se illicitè sciuerit, vterq; Sacerdotio se carere cognoscat.] Hæc circa annum quadringentesimum decimum septimum scripta sunt. Sed quam citò ordo ille mutatus fuerit, certo colligitur ex Bonifacij [a] Zosimi successoris epistola, qua Hilario Narbonensi potestatem ordinandorum suæ Prouinciæ Episcoporum tradit his verbis: [Ad eumdem locum in quo ordinatio talis celebrata dicitur, Metropolitani iure munitus, & præceptionibus nostris fretus accede: intelligens arbitrio tuo secundum regulas Patrum quæcumque facienda sunt à nobis esse concessa.] Harum constitutionum varietatem quispiam fortè mutationi dominationis ciuilis tribuet. Etenim circa annum quadringentesimum duodecimum, Ataulfus post captam Romam, vt ab Italia recederet, sedes ab Honorio cum Gothis suis accepit in Prouincia Narbonensi, nec non Placidiam sororem Honorij Narbonæ vxorem duxit: & paulo post Gothi primùm sedē in Hispania vindicarunt. Non tamen huius mutationis ea ratio fuit, sed veram assignat idem Bonifacius [b] dicta epistola, scilicet Nicænum decretum, quod tunc maximè obseruari curauit, cùm Patroclum Arelatensem authoritate sua abuti aduerteret. Hæc ait: [Ecce enim, vt caritas tua recognoscit ex subditis Lutubensis Ecclesiæ cleri ordinis, vel plebis, preces suas & lacrymas ad nos, quantum datur intelligi, magno cum dolore miserunt, dicentes coëpiscopum nostrum Patroclum, sua petitione cessante, in locum decedentis Episcopi nescio quem in alia Prouincia, prætermisso Metropolitano, contra Patrum regulas ordinasse. Quod nequaquam possumus ferre patienter, quia conuenit nos paternarum Sanctionum diligentes esse custodes. Nulli etenim videtur incognita Synodi constitutio Nicænæ, quæ ita præcipit, vt eadem propriè verba ponamus; per vnamquamque Prouinciam ius Metropolitanos singulos habere debere, nec cuiquam duas esse subiectas. Quod illi, quia aliter credendum non est, seruandum sancto Spiritu suggerente sibimet censuerunt. Vnde frater carissime, si ita res sunt, & Ecclesiam supradictam Prouinciæ tuæ limes includit, nostra authoritate commonitus, quodquidem facere sponte deberes, desiderijs supplicantum & voluntate respecta ad eumdem locum, &c.]

a Bonifac. P. epist. 9. ad Hilarium Narbon.

b Idem epist. 3. quæ sup.

Certè Narbonensem Prouinciam tunc inter Hispanas recenseri cœpisse, cum in Gothorum ditionem venit, non diffiteor. In eoque facile Notitijs duabus assentior, quas Garsias Loaïsa dedit ex Codice Hispalensi Diui Laurentij, quem anno Domini 962. editum esse ait: & ex alio Ecclesiæ Ouetensis literis Gothicis scripto. Attamen semper in eam, sicut in cæteras Galliæ Prouincias Arelatensem Episcopū authoritatem quamdam seruasse euidenter docet Symmachus [c] in Epistola ad Cæsarium Arelatensem, quæ hæc habet: [Manentibus siquidē his, quæ Patrū cōstituta singulis Ecclesijs concesserunt, decernimus, vt circa ea, quæ tam in Galliæ, quàm in Hispaniæ Prouincijs de causa religionis emerserint, solertia tuæ fraternitatis inuigilet: & si ratio poposcerit præsentiam Sacerdotum, seruata consuetudine, vnusquisque tuæ dilectionis commonitus authoritate conueniat.] & infrà: [Et si tam Ecclesiæ Aquensis Antistes, vel alius quilibet, Metropolitano Pontifici iuxta Canonum definitionem vocatus obtemperare noluerit: nouerit subdendum se, quod non optamus, Ecclesiasticæ disciplinæ. Et in hac parte magnopere te volumus esse solicitum, vt si quis de Gallicana, vel

c Symmach. P. ep. 5. ad Cæsar. Arel.

Hispana regionibus, Ecclesiastici ordinis atque officij, ad nos venire compulsus fuerit, cum fraternitatis tuæ notitia iter peregrinationis arripiat: vt nec honor eius per ignorantiam aliquam contumeliam patiatur, & ambiguitate depulsa à nobis animo securo in communionis gratiam possit admitti.] Nec tamen hæc obstitit Arelatensis Episcopi authoritas, quominus Episcopi Prouinciæ Narbonensis ad Cōcilia Hispaniæ vocarentur per Apostolicæ sedis Vicarios. Imo hinc factum est, vt Concilio Toletano III. Nigetius Narbonensis, Sedatus Beterrensis, Benenatus Elnensis, & Nibridius Agathensis inter Hispanos Episcopos subscripserint.

Dictis Metropolibus Prouincijsq; Toletanum Episcopum Primatis nomine & authoritate ab initio præfuisse quidam scripserunt, sed qua ratione ducti certè non intelligo. Etenim prima Sedes diœceseωn nunquam nisi in prima earum ciuitate posita est: at Toletum ab initio non fuit primaria ciuitas Hispaniæ, vt modo ex Liuio[a] diximus. Præterea si Toletanus Episcopus Primas ab initio totius fuisset Hispaniæ, huic potius quam Hispalensi & Tarraconensi vices suas proculdubio dedissent summi Pontifices, præfuissetque cunctis eius maioribus Concilijs: cum inter Primatum iura istud certum sit, quod illa cōuocarent, illisque præessent, & primi subscriberent. At quis nescit Hispalenses & Tarraconenses Episcopos, nunquam autem Toletanos, primis sex sæculis Vicariam sedis Apostolicæ dignitatem per Hispanias obtinuisse, necnon Melantium Toletanum Episcopum decimo tertio tantum loco subscripsisse Concilio Eliberitano: Euphemiumque eiusdem vrbis Pontificem tertio Concilio Toletano, licet præsentem, non præfuisse, sed beatum Leandrum Hispalensem Metropolitanum & sanctæ Sedis Vicarium, vel secundum alios, Mausonam Metropolitanum Emeritensem? Toletanum quibusdam Prouincialibus Concilijs præfuisse non ignoramus; sed cùm alij Metropolitani alijs etiam Prouincialibus præfuerint, nec tamen Primates totius Hispaniæ habiti sint, nec illum pro Primate agnoscendum esse quasi certum videtur. Adde quod, nequidem iuxta probabiliorem sententiam, totius Carthaginensis Prouinciæ pacificus Metropolitanus fuit, nisi sub Gundemaro rege, sed Carpetaniæ solius, quæ partem vrbium Carthaginensis tantum complectebatur, vt ex subscriptione Euphemij Toletani Episcopi modo diximus, qui se Carpetaniæ Prouinciæ tantum Metropolitam nominauit in Concilio Toletano III. Licet enim Gundemarus pluresque cum illo Episcopi, qui adfuerunt eiusdem ciuitatis conuentui anno sexcentesimo decimo celebrato aduersus Episcopos quosdā Carthaginensis Prouinciæ, qui à pluribus sæculis subiecti Metropolitano Carthaginensi obedientiam præstare Toletano recusabant, asserant Toletum à multis annis iam totius Carthaginensis Metropolim fuisse antiquorū Patrum Synodi sententia. Attamen cū Hector Carthaginensis Episcopus Metropolitani cum nomine subscripserit, vt diximus, Concilio Tarraconensi anno quingentesimo decimo sexto: Euphemiusque Concilio Toletano subscribens se Carpetaniæ Prouinciæ tantum Metropolitam nominet: necnon Carthaginensem & Carpetaniam Prouincias vnam fuisse dicant, quæ tamen apud Geographos plane diuersæ sunt ex Strabone[b]: Carthagoq; longè tunc ciuitas nobilior esset Toleto, mihi dubia vidētur Decreti verba. Toletum ab eo tempore quo sedes Gothorum Regum fuit, vrbsque regia

XIII. QVANDO TOLETVM SEDES PRIMATIS FVERIT.

[a] Liuius Decad. 4. lib. 5.

[b] Strabo vbi supra.

dici cœpit, Metropolim fuisse eiusque Episcopum Metropolitani munia in Prouincia Carpetania obiisse non renuo: sed & scio vix eius per vniuersam Hispaniam Primatum ab omnibus acceptum fuisse, vsque ad duodecimum Concilium Toletanum celebratum anno Christi sexcentesimo octogesimo primo, quo non tantum Metropolita Prouinciæ Carthaginensis confirmatus, verum etiam Primas totius Hispaniæ institutus fuit. Canonis sexti [a] verba sunt. [Vnde placuit omnibus Pontificibus Hispaniæ, vt saluo priuilegio vniuscuiusque Prouinciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quoscumque regalis potestas elegerit, & iam dicti Toletani Episcopi iudicio dignos esse probauerit, in quibuslibet Prouincijs, in decedentium Sedibus præficere Præsules, & decedentibus Episcopis eligere successores: sic tamen vt quisquis fuerit ille ordinatus, post ordinationis suæ tempus infra trium mẽsium spatium proprij Metropolitani præsentiam visurus accedat.] Ab eo tempore Toletanum Archiepiscopum nationalibus Hispaniæ Concilijs præfuisse certum est. Sed non multò post à tanta dignitate excidit, cum post tricesimum & tertium annum ab hoc Concilio regnum Gothicum euersum fuerit, totaque Hispania, paucis montanis regionibus exceptis, Sarracenorum imperio subiecta per trecentos sexaginta & octo annos. Sed de his, cum Notitiæ nostræ limites excedant, alij. Iam quæ sub vnaquaque Metropoli sedes Episcopales antiquæ reperiantur dicamus. Eas autem omnes, quæ per sex Ecclesiæ prima sæcula fuisse leguntur, licet non semper eodem tempore extiterint, referemus: maxime cum hac in Notitia cognitionem Episcopatuum qui per illa fuerunt, inquiramus.

[a] Concil. Toletan. 14. can. 6.

NOTITIA ANTIQVA EPISCOPATVVM HISPANIÆ.

PROVINCIA CARTHAGINENSIS.

TOLETVM Ptolemæo lib. 2. cap. 6. vulgò *Toledo*. Ex eius Episcopis *Melanthius* subscripsit Concilio Eliberitano, & *Euphemius* Toletano tertio.

CARTHAGO Ptol. ibid. vulgò *Carthagena*. *Hector* Episcopus Carthaginensis Metropolis subscripsit Concilio Tarraconensi, tempore Hormisdæ Papæ.

COMPLVTVM Ptol. ibid. vulgò *Alcala de Henares*. *Præsidius* Complutensis Episcopus subscripsit Concilio Toletano sub Gundemaro, & *Hilarius* Toletano quarto.

OXOMA Ptol. ibid. alijs Vxama, vulgò *Osma*. *Ioannes* eius ciuitatis Episcopus subscripsit Concilio Toletano sub Reccaredo, necnon *Gregorius* Toletano sub Gundemaro.

PALLENTIA Ptol. ibid. vulgò *Palentia*. *Tonantius* vel *Conantius* huius sedis Antistes subscripsit Concilio Toletano III. & Toletano sub Gundemaro.

VALERIA Ptol. ibid vulgo *Valera la Vieja. Magnentius* huius Episcopus interfuit Concilio Toletano sub Gundemaro.

SEGONTIA Ptol. ibid. Saguntum Strab. lib 3. vulgo *Siguença. Protogenes* Segontinus Episcopus interfuit Concilijs Toletano tertio, & Toletano sub Gundemaro.

SECOBIA Ptol. ibid. Areuacorum vrbs in antiqua Tarraconensi, vulgò *Segouia. Petrus* Secobiensis Episcopus subscripsit eidem Concilio Toletano tertio, & *Ansericus* Hispalensi secundo.

ARCABRICA Ptol. ibid. vulgò *Arcas*, Ciuitas olim Episcopalis, nunc in vicum redacta Conchæ vrbi proximum, quæ illius & Valeriæ sedem Episcopalem obtinet. *Thalasius* Arcobricensis Episcopus subscripsit Concilio Toletano tertio.

ORETVM Ptol. ibid. vulgò *Oreto. Andonius* Oretanæ ciuitatis Episcopus subscripsit Concilio Toletano III. sub Reccaredo, & *Stephanus* Toletano sub Gundemaro.

VALENTIA Contestanorum Ptol. ibid. vulgò etiam *Valencia. Musitacius* huius Episcopus subscripsit Concilio Toletano quarto.

DIANIVM Ptolem. ibid. vulgò *Denia. Antonius* Dianiensis Episcopus subscripsit Concilio Toletano V. nullumque ante eum in Conc. reperi.

SÆTABIS Ptol. ibid. seu Setabis sine diphtongo Straboni lib. 3. vulgò *Xatiua. Motto* eius sedis Episcopus subscripsit Concilio Toletano sub Reccaredo, & *Florentius* Toletano quarto.

BASTI Ptol. ibid. vulgò *Baza. Eutychianus* huius Episcopus subscripsit Concilio Eliberitano, & *Theodorus* Toletano quarto.

MENTESA Ptol. ibid. vulgò *Mentexa*, teste Clusio. *Pardus* huius Ecclesiæ Episcopus subscripsit Concilio Eliberitano, & *Ioannes* Toletano tertio.

SALARIA Ptolem. ibid. duplex est, vna in Bastitanis, altera in Oretanis. *Ianuarius* Salariensis subscripsit Concilio Eliberitano, post quod nullam huius sedis memoriam legi.

ACCI Ptol. ibid. vulgò *Guadix*. Ex eius Episcopis *Felix* subscripsit Concilio Eliberitano, & *Lilliolus* Toletano tertio.

SEGOBRICA Ptol. ibid vulgò *Segorbe. Proculus* Segobricensis Episcopus subscripsit Concilio Toletano tertio.

CASTVLO Ptol. ibid. vulgò *Gazlona. Secundinus* eius ciuitatis Antistes subscripsit Concilio Eliberitano, & *Anianus* Sardicensi.

BIGASTRVM Tom. 2. Concil. *Vincentius* Bigastrensis Episcopus subscripsit Concilio Toletano sub Gundemaro, & *Bigitinus* Toletano quarto.

ILLICI Notitijs antiquis: seu Illicias Ptol. ibid. quibusdam *Alicante*, alijs *Elche*, vel *Origuela* supra Seguram vulgò dicitur. *Serpentinus* huius Episcopus subscripsit Concilio quarto Toletano.

ERGAVICA Ptol. ibid. vulgò *Alcaniz* quibusdam dicitur, sed id dubium est, cum non longè à Toleto distet. *Petrus* Ergauicensis Episcopus subscripsit Concilio Toletano tertio, & Toletano sub Reccaredo.

ELIOCROTA Antonino in Itinerario, vulgò *Lorca* quibusdam, sed non ita certum. *Successus* eius Episcopus subscripsit Concilio Eliberitano.

VRCI, Vrce Ptol. ibid. Vrgi apud Antoninum dicitur, & non paucis inter antiquos Virgi; vulgò *Orce*. *Marcellus* Vrcitanus Episcopus subscripsit Concilio Toletano quarto.

PROVINCIA BRACARENSIS. IN GALLECIA.

BRACARA Ptol. lib. 2. cap. 6. vnica Metropolis totius Gallecię vsque ad Sueuorum tempora, vulgò dicitur *Braga*. Ex eius Episcopis *Martinus* Bracarensis Metropolis subscripsit Concilio Bracarensi secundo, & *Pantardus* Toletano tertio.

DVMIVM Isidoro Hispalensi, Monasterium iuxta Bragam. Huius Abbas Martinus fuit, in cuius honorem sedes Episcopalis erecta est. ipsique pro diœcesi familia regia tributa dicitur in Notitia antiqua Hispaniæ. *Ioannes* Dumiensis Episcopus suscripsit Concilio Toletano tertio, & *Beniamin* Decreto Gundemari Regis.

PORTVCALE, vel Portus Calensis Antonino in Itinerario, hodie *El Puerto*. *Argiouitrus* huius Episcopus subscripsit Concilio Toletano tertio, & *Argebertus* Toletano sub Gundemaro.

CONIMBRICA eidem Anton. quæ & alijs Conimbriga dicitur, vulgò *Coymbra*. *Lucentius* huius Episcopus suscripsit Conc. Bracarensi secundo.

VISEVM lib. Concil. vulgò *Viseo*. *Remisol* huius Episcopus subscripsit Concilio Bracarensi secundo, necnon *Sinula* Toletano tertio.

LAMECVM, seu Lameca, Ptol. vt arbitror, Forum Limicorum, vulgò *Lamego*. *Sardinarius* Lamecensis Episcopus subscripsit Concilio Bracarensi secundo, & *Philippus* Toletano tertio.

VALENTIA ad Minium fluuium, Salust. in fragm. hist. lib. 3. non longè à Tude, vulgò *Valenzia al Menno*. Inter Episcopales in Notitijs Hispaniarum non recensetur, sed quod honorē Episcopatus obtinuerit ex hoc conijcio, quod plures Episcopi Valentinenses subscripserint Conc. Tolet. tertio.

LEGIO, Ciuitas à Romanis legionibus condita, vt in diuisione diœcesean Hispaniæ sub Vamba facta legitur, vulgò *Leon*. *Decentius* Legionensis Episcopus Concilio Eliberitano subscripsit.

PROVINCIA LVCENSIS. IN GALLECIA.

LVCVS AVGVSTI Ptol. ibid. vulgò *Lugo*. *Nitigis* Lucensis Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus subscripsit Concilio Bracarensi secundo, & *Berilla* Toletano quarto.

IRIA FLAVIA Ptol. ibid. vulgò *El Padron*, teste Moral. Ex eius Episcopis *Andreas* subscripsit Concilio Bracarensi secundo, & *Dominicus* Toletano tertio.

AVRIA Notitiæ antiquæ Hispaniarum apud eundē Moral. vulgò *Orense*.

Huius ciuitatis Epiſcopis *Victimer* ſubſcripſit Concilio Bracarenſi ſecundo, & *Pegalius* (alijs *Lupatus*) Toletano tertio.

TVDE Ptol. ibid vulgò *Tuy*. *Auila* huius ciuitatis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Bracarenſi ſecundo, & *Gardingus* (alijs *Neufila*) Toletano III.

ASTVRICA Ptol. ibid. vulgò *Aſtorga*. Ex eius Epiſcopis *Domitianus* ſubſcripſit Concilio Sardicenſi, *Polemius* Bracarenſi ſecundo, & *Thalaſius* Toletano tertio.

BRITONIA, ſeu BRITONVM, antiquæ Notitiæ Hiſpaniarum apud Ambroſ. Moral. nunc pagus *Bretagna* dictus, teſte Ioan. Mariana. Quibuſdam ex hoc Ouetũ creditur, quod apud antiquũ Cod. MS. in diuiſione Epiſcopatuum ſic legatur. [Ouetum, hoc eſt Britonia exempta a Galleciæ Bracara.] *Mailoc* Britonenſis, ſeu Britunorum Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Bracarenſi ſecundo, & *Methopius* Britanienſis Toletano IV.

PROVINCIA EMERITENSIS. SEV LVSITANIÆ.

EMERITA Auguſta Ptol. lib. 2. cap. 5. vulgò *Merida*. Ex eius Epiſcopis *Liberius* ſubſcripſit Concilio Eliberitano, *Mauſona* vel *Maſſona* Toletano tertio, & *Fructuoſus* Hiſpalenſi primo.

ABVLA Ptol. ibid. vulgò *Auila*. *Iuſtinianus* Abulenſis Epiſcopus ſubſcripſit Decreto Regis Gundemari, & *Theodoigius* Concilio Toletano quarto.

SALMANTICA Ptol. ibid. vulgò *Salamanca*. Huius ciuitatis Epiſcopus *Eleutherius* ſubſcripſit Concilio Toletano tertio, & *Teueriſtus* Decreto Regis Gundemari.

ELBORA Notit. antiquis, quæ & Ebora Ptol. ibid. in Luſitania vulgò *Euora*. *Quintianus* Elborenſis ſubſcripſit Concilio Eliberitano, & *Zoſimus* Toletano ſub Reccaredo.

CAVRIA, Caurium Ptol. ibid. vulgò etiam *Coria*. *Laquintius* Caurienſis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Toletano tertio, & *Elias* Decreto Gundemari Regis.

PAX IVLIA Ptol. ibid. vulgò *Beja*, ciuitas à Pace Auguſta diuerſa, quæ vulgò *Badajos*, & in qua ſedem Epiſcopalem antiquitus fuiſſe non eſt quod conijciamus. *Palmatius* Pacenſis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Toletano tertio, & *Modarius* Toletano quarto.

OSSONABA Ptolem. ibid. vulgò *Eſtoy*. *Vincentius* eius Antiſtes ſubſcripſit Concilio Eliberitano, & *Petrus* Toletano tertio.

OLYSIPPO Plinio lib. 4. cap. 21. vulgò *Lisboa*. *Paulus* Olyſipponenſis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Toletano tertio, & *Goma* Decreto Regis Gundemari.

EGITA, ſeu Igedita: eadem enim ciuitas eſt, vt ex Canone octauo & ſubſcriptionibus Concilij Emeritenſis diſcitur, nunc vicus obſcurus *Eidania* dictus. *Adoricus* Egitanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Bracarenſi ſecundo, & *Licerius* Toletano ſub Gundemaro. Sed aduerte, quadam in

Notitia antiqua, Episcopatum hunc subijci Bracarensi Episcopo, mendose vt arbitror, cum non longe sit ab Emerita.

PROVINCIA HISPALENSIS.
SEV BÆTICA.

HISPALIS Metropolis Ptol. lib. 2. cap. 4. vulgò *Seuilla*. Ex eius Episcopis *Leander* subscripsit Concilijs Toletano tertio, & Hispalensi primo.

ITALICA Ptolem. ibid. vulgò *Seuilla la Vieja*. *Eulalius* huius Episcopus subscripsit Concilio Toletano tertio, & *Sintitius* Hispalensi primo.

ILIPA Liuio initio lib. 5. Decad. 4. nunc vulgò *Peña Flor*. *Basilius* Ilipensis Episcopus subscripsit Concilijs Toletano tertio, & Hispalensi I.

ASTYGIS Ptol. l. 2. c. 4. vulgò *Ecija*. *Fulgentius* huius sedis Episcopus subscripsit Decreto Gundemari, & *Pegasius* Concilio Toletano quarto.

CORDVBA Ptol. ibid. vulgò *Cordoüa*. Ex eius Episcopis *Osius* subscripsit Concilijs Eliberitano, Nicæno & Sardicensi; nec non *Agapius* Toletano tertio, & Hispalensi primo.

EGABRO Notitijs antiquis, alijs Egabrum, vulgo *Cabra* Morali, qui Bobro putat esse Plinij. *Benenatus* Egabriensis Episcopus subscripsit Concilijs Toletano tertio, & Hispalensi primo, & *Deodatus* Toletano quarto.

ELIBERI seu Illiberis Ptol. ibid. vulgò *Eluira*, cuius sedes Episcopalis Granatam translata est. Ex eius Episcopis *Flauius* subscripsit Conc. Eliberitano primo, *Orontius* Tarraconensi secundo, & *Stephanus* Toletano III.

MALACA Ptol. ibid. vulgò *Malaga*. *Patricius* huius Episcopus subscripsit Concilio Eliberitano, & *Theodulphus* Hispalensi secundo.

ASINDVM Ptol. ibid. seu Asinda, & posteà Assidonia, vulgò *Medina Sidonia*, cuius Episcopus *Rufinus* suscripsit Concilio Hispalensi secundo, & *Primenius* Toletano quarto.

TVCCI Ptol. ibid. vulgò *Martos* teste Moral. *Camerinus* Tuccitanus Episcopus subscripsit Concilio Eliberitano, & *Velatus* primo Hispalensi.

ABDARA Ptol. ibid. Abdera Melæ, vulgò *Adra*. *Petrus* huius Episcopus subscripsit Concilio Hispalensi primo.

PROVINCIA TARRACONENSIS.

TARRACONA Ptol. lib. 2. cap. 6. vulgò *Tarragona*. Ex eius Episcopis *Ioannes* subscripsit Concilio Tarraconensi, & *Stephanus* Toletano II.

DERTOSA Ptol. ibid. vulgò *Tortosa*, cuius ciuitatis Episcopus *Vrsus* subscripsit Concilio Tarraconensi, & *Maurelius* Ilerdensi.

CÆSARAVGVSTA Ptol. ibid. vulgò *Caragoça*. *Valerius* Cæsaraugustanus Antistes subscripsit Concilio Eliberitano, & *Castus* Sardicensi.

TYRASSONA, seu Turiasso Ptol. ibid. vulgò *TaraZona*. Ex eius Episcopis *Paulus* subscripsit Concilio Tarraconensi, & *Stephanus* Toletano III.

CALAGVRRIS, Ptol. ibid. vulgò *Calahorra*. *Mummius* Calagurritanus Episc. subscripsit Concilijs Tolet. III. & Barcinonensi, & Decr. Gundemari.

AVCA libro Concil. vulgò *Oca*. *Asterius* Episcopus huius ciuitatis subscripsit Concilijs Toletano tertio, & Toletano sub Reccaredo.

OSCA Ptol. vbi ſuprà, vulgò *Hueſca*. *Gabinius* Oſcenſis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Toletano tertio.

PAMPILONA ſeu Pompelon Ptol. ibid. vulgò *Pamplona*. *Lilliolus* huius Eccleſiæ Præſul ſubſcripſit Concilio Toletano tertio, & *Joannes* Decreto Regis Gundemari.

ILERDA Ptol. ibid. vulgò *Lerida*. Ex eius Epiſcopis *Februarius* ſubſcripſit Concilio Ilerdenſi, & *Polybius* Toletano tertio.

BARCINO, quæ & Barcinon Ptolem. ibid. vulgò *Barzelona*. *Paternus* Barcinonenſis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Ilerdenſi, *Vngas* Toletano tertio, & Barcinonenſi.

EGARA libro Conciliorum, vulgò Ferrario *Tarraſſa*, non longè à Barcinona, cui ſedes vnita creditur. Ex eius Epiſcopis *Sophronius* ſubſcripſit Concilio Toletano tertio, & *Ilergius* Barcinonenſi.

AVSONA, quæ Auſa Ptol. ibid. vulgò *Uique*. *Aquilinus* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Toletano tertio, & Barcinonenſi.

GERVNDA Ptolem. ibid. vulgò *Girona*. Ex eius ſedis Epiſcopis *Agricius* ſubſcripſit Concilio Tarraconenſi, & *Alitius* Toletano tertio.

EMPORIÆ Ptol. ibid. vulgò *Ampurias*. *Fructuoſus* Emporienſis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Hiſpalenſi primo, & *Galanus* Barcinonenſi.

ORGELLVM, ſeu Vrgella, Orgia Ptol. ibid. vulgò *Urgel*. Ex eius Epiſcopis *Iuſtus* ſubſcripſit Concilio Toletano ſecundo, necnon *Simplicius* Toletano tertio, & Barcinonenſi.

VELIA Ptol. ibid. *Veleia* Morales. *Ioannes* Vellenſis, qui Concilio Toletano tertio ſubſcripſit, eius fortè Epiſcopus fuit, poſt quem nullus iſtius Sedis legitur in ſubſcriptionibus Conciliorum Hiſpaniæ.

Antiqui Hiſpaniæ Epiſcopatus, quorum ſedes incertæ ſunt.

ILLITVRGI ciuitas Hiſpaniæ non longè ab *Andujar*, cuius *S. Euphraſius* primus Epiſcopus dicitur.

SALARIA ſeu Sibaria. fortè Salacia Antonini, quæ non longè diſtat à Bracara, Cluſius Siruelam in Bæturia eſſe ait, Morales verò *Alcaçar de la ſal* in Turdetanis. *Ianuarius* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Eliberitano.

MAGNETVM Hiſpaniæ ciuitas, cuius *Viator* Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Bracarenſi ſecundo.

EMINIVM Vaſæo ciuitas Portugaliæ, inter Conimbriam & Portum, ſed parum certò. *Poſsidonius* eius ſedis Antiſtes ſubſcripſit Concilio tertio Toletano.

LAVERRICA locus Epiſcopalis in Hiſpania, cuius Epiſcopus *Vitulatius* ſubſcripſit Concilio Toletano ſub Gundemaro.

LANIOBRA ciuitas Hiſpaniæ ignota, cuius Epiſcopus *Ermaricus* ſubſcripſit Concilio Toletano tertio.

LACOBRIGA Luſitaniæ vrbs, & Lacobrica ab ea diuerſa in Vaccæis. *Seruus Dei* Lacobrigenſis Epiſcopus interfuit Concilio Toletano quarto.

ILLYRICVM ORIENTALE.

LIBER OCTAVVS.

GRÆCIAM vniuersumque Illyricum Orientale illustraturus adorior: Græciam, inquam, de qua hæc canit Manilius: I. GRÆCIÆ ENCOMIVM.

Maxima terra, viris & fœcundissima doctis,
Vrbibus, & Macedûm tellus quæ vicerat orbem.

Nec immeritò, cum hæc viribus & dignitate orbis terrarum princeps fuerit, Iustino teste [a], tanta [b] claritate effulserit, vt nullius sit indiga præconij, & [c] in hac humanitas primùm, literæ, & fruges inuentæ. Vnde mihi de illa scribenti nihil conuenientius huius in libri exordio dicere est, quam quod Salustius de Carthagine, silere de Græcia, quam pauca dicere, longè præstat. Idcirco ad limites singulis huius totiusque Illyrici Orientalis Prouincijs assignatos venio.

a Iustin. lib. 7.
b Plin. l. 4. hist. naturalis. cap 7.
c Plin. iun. epist. vlt. ad Maximum lib. 8.

II. ILLYRICI ORIENTALIS DIVISIO.

Illyrici in vniuersum septemdecim Prouincias fuisse supra diximus ex Sexto [d] Rufo, qui è duabus Macedonijs vnam tantum facit, Harum sex à Vicario Illyrici Occidentalis, qui parebat Præfecto Prætorio Italiæ, de quibus antea, regebantur: aliæ vero vndecim, quarum illustrationem intendimus, à Præfecto Prætorio Illyrici. Sed rem totam ex Notitia Imperij Romani discamus: hæc habet.

d Sextus Rufus in Breuiario.

[Sub dispositione virorum illustrium Præfectorum Prætorio
per Illyricum Diœceses infrascriptæ:
Macedonia, Dacia.
Prouinciæ Macedoniæ VI.
Achaïa, Macedonia, Creta, Thessalia, Epirus vetus, Epirus
noua, & pars Macedoniæ salutaris.
Prouinciæ Daciæ.
Dacia Mediterranea, Dacia Ripensis, Mœsia prima, Dardania,
Præualitana, & pars Macedoniæ salutaris.]

Duos sub se Vicarios hic Præfectus habebat, quorum vnus Prouincijs Macedoniæ præerat, alter alijs Daciæ, è quarum numero non mireris, si non recenseantur Mœsia secunda & Scythia, cum ex eadem Notitia Vi-

cario Thraciæ ſubijcerentur. Verba Notitiæ ſunt:

[Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Vicarij Diœceſeωs Thraciarum Prouinciæ infraſcriptæ.

Europa, Thracia, Hæmimontus, Rhodope, Mœſia ſecunda, Scythia.]

III. Macedoniæ descriptio et situs. Macedoniæ diœceſis eoſdem fines habuit, quos Græcia antiqua, ſi Cretam Inſulam, quam addit Notitia, excipiamus: nec non vtriuſque quatuor Prouinciæ numerantur apud antiquos, Epirus quæ in duas poſtea diuiſa eſt, Achaïa, Peloponneſus, & Macedonia. Terminatur autem Macedonia ſpeciatim ſumpta à Septentrione Scardo monte, quo etiam à Dalmatia diuiditur, Orbelo quo à Dardania, & Pangæo quo à Thracia: ab Occaſu mari Adriatico quà Adriaticum eſt & Præualitana: Ab Oriente Mari Ægeo quà Macedonicum eſt. Denique à Meridie, Epiro & Theſſalia, Montibus Acroceraunijs, Pyrrhijs & Candauijs vt plurimùm interiectis. Quibuſdam Mygdonia, Pyeria & Edonia à nobilioribus populis dicta fuit: poſtea tamen Macedonia à Macedone Oſiridis filio, quem eius populis imperaſſe Diodorus Siculus ſcribit, vel vt volunt Conſtantinus[a] Porphyrogenneta & Stephanus, à Macedone Iouis filio ex Thya Deucalionis filia. Eius pars Macedoniæ ſalutaris nomen habuit, factaque eſt Prouincia ſpecialis à proprio Præſide adminiſtrata. Hæc vtrique diœceſi Daciæ & Macedoniæ communis eſt in Notitia Ciuili, vt diximus. Et ratio eſt, quod eius pars vna Vicario Macedoniæ parebat, & altera Vicario Daciæ, licet ab vno Præſide regeretur, qui Vicario Macedoniæ, quoad eam partem quæ in eius diœceſi erat, ſubijciebatur, & Vicario Daciæ quantùm ad aliam. Vnde certò inferendum eſt, hanc in finibus vtriuſque ſitam fuiſſe. Salutaris autem dicebatur, ab aquarum ſalubritate, quæ per eam oriuntur & fluunt.

a Conſtant. Porph. lib. 2 themate 2.

IV. Theſſaliæ descriptio. Theſſalia Macedoniæ, cuius pars erat tempore Ptolemæi, ab Auſtro adiacet, fineſque habet ab Oriente Ægeum Mare, quà Græcum appellatur ab oſtio Penei fluuij vſque ad Maliacum ſinum & Termopilas: Macedoniam ipſam à Septentrione, Achaïam à Meridie, & Epirum ab Occidente, Olympo, Pierijs, Candauijs, Pindo, & Oetæis montibus interpoſitis. Olim Pelaſgicum Argos vocabatur, à Pelaſgis Barbaris qui hanc occupauère, vel à Pelaſgo Inachi, aut Neptuni, & Lariſſæ filio: tandemque, vt ait Velleius Paterculus[b], Theſſalia à Theſſalo, qui hanc armis comparauit. [Achæi, inquit, ex Laconica pulſi, eas occupauère ſedes, quas nunc obtinent. Pelaſgi Athenas commigrauere; acerque bello iuuenis nomine Theſſalus, natione Theſprotius, cum magna ciuium manu eam regionem armis occupauit, quæ nunc ab eius nomine Theſſalia appellatur, ante Myrmidonum vocitata ciuitas.]

b Velleius Paterc. lib. 1.

V. Epiri vtriusque descriptio. Epirus ab Occidente terminatur mari Ionio, ab Oriente Acheloo fluuio, quo ab Achaïa quæ illi ad meridiem eſt, diuiditur, Pindo monte quo à Theſſalia, & Candauijs quibus à Macedonia: à Septentrione autem Præualitana. In duas diuiſa eſt, veterem & nouam. Vetus meridionalior eſt, circa Ambracium ſinum, ſic dictum ab Ambracia ciuitate, quæ quondam regia fuit Pyrrhi, ſplendide ab eo exornata, vrbiumque Epiroticarum olim maxima & nobiliſſima. Noua verò ad Septentrionem vergit, eſtque circa Dyrrachium ſita.

VI. Achaiæ et Peloponnesi limites

Achaiam distinxit Ptolemæus[a] à Peloponneso: sed ex his vna tantum Prouincia est in Notitia. Vtraque sic terminatur. Achaia quidem sub Thessalia ad Orientem & Meridiem posita est, ab Oriente Ægeum mare habet, ab Occidente Ionium, & à Meridie Corinthiacum sinum, Isthmum, & Saronicum sinum. Peloponnesus autem ab Achaia in Meridiem pendens, ab Oriente Myrtoo, ab Occidente Siculo, & à Meridie Cretico tangitur mari.

[a] Ptolem. lib. 3. c. 15 & 16.

VII. Cretæ Insulæ descriptio.

Addam his Cretam Insulam, quæ, inquit Æthicus[b], finitur ab Oriente Carpathio mari, ab Occasu & Septentrione mari Cretico, & à Meridie Libyco, quod & Adriaticum vocant. Hanc Plinius dictam vult à Crete Nympha Hesperi filia, Stephanus à Crete Iouis & Ideæ Nymphæ filio, Anaximander à Rege Curetum Crete, tandemque Eusebius à Crete indigena, quem primum in ea regnasse asserit, vnumque ex Curetis fuisse, à quo Iupiter absconditus & nutritus fuit. Mirum sanè quod ita populosa fuerit, vt ἑκατόμπολις, id est centum habens vrbes ab Homero dicta sit, & postea à Virgilio tertio Æneidos.

Creta Iouis magni medio iacet Insula Ponto:
Mons Idæus ibi, & gentis cunabula nostra,
Centum vrbes habitant magnas.

[b] Æthicus in Cosmographia.

VIII. Daciæ antiquæ descriptio

Hæc de Macedonia. Quod ad Diœcesim spectat Daciæ, cuius quinque Prouincias fuisse ex Notitia diximus, duæ inter eas idem nomen sortitæ sunt quod tota Diœcesis, vnaque ex ijs Dacia Ripensis dicta est, altera verò Dacia Mediterranea. Vtraque inter Danubium a Septentrione & Dardaniam à Meridie sita est, habetque ab Ortu Mœsiam inferiorem, & ab Occidente superiorem, quarum olim pars erat. Sed & vtraque differt à veteri Dacia vltra Danubium sita, quam sic terminat Ptolemæus[c], qui Zarmizegetusam eius regiam facit. [Dacia definitur à Septentrionibus parte Sarmatiæ, quæ est in Europa, à Carpato monte vsque ad finem conuersionis Tyræ fluuij, ab Occasu Iazigibus Metanastis iuxta Tibiscum amnem, à Meridie autem ea parte Danubij fluminis, quæ est à diuertigio Tibisci amnis, vsque ad Axium ciuitatem, à qua iam Danubius vsque ad Ponti ostia Ister appellatur.] Hanc Trajanus Decebalo eius rege victo, in prouinciæ Romanæ formam redegit, vt testantur Dio, Sextus Rufus & Eutropius: sed postea sub Galieno principe amissa est, ac denuo per Aurelianum recuperata, de quo hæc[d] Vopiscus ait: [Cùm vastatam Illyricum & Mœsiam deperditam videret, Prouinciam trans Danubium Daciam à Trajano constitutam sublato exercitu ac prouincialibus reliquit, desperans eam posse retineri: abductosque ex ea populos in Mœsia collocauit, appellauitque suam Daciam, quæ nunc duas Mœsias diuidit.] Ab hinc relicta est à Romanis antiqua Dacia, adeo vt nunquam amplius recuperata fuerit, teste Orosio[e].

[c] Ptolem. lib. 3. c. 8.

[d] Vopiscus in Aureliano.

[e] Orosius lib. 7. c. 11

IX. Mœsiæ vtriusque descriptio.

Mœsia superior seu prima Danubium habet à Septentrione, montem Sardonium ab Occidente quo à Dalmatia separatur; ab Austro Daciam & Dardaniam, & ab Ortu partim Danubium & partim Daciam Ripensem. Inferior sub Vicario Daciæ non constituitur in Notitia. Hanc tamen alijs Illyrici Prouincijs annumerabo, quippe quæ & Patriarchæ Occidentali, & Vicario eius Thessalonicensi parebat. Supra Thraciam est ad Septentrionem, inter Danubium & Hæmum montem, confinisque ab Occidente Daciæ, & Thraciæ ab Ortu.

X. Scythiæ descriptio. [a] Plinius lib. 4. c. 11.

Addam ea ratione Scythiā, quæ per oram Ponti Euxini à flumine Phanyso vel Zyra ad Istrum Septentrionē versus extenditur, quæq; sic dicta est à Scythis Aroteribus, qui hanc occupauere, teste Plinio[a], vsq; ad Marciani & Leonis tēpora, qui eam recuperatam Hunnis & Zabergano eorū Duci sub tributo concesserunt, positis in illa limitibus Imperij Romani, quos Duci Scythiæ multis cum legionibus, Ducibusque Mœsiarum conseruandos dederunt.

XI. Dardaniæ et Prævalitanæ situs.

Dardania Macedoniæ proxima est inter Sardonium & Orbelum montes, terminaturque ab ortu Thracia, à Meridie Macedonia & Orbelo monte, ab Occasu Prævalitana, & à Septentrione Dacia Mediterranea. Prævalitana verò ab Oriente Macedonia & Dardania clauditur, à Septentrione Mœsia superiori, ab Occasu partim Mari Adriatico quà Adriaticum est, & partim Dalmatia, à Meridie verò noua Epiro.

XII. Magistratus provinciarum Illyrici Orientalis.

Porro singulis dictis Prouincijs singuli præficiebantur Magistratus sub Vicarijs Macedoniæ & Daciæ, excepta Achaia, quæ Procōsulem habebat à Vicario Macedoniæ exemptum, & soli Præfecto Prætorio Illyrici subiectū. Macedonia prima, Creta, & Dacia Mediterranea Consulares erant, cæteræ à Præsidibus administrabātur, scilicet Thessalia, Epirus vetus, Epirus noua, & Macedonia salutaris sub Vicario Macedoniæ: Dacia verò Ripensis, Mœsia prima, Dardania & Prævalitana sub Vicario Daciæ: tandem Mœsia secunda & Scythia sub Vicario Thraciæ. Hæc adeo clara sunt, vt ad Notitiam Ciuilem huiusce Diœcesis plusquam satis sint.

XIII. Celebriores Ecclesiæ Græciæ a B. Paulo institutæ. [b] 2. Ad Tim. 4. [c] 1. Cor 3. [d] 1. Thess. cap. 1.

Nunc de Ecclesiastica dicere tanto vtilius, iucundiusque erit, quòd Illyricum illustrius theatrum fuerit gloriæ magni Pauli Apostoli, & quasi stadium in quo ita strenuè decertauit, vt iusta ratione potuerit effari[b]: [Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.] Siquidem maiorem partem Ecclesiarum vel saltem celebriores per Græciam ipsemet instituit, scilicet Atheniensem, Thessalonicensem, Corinthiensem & Philippensem, vt in Epistolis quas ad eas scripsit testatur: [Ego, inquit ad Corinthios[c] scribens, plātaui, Apollo rigauit, Deus autem incremētum dedit.] Et ad Thessalonicenses[d]: [Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantùm, sed & in virtute & in Spiritu sancto.] Et infrà: [Ita vt facti sitis forma omnibus credētibus in Macedonia & Achaia: à vobis enim diffamatus est (*hoc est diuulgatus*) sermo Domini, non solum in Macedonia & Achaia, sed & in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profecta est.] Item ad Philippenses[e]: [Scitis autem & vos Philippenses, quod in principio Euangelij, quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi vos soli, qui & Thessalonicam semel & bis in vsum misistis.] Deniq; & Atheniensibus Euangelium prædicauit, teste Luca[f] Euangelista, qui tunc inter eos nomen suum Christo dedisse Dionysium Areopagitam asserit, quem postea primum Atheniensium Episcopum creatum fuisse scribit Eusebius[g]. Ab his Ecclesijs magno lumine fidei & gratiarum abundantia imbutis, Christiana religio per vniuersam Græciam vicinasque prouincias diffusa est: cumque aliarum matres fuerint, etiam pro Metropolibus iusta cum ratione primis sæculis habitæ sunt. Vnde & de singulis aliquid dicere planè conueniens est.

[e] Ad Phil cap: 4. [f] Act. cap. 17. & vlt. [g] Euseb. hist. Ecclesiast. x lib 4. cap 4. Ἐπὶ τούτοις καὶ ὁ Ἀρεοπαγίτης ἐκεῖνος, Διονύσιος ὄνομα αὐτῷ, ὃν ἐν Πράξεσι μετὰ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ πρὸς Ἀθηναίους Παύλου δημηγορίαν, πρῶτον πιστεύσαντα [illegible] ἀνέγραψε [illegible] τῆς ἐν Ἀθήναις ἐκκλησίας πρῶτος ἐπίσκοπος.

XIV. Thessalonica Metropolis, et sedis Primatis. [h] Strabo lib. 7.

A Thessalonica ducam initium, quam sic describit Strabo[h]: [Post Axium flumen Thessalonica vrbs est, priùs Therme dicta, à Cassandro ædificata Is de nomine

nomine vxoris, quæ Philippi Amynthæ erat filia, vrbem hanc ita appellauit, atque circumiacentia oppidula in eam deduxit, vt Chalestram, Æneam, Cissum, & quædam alia.] Stephanus tamen Thermem à Thessalonica diuersam putat, alijque scribunt Philippum filiæ, quam ex Nicacipoli nobili fœmina suscepit, victis Thessalis, nomen Thessalonicæ indidisse, Cassandrum verò illam duxisse in vxorem, & eius nomine vrbem de qua dicimus nũcupasse.] Hanc Macedoniæ primariam vocat Socrates[a]: sed Theodoretum[b] de illa magna cum laude scribentem audiamus: [Thessalonica, inquit, vrbs est amplissima & copiosa, Macedonibus attributa: Thessaliæ, Achaiæ & quamplurimis alijs populis, quos moderatur Præfectus Prætorio Illyrici, præposita.] Hic proinde apud eam morabatur, vt ex Nouella vndecima Iustiniani discitur, quæ in hoc sine dubio vera est, licet in alio contra veritatẽ historiæ peccet, cum scilicet Præfecti sedem in illã ex Sirmio translatam asserit Attilæ temporibus. Etenim quis non legit apud Sozomenum[c] Theodosium Magnum iam suo tempore ex ea, velut ex arce totius Imperij, reliquis vrbibus rescriptum edixisse, & apud Theodoretum[d] ideo ipsummet Imperatorem Thessalonicensium cladem permisisse, quòd Magistratus aliquot Imperij, ac inter eos Bothericus Præfectus militũ, obruti lapidibus fuissent, & grauibus contumelijs vexati. Vnde Imperator (qui in ea ab Acholio Episcopo sacrum baptisma susceperat) ira vehementi percitus, septem hominum millia per immissos milites sine discrimine interfecit. Diuus autem Ambrosius Mediolanensis Episcopus à tanto sanguine abhorrens, ipsi Theodosio Ecclesiæ ingressum, & sacrorum vsum interdixit, donec iusta pœnitentia facta, ab ipso in sinum Ecclesiæ reciperetur, teste Sozomeno[e].

At omissis quæ de nomine, non tantùm Metropolis ciuilis fuit, & sedes Præfecti Prætorio Illyrici, sed etiam Metropolis Ecclesiastica, & sedes Primatis Vicarij sanctæ Sedis per vniuersũ Illyricũ. Id clarè testatur Ætius Episcopus, dum ait in Concilio[f] Sardicensi: [Non ignoratis qualis & quanta sit Thessalonicensium Metropolis: sæpe igitur ad eam confluũnt ex alijs Prouincijs Presbyteri & Diaconi.] Etenim si in eam ex alijs Prouincijs confluebant Presbyteri & Diaconi, sanè non tantum Metropolis fuit vnius Prouinciæ, sed integræ Diœcesis ex multis Prouincijs constitutæ. Nec minus euidenter idem confirmant subscriptiones Episcoporum huius sedis, quæ in actis Conciliorum leguntur. Sic Flauianus nomine Rufi Thessalonicensis Episcopi Concilio Ephesino, & Quintillus Heracliensis pro Anastasio item Thessalonicæ Antistite Chalcedonensi proximè post Patriarchas subscripserunt: sic tandem Benignus vices gerens Eliæ eiusdem Ciuitatis Episcopi Constantinopolitano generali quinto ante Exarchos Orientis Cæsariensem, Ephesinum & Heracleensem subscripsit. Omnibus clariùs Leo magnus[g] Romanus Pontifex, dum eidem Anastasio Thessalonicensi Episcopo Vicarij seu Primatis dignitatẽ per Illyricum, exempla prædecessorum suorum sequutus, tribuẽs hæc scribit: [Sicut præcessores mei præcessoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ, priorum sequutus exemplum, vices mei moderaminis delegaui, vt curam quam vniuersis Ecclesijs principaliter ex diuina institutione debemus, imitator nostræ mansuetudinis effectus, adiuuares, & longinquis ab Apostolica sede prouincijs, præsentiam quodammodo nostræ visitationis impenderes.] Quorum autem præcessorum exem-

[a] Socrat. hist. Eccl. lib. 1. cap. 12. Ἐν τῇ Μακεδονίας μητροπόλει Θεσσαλονίκῃ.

[b] Theodor. hist. Ecclesiast. lib. 5. cap. 17. [illegible]

[c] Sozom. lib. 7 hist. Eccl. cap. 4. [illegible]

[d] Theod. hist. lib. 5. cap. 17. [illegible]

[e] Sozom. l. 7. vbi sup.

[f] Concil. Sardic. can. 16. [illegible]

[g] Leo Mag. epist. 84. ad Anast. Thessal.

a Nicol P. 1. epist. 2. ad Michael. Imp.

pla sequutus sit, his verbis declarat Nicolaus primus [a] ad Michaelē: [Oportet vestrum Imperiale decus, quod in omnibus Ecclesiasticis vtilitatibus vigere audiuimus, vt antiquum morem quem nostra Ecclesia habuit, vestris temporibus restaurare dignemini: quatenus vicem quam nostra sedes per Episcopos vestris in partibus constitutos habuit, videlicet Thessalonicensem, qui Romanæ sedis vicem per Epirum veterem, Epirumque nouam, atque Illyricum, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, Daciam Ripensem, Daciamque Mediterraneam, Mysiam, Dardaniam & Præualim, Beato Petro Apostolorum principi contradicere nullus præsumat.] Hæc autem cum ita sint, non parum mihi probabile est eam ciuitatem Metropolim fuisse totius Illyrici Orientalis ante prouinciarum diuisionem. Maioribus enim, vt iam diximus, dignioribusque ciuitatibus honor ille tribuebatur, quibus Primatus postea datus est, ciusque conditionis Thessalonicam esse omnes norunt. Adde quod Alexandro huius Episcopo cura mittendorū decretorū Concilij Nicæni per Macedoniam, Græciam, Europam, Scythiam, Thessaliā, Achaiam vniuersumque Illyricum commissa sit, nec credēdi locus videatur id muneris Antistiti, qui per eas authoritatem non haberet, datum fuisse.

XV. PHILIPPI METROPOLIS HONORARIA MACEDONIÆ

c Liberati cap. 5.
d Baron. ad an. 410. num. 17.

Philippos Ciuitatem Metropolim in Macedonia post Thessalonicam in tabula ponimus, fuitque sane saltem honorario iure, vt satis discitur ex Liberato [b] in Breuiario. Etenim apud eum Flauianus Philippensis Archiepiscopus dicitur, quem Baronius [c] Philippensi Ecclesiæ præfuisse scribit. Nec certe ibi positam fuisse sedem Metropolitanam, postquam Illyricum Orientale Constantinopolitano Patriarchæ subditum fuit, vt in Notitia Constantinopolitanæ Ecclesiæ vulgò Imperatori Leoni tributa dignoscitur. Attamen Philippensem Episcopum primis sex sæculis veri Metropolitæ iura & Suffraganeos habuisse non asseram. Obstant enim ipsi Philippenses Episcopi, qui nequidem Metropolitæ nomen sumunt in subscriptionibus Conciliorum generalium quinti & sexti, quibus tamen videre est Episcopos ciuitatum, quæ reuera Metropoles erant, hocce honoris titulo aut in vno aut in altero designari. Imò reperio Sozontem Philipporum Episcopum post omnes Metropolitas nominatum actione prima Concilij Chalcedonensis, etiam post Constantinum Episcopum Demetriadis in Thessalia, & Alexandrum Sebastæ in Cilicia. Adde quod si Philippensis sedes Metropolitana cum omnibus iuribus fuisset ante Iconomachorum Imperatorum tempora, hanc proculdubio legeremus inter auulsas à sede Romana, quas recenset Leo Imperator in Diatyposi Constantinopolitana, cùm longè proximior sit Constantinopoli quam Corinthus, Patræ, Athenæ & Thessalonica. Vnde cum his apud eam non annumeretur, nec etiam Metropolitanā, nisi nomine & honore, fuisse ante illorum tempora, quasi indubitatum mihi est. Instabis actione prima Concilij Chalcedonensis, eadem pagina, qua reperitur Sozon Episcopus, mentionem fieri Macedoniæ primæ, ideoque iam hoc tempore & secundam Macedoniam extitisse, quarum Metropolita esset Philippensis Episcopus. Sed respondeo Macedoniam in primam & secundā bifariam diuisam fuisse: primū ab Imperatoribus, à quibus vna prima dicta est, & altera salutaris, vt in Notitia Imperij legitur: & postea ab Ecclesia, quæ Macedoniam primam eam vocauit, cuius Thessalonica Metropolis erat, & secundam alteram cuius Philippi. Iam verò de Macedonia

prima iuxta Imperatorum diuisionem sermonem esse dicto in loco Concilij Chalcedonensis, satis ex hoc intelligitur, quod in ea ponantur Topiris, Derris seu Serres, Cassandria & Berrhœa, quarum plures Thessalonicæ subiectæ manserunt, vna vero Philippis, scilicet Topiris. Vnde prorsus dicendum est nondum diuisionem Ecclesiasticam in primam & secundam factam fuisse, vnicamque per illa tempora veram Metropolim Ecclesiasticam Macedoniæ, nempe Thessalonicam.

XVI. LARISSA METROPOLIS THESSALIÆ.

Larissa, Liuio[a] teste, nobilis vrbs & Thessaliæ caput est, ad Peneum fluuium, ait Procopius[b], sita, & à Larissa Pelasgi filia, vt scribit Pausanias[c], condita, eiusque nomine appellata. Hanc non longè à Pharsalicis campis sitam esse ex hoc arbitror, quod Cneus Pompeius post acerbam ibi cladem acceptam sub lucem in eam venerit, cum sub vesperam castris excessisset. Vnde Lucanus libro octauo ait.

Vidit prima tua testis Larissa ruina
Nobile, nec victum fatis, caput.

Huic vero Metropolitica iura ab Ecclesia concessa fuisse primo probatur ex Catalogo Metropolitanorum, ad quos scripsit Leo Imperator post Concilium Chalcedonense, è quorum numero fuit Vigilãtius Episcopus Larissæ. Nec minus id clarè testatur epistola Diui Gregorij[d] ad Ioannem Larissenum, qua, propter iniquã ab eo sententiam aduersus Adrianum Thebanum latam, hunc ita exauctorat, vt Adrianum ab omni eius iurisdictione eximat, eique scribat, quod si limites præscriptos transilierit, sacra communione ad extremum vsque spiritum Apostolica authoritate priuabitur: idque, licet à Ioanne primæ Iustinianæ Primate confirmata fuisset Ioannis Larisseni sententia. Quid enim clarius, cum ad Metropolitas tantùm spectet de Episcoporum causis iudicare; sicut & ad Primates sententias à Metropolitanis datas examinare? Fuit quidem alia Larissa sub Ossa monte, quam Pelasgiam à quibusdam vocari Stephanus[e] ait, sed diuersa ab ea quæ caput & Metropolis Thessaliæ dicta est.

XVII. NICOPOLIS VETERIS EPIRI METROPOLIS.

Nicopolis Epiri Ciuitas Actiaca dicta apud[f] Iornandem, in qua inquit Editio quæ sexta dicitur diuinarum scripturarum, in dolio reperta est. Eam Cæsar construxit, & circa eam Antonius à Cæsare Augusto prælio nauali superatus est. Hodie Cassiodoro[g] teste in Chronico *Preuesa* vocatur. Quod autẽ Metropolis Ecclesiastica fuerit ipsi testantur Episcopi veteris Epiri in Epistola Synodica, qua cõfirmationẽ Ioannis huius Ciuitatis Antistis ab Hormisda, postulant his verbis: [Christus consolatus est nos per vestras orationes, demonstrans Metropolitanæ Ciuitati sanctissimum Ioannem, &c] Sed & Atticus Episcopus Nicopolis Metropolis Epiri veteris vocatur actione prima Concilij Chalcedonensis.

XVIII. DYRRACHIVM NOVÆ EPIRI METROPOLIS.

Dyrrachium Epiri vrbs apud Florum[h] situ inexpugnabilis, eadem est Liuio[i] ac Epidãnus; Appiano tamen diuersæ Ciuitates sunt, isque Dyrrachium ad litus maris constituit, Epidamnum verò ab eo aliquantulum distare scribit: hodie *Durasso* dicitur. Metropolim verò fuisse Ecclesiasticam legitur in ipso limine Concilij Chalcedonensis, quo Lucas Dyrrachij Metropolis nouæ Epiri Episcopus dicitur. Eucarius etiam eiusdem Ciuitatis Antistes Concilio Ephesino subscripsit.

XVIIII. CORINTHVS METROPOLIS ACHAIÆ.

Corinthum inter nobilissimas Græciæ vrbes numeratam nemo ambigit,

[a] Liuius dec. 4 l. 6.
[b] Procop. lib. 4 de ædif. Iustinian.
[c] Pausanias lib. 2.
[d] D. Greg. Mag. l. 2. indict. 11. epist. 7.
[e] Steph. de Vrbibus.
[f] Iornand. tit. 2. de regn. ac tẽp. success.
[g] Cassiod. in Chronico.
[h] Flor. lib. 4. de gest. Roman.
[i] Liu. Decad. 5. l. 5.

Ad Isthmum sita est, Ephyra priùs dicta ab Oceani filia Ephyra, quæ autho-
a Pausanias lib. 2 re Pausania [a] prima hanc regionem incoluit, vel vt putat Stephanus ab Ephy-
ro Myrmesis filio ex Epimeta vxore. sed huic postea Corynthi nomen in-
didit Corinthus Marathonis, vel vt Corinthijs persuasum est Iouis fi-
b Strabo lib. 8. lius. Strabo [b] vero hanc primum à Sysipho latrone Æoli filio conditam scri-
bens, prius Corcyram nominatam esse ait, & Cicero pro lege Manilia orans
hanc totius Græciæ lumen appellat. Eò reuera potentiæ propter situs op-
portunitatem venit, vt vix Romæ, quantum ad luxum, ingluuiem, libi-
dinem & magnificentiam cederet. Hanc Metropolim Ecclesiasticam fuisse,
c Parte 3. Concil. Chalced. ita clarè patet in subscriptionibus epistolæ Synodicæ [c] Episcoporum Achaiæ
ad Leonem Imperatorem, vt alia probatione non indigeat. Sic enim primo
loco eius Episcopus subscribit: [Petrus Episcopus Metropolis Corinthi, Sā-
cta & cōsubstantialis Trinitas, quæ tuū genus ad munimē fidei Orthodoxæ,
& salutem generis humani constituit, pium tranquillitatis tuæ longissimo tē-
pore seruet Imperiū, venerabilis Imperator.] Imò multi non sine ratione hu-
ius Episcopum Primatem fuisse credunt temporibus Gregorij magni, huic
Athenas & Patras Metropoles in Hellade & Peloponneso subijcientes: sed
id certo pro his temporibus asseuerare non ausim. Fateor Diuum Grego-
rium misso ad Ioannem Corinthiorum Episcopum Pallio, more maiorum,
d Greg. lib. 4. epist. 55. vt scribit, Helladis Episcopis præcipere, [d] vt huic subiecti maneant: [Pallium,
inquit, Ioanni fratri nostro Corinthiorum Episcopo nos transmisisse co-
gnoscite: cui vos magnopere conuenit obedire, præsertim cum hoc sibi &
antiquæ cōsuetudinis ordo defendat, & bona eius, quibus ipsi testimonium
perhibetis, inuitent.] At Helladem prouinciam Ecclesiasticam à Pelopon-
neso distinctam fuisse non satis constat, sicut nec Atheniensium Episcopum
eius Metropolitæ dignitatem consequutum.

XX. ATHENÆ METROPOLIS HONORARIA.

Athenas vt inter antiquiores, ita inter nobiliores ciuitates omnes posuère.
Ante Deucalionis tempora regem habuit hæc Ciuitas [Cecropem, inquit
e Iustinus lib 2. Iustinus [e], quem vt antiquitas fabulosa est, biformem tradidere, quia primus
f D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 18. cap 8. marem fœminæ matrimonio iunxit.] Sed audiamus Diuum Augustinum, [f]
de huius nomine non parum notanda scribentem: [Iam Minerua tamquam
Dea celebratur regnante Atheniensibus Cecrope: sub quo rege etiam ipsam
vel instauratam ferunt, vel conditam ciuitatem.] Quomodo autem Athenæ
g Idem ibid. cap. 9. sic à Minerua dictæ sint sequenti capite docet ex Varrone, his verbis [g]: [Vt
Athenæ vocarentur, quod certè nomen à Minerua est, quæ Græcè Ἀθηνᾶ di-
citur, hanc causam Varro indicat. Cum apparuisset illic repente oliuæ arbor,
& alio loco aqua erupisset, regem prodigia ista mouerunt: & misit ad Apol-
linem Delphicum sciscitatum, quid intelligendum esset, quidue faciendum.
Ille respondit, quod olea Mineruam significaret, vnda Neptunum: & quod
esset in ciuium potestate ex cuius nomine potius duorum Deorum, quo-
rum signa illa essent, ciuitas vocaretur. Isto Cecrops oraculo accepto, ciues
omnes vtriusque sexus (mos enim tunc in ijsdem locis erat, vt etiam fœmi-
næ publicis consultationibus interessent) ad ferendū suffragium conuoca-
uit. Consulta igitur multitudine, mares pro Neptuno, fœminæ pro Miner-
ua tulere sententias, & quia vna plus inuenta est fœminarū, Minerua vicit.
Ita illa ciuitas, de victoria per fœminas fœminea Athenas nomen accepit.]
Tam illustrem porro vrbem Metropolim Ecclesiasticam primis sæculis

fuisse saltem quantum ad honorem, & paulo post aetatem Gregorij magni [illegible] probabilius est, quod veluti princeps ciuitatum Graeciae foret, & reuera Metropolis eius urbs apud Hieroclem in Synecdemo nominetur, decretumque legatur in Concilio Chalcedonensi, vt quaecumque ciuitates per literas Imperiales Metropolis nomine honoratae fuerant, honore perfruerentur, & qui eius Ecclesiam administrabat Episcopus, seruato verae Metropoli suo iure, pro Metropolita haberetur. Id sane tanto verisimilius existimo, quod primi Ecclesiae Patres in maioribus vrbibus primas sedes constituerint, decreueritque Concilium Antiochenum, Episcopum qui praeest Metropoli, etiam curam suscipere debere totius prouinciae, eo quod in Metropolim vndequaque concurrant omnes qui habent negotia.

Huius equidem Episcopum Metropolitam dictũ apud Balsamonem repertio in Nomocan. Photij. [Cum defunctus, inquit, sanctissimus Athenarum Metropolitanus, & inclytus Dominus Nicolaus Hagiotheodoretus ad Synodum retulisset, magnam hinc animabus perniciem afferri in nonnullis, qui in sua prouincia in septimo gradu matrimonium clandestinum contrahebant propter metum poenae, facta est synodalis declaratio.] Sed & idem Balsamo in Synodi sextae Canones scribens hunc nominat [illegible] hoc est Archiepiscopum. Eius verba sunt: [Haec cum sacer Canon iubeat, & eos ex communicet qui praeter haec faciunt, saepe dictum est a diuersis Archiepiscopis, qui habent ex aurea bulla Clericos, Athenarũ scilicet & Mesembriae, & alijs, quod qui ex antiquis Clericis descenderunt, cogunt ipsos eos qui nõ sunt Clero digni ordinare.] Adde quod in Diatyposi Patriarchatus Constantinopolitani Leoni Imperatori tributa apud Leunclauium legitur, Athenarũ Metropolitano Exarcho Helladis subiectos fuisse decem Episcopatus, scilicet Euripi, Dauliae, Coroneae, Andri, Orei, Scyri, Carysti, Porthmi, Aulonis & Syrae; eumque auulsum à Romano Patriarchatu, sicut & Thessalonicensem, Syracusanum, Corinthium, Rhegium, Nicopolitanum & Patrensem, vt Constantinopolitano Patriarchae subijceretur. Fauet quod Patrensis Episcopus iam Metropolita esset tempore Concilij Chalcedonẽsis, vt mox subiungemus, cum haud probabile sit Patrensem Sedem ante Atheniensem ad talem honoris gradum euectam fuisse, cui multo inferior erat. Attamen Atheniensem Episcopum iura omnia Metropolitae, & Suffraganeos ante finem sexti saeculi obtinuisse absolutè non dixerim, maximè cum inter Suffraganeos Corinthi subscribat in actis Concilij Chalcedonensis.

Patrae Ciuitas Pausaniae & Stephano testibus, priùs Aroe dicta est, recenseturque inter primas vrbes Achaiae: sed eiectis Ionibus ab Achaeis Patraeus Preugenis filius, Agenoris nepos, qui ab Amycla & Lacedaemone maiores deducebat, aucto moenium ambitu, hanc de suo nomine Patras appellauit. Situs eius est in longissimo Peloponnesi promontorio, ex aduerso Aetoliae & Eueni fluminis: maximèque apud antiquos fuit celebris ex martyrio D. Andreae Apostoli, qui sub Aegea Proconsule apud eam passus est: nec non ex sede Metropolitana, quam in ea olim fuisse euidẽter probat Notitia Constantinopolitana praedicta apud Leunclauium. Siquidem in eius fine inter Metropoles à Romano Patriarchatu abipsis auulsas, Constantinopolitanoque subditas recensetur. Sed longè prius ad hunc Metropolis gradum saltem quoad honorem euectam esse non leuiter conijcio ex Cathalogo Metropo- XX. Patrae Metropolis honoraria.

[a] Parte 3. Concil. Chalced.

[b] Epist. Synodic. Achaiæ 4. parte Conc. Chalced.

litarum, ad quos scripsit Leo Imperator qui in fine Concilij [a] Chalcedonensis extat, & in quo Patrensem Episcopum inter eos videre est. Hunc inter Suffraganeos Metropolitæ Corinthiorum, epistolæ Synodicæ [b] Achaiæ subscripsisse non diffiteor: sed quamuis ex hoc satis clare probetur eum Suffraganeos non habuisse huius Concilij tempore, nil tamen obstat, quominus inter Metropolitas honorario locum haberet, qui tunc Corinthiorum vero Metropolitæ parebant, & inter eius Suffraganeos subscripti vt plurimum leguntur in Concilijs.

XXI. GORTYNA CRETÆ METROPOLIS.

Gortyna Stephano vrbs Cretæ, quæ prius Larissa & postea Cremnia vocata est. De hac ita Notitia Græca Imperij Romani: [Creta habet maximam Ciuitatem nomine Gortynam, vbi & Circum insignem esse dicunt.] Sed plura Eustathius ad Dionysium his verbis: [Gortym etiam Gortyna dicitur. Eam sacram vocat Dionysius, vel propter gloriam, vel imitatus Homerum qui Ciuitates appellat sacras, propter studium custodiendi eos qui ipsas inhabitant. Gortynam autem condidit Taurus ille qui Phœnissam Europam rapuit, & Rex Cretæ fuit] Cæterum Theodorus, Gortynæ Metropolis Cretæ Episcopus dicitur in Concilio Constantinopolitano Generali quinto collatione octaua, vnde eam Metropolim fuisse negari non potest.

XXII. ACHRIDA METROPOLIS ET SEDES PRIMATIS.

[c] Procop. lib. 4 de ædific. Iustin.

[d] Guillel. Tyri lib. 20 sacri belli c. 4.

[e] Niceph. lib. 16 c. 37 & lib. 17 c. 28.

[f] Zonaras in Basil. Porphyrogenito 3. Annal.

[g] Iustin. Nouella 11.

[h] Relatio Andreæ Præualitani inter Epist. Hormisdæ.

[i] Suggestio Legatorum Hormisdæ inter eius epist.

[k] Procop. lib. 4 de ædific. Iustiniani.

[l] Iustin. Nou. 131.

[Achrida, inquit Procopius [c], magna plane vrbs est, atque hominum multitudine referta, totius nempe regionis Metropolis, Illyricorum præterea Archiepiscopum sortita, & quæ propter magnitudinem reliquis alijs ciuitatibus antecellit] Hanc quidam Agathiam secuti, eandem cum Bederina Illyrici vrbe putant, Achridam adiectiuum existimantes, sicque dictam quasi summã, id est, primam & Metropolim totius regionis. Sed his silentium imponunt Nicephorus eam Achrido nominans, nec non Guillelmus Tyri [d] Archiepiscopus, qui eam adhuc suo tempore Acredam vocatam fuisse ait. Huius verus & proprius situs, vt liberiùs fatear, ignoratur: nã Nicephorus [e] eam iuxta Lychnidium lacum in Epiro noua collocat, Zonaras apud Dardaniam in Bulgaris, & Iustinianus [g] in Pannonia secunda. Sed forte Iustinianus Panoniæ nomine Dalmatiam ex eo vocat, quod Pannonia late sumpta hanc proculdubio complectetur, ac proinde Præualim quæ Dalmatiæ pars erat, & apud quam proprie fuisse Achridam, non leuibus ductus argumentis coijcio. Ego enim alio nomine hanc Præbilim appellari, legi in veteri manuscripto regiæ Bibliothecæ. Prebilim autem eandem puto fuisse cum Præuali cuius Andreas dicitur Episcopus in eius Relatione, ad Hormisdã [h], & quæ tanto verisimilius in Preuali collocanda videtur, quod ipsi nomen indiderit. Hanc saltem à Lichnido seu Lignedo diuersam fuisse ideo certissimum est, quod in Epistolis eiusdem Hormisdæ eodemque tempore Andreas Præualis dicatur Episcopus, & Theodoretus [i] Lignedi. Quidquid sit, tamen nihil certi de huius situ dici posse arbitror. Patria fuit Iustiniani Imperatoris, vt ipsemet testatus est Nouella vndecima, hancque idcirco mœnibus cinxit validissimis, turribus muniuit, miris ædificijs exornauit, Metropolim totius regionis fecit, & ei Iustinianæ primæ, ad cæterarum distinctionem quas etiam Iustinianas appellauit, nomen indidit. Ab eo siquidem Vlpiana in Dardania Iustiniana dicta est, teste Procopio [k], & Carthago Metropolis Africæ Iustiniana tertia, vt ex Nouellis [l] colligitur, & Mocissus in Cappadocia & Cypsela, & Gordus, & Constantia Cypri Metropolis, & Camuliana, aliæque plures, quarum in Concilijs memoria est. At non tantum hanc

Metropolim totius regionis fecit: sed & in ea Primatem de consensu Vigilij Papæ se constituisse testatur ipsemet Imperator. Illud quoque euidentissime ex Gregorio magno probauimus, cum de Larissæi Metropolitæ sententia iudicantem hunc Primatem vidimus. At quod his non obstantibus priuilegijs subiectus manserit Romano Patriarchæ, ex eodem eximio doctore discere est, cum in epistolis electionem Ioannis huius Episcopi confirmet, eique Pallium mittens, vices etiam suas per Illyricum demandet his verbis[a]: [Quia igitur suscepta fratrum & Coepiscoporum nostrorum relatio, ad locum vos Sacerdotij, totius Concilij vnito consensu, & Serenissimi Principis voluntate, declarat accersiri, gratias omnipotenti Deo creatori nostro magna cum exultatione retulimus: quia vitam actusque vestros ita de præteritis fecit esse probabiles, vt omnium vos, quod est valde laudabile, faceret placere iudicio. Quibus nos quoque in personam fraternitatis tuæ per omnia consentimus; atque omnipotentem Dominum deprecamur, vt charitatem vestram, sicut sua gratia elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat. Pallium vero ex more transmisimus, & vices vos Apostolicæ sedis agere iterata innouatione decernimus, admonentes, vt ita vos circa subiectos debeatis exhibere placabiles, vt rectitudinem vestram diligere prouocentur potius quam timere. Quorum si culpa forte poposcerit, ita excessus emendare curabitis, vt paternum affectum de animo nullo modo relinquatis.] Num aduertis hisce in verbis omnia Patriarchæ munia? vnde quin Romano subditus adhuc fuerit Episcopus ille, dubitari nullatenus potest.

Sardica inter nobiliores, & mediterraneas Thraciæ ciuitates a Ptolemæo[b] recensetur, sed Theodoreto[c] Daciæ est, & quidem illius Metropolis. De Dacia tamen noua intellige, cum antiquæ alia fuerit, vt infra dicetur. In Tabulis geographicis in confinio duarū Mœsiarum, Superioris scilicet & inferioris, collocatur: necnon inter Nessum & Philippopolim vibes; & ab hac, monte qui apud Socratem Tisucis vocatus est, separatur. Serdica per E dicitur Antonino, necnon in aureo Caracallæ nummo quem apud se habuisse testatur Ortelius in Thesauro geographico, qui hanc vulgò à Turcis Triaditza nominari docet. Celeberrima est ex Concilio œcumenico à trecentis septuaginta sex Episcopis, in causa Athanasij, Marcelli, aliorumque exulum Episcoporum in ea celebrato, sub Iulio I. Pontifice, quod generalis Synodus dicitur[d] à Socrate, & ex pluribus quam ex triginta quinque prouincijs coacta ab Athanasio[e].

Eam autem Metropolim Daciæ fuisse, præter Theodoreti verba, qui hanc Dacorum Metropolim esse ait, confirmatur ex catalogo Metropolitarum, ad quos Leo Imperator scripsit post Concilium Chalcedonense, cùm inter eos legatur Zosimus Episcopus Sardicæ. Nec obstat quod Gregorius magnus[f] Felici huius ciuitatis Episcopo scribens, ei præcipiat, vt mentis tumore deposito, Ioanni Achridensi siue Iustinianæ primæ Episcopo ordinatori suo humilem se exhibere & parere non desinat. Etenim, licet Iustinianæ primæ Episcopus Primatum Daciæ & aliarum plurium Illyrici Prouinciarum, fauente Iustiniano, obtinuisset, attamen Sardicensis Episcopus non desijt, sicut nec alij Metropolitæ authoritatem suam in Prouincia sibi priùs subdita conseruare. Addam ciuitatem hanc non tantum Da-

a Greg. lib. [illegible] epist. [illegible]

XXIII. SARDICA METROPOLIS DACIÆ, AT MOESIÆ SVPERIORIS.

b Ptol. lib. 3 c. 11.

c Theod. hist. Eccl. lib. 2 cap. 4.

[illegible Greek]

d Socrat. hist. Eccl. lib. 2 c. 16

[illegible Greek]

e Athanas. epist. ad Solitarios.

f Greg. mag. lib. 2. indict. 11 epist. 10.

eæ vtriusque, sed etiam Mœsiæ primæ Metropolim Ecclesiasticam fuisse. Id primum ex hoc coniicio, quod nulla nec in Conciliis nec apud authores antiquos historiæ Ecclesiasticæ alia Metropolis Ecclesiastica recenseatur istius Prouinciæ, nec sub Sirmio esse potuerit, quod ex alia & maxime distincta dioecesi, etiam ab alio Vicario ciuili administrata, erat. Præterea Mœsiam illam primam Prouinciam Ecclesiasticam per se constituisse non arbitror. patetque ex Catalogo Prouinciarum, quæ à Iustiniano, ex consensu Vigilij Papæ, Achridæ seu Exarcho Iustinianæ primæ subiectæ fuerunt, cum in omne Illyricum Septentrionale authoritatem adeptus est, & in eiusdem Nouella vndecima[a] describuntur his verbis: [Primæ Iustinianæ patriæ nostræ pro tempore sacrosanctus Antistes, non solum Metropolitanus, sed etiam Archiepiscopus fiat, & certæ Prouinciæ sub eius sint authoritate, id est, tam ipsa Mediterranea Dacia, quam Dacia Ripensis, nec non Mysia secunda, Dardania & Præualitana Prouincia, & secunda Macedonia, & pars secundæ etiam Pannoniæ quæ in Bacensi est ciuitate.] Sane si Prouinciam Ecclesiasticam propriam constituisset Mœsia prima, eam cæteris Illyrici Septentrionalis annumerasset Iustinianus. Cæterùm vnum huius Præsulem hic ideo annumerabo nimirum Protogenem, qui Nicæno Concilio primum subscripsit, vt legitur in actis eiusdem Concilij per Gelazium[b] Cyzicenum editis, quod dicatur admirabilis Sardicæ ciuitatis Episcopus. Idemque postea supradicto Sardicensi adfuit, vt videre est in eius subscriptionibus.

a Iustin. Nouel la 11.

b Gelas. Cyzic. l. 2. c. 3. Conc. Nicen.

XXIV. Scupi Metropolis Dardaniæ.

Scupi Mœsiæ superioris vrbs Ptolemæo[c], qui Dardaniam intra fines Mœsiæ includit, postea tamen noua facta Imperij Romani diuisione, ciuitas Dardaniæ, & quidem Metropolis. Huius mentio fit apud Trebellium Pollionem[d]. Ad Axium fluuium ex Orbelo monte profluentem, agroque fertilissimo sita est, non longe ab Vlpiano & Paræcopoli in Macedoniæ confinibus. Quod verò Dardaniæ Metropolis Ecclesiastica fuerit, certissime probatur ex epistola Synodica Episcoporum Dardaniæ ad Leonem Imperatorem, cui Vrsicinus (sic enim legendum est) Scuporum Episcopus primo loco subscribens, se Dardaniæ Episcopum nominat. Hic enim Metropolitarum omnium mos erat, vt se Prouinciarum quas in spiritualibus regebant Episcopos dicerent: sicque Eugenius Metropolita Epiri veteris vocatur Episcopus Epiri in subscriptionibus Epistolæ Synodicę huius prouinciæ ad Leonem, & Maras Mesopotamiæ Metropolita huius Episcopus nominatur in alia Synodica ad eumdem. At quis illud confirmari non videt ex Catalogo[e] Metropolitarum, ad quos Leo Imperator scripsit, quibus idem Vrsicinus Episcopus Scupensis annumeratur?

c Ptolem. l. 3. c. 9.

d Trebell. Pollio in Regiliano.

e Parte 2. Concil. Chalced.

XXV. Marcianopolis Metropolis Mœsiæ inferioris.

Marcianopolis Mœsiæ inferioris vrbs, & Metropolis famosa dicitur apud Iornandem de rebus Gethicis, qui hæc ait: [Mox Danubium vadati, & secūdò Mœsiam populati, Marcianopolim eiusdem patriæ vrbem famosam Metropolim aggrediuntur, diuque obsessam, accepta pecunia ab his qui inerant, reliquere. Et quia Marcianopolim nominauimus, libet aliqua de eius situ breuiter intimare. Nam hanc vrbem Traianus Imperator hac re ædificauit, vt fertur, eo quod Marciæ sororis suæ puella, dum lauat in flumine illo, quod nimiæ limpiditatis saporisque in media vrbe oritur, Potami cogno-

mento

mento, exindeque vellet aquam haurire, casu vas aureum, quod ferebatur, in profundum cecidit metalli pondere grauatum, & longe post emersit, quod certe non erat vsitatum, ac vacuum sorberi, aut certe semel voratum vndis respuentibus renatare. His Traianus sub admiratione compertis, fontique numinis quiddam inesse credens, conditam ciuitatē ex germanæ suæ nomine Marcianopolim nominauit.] Dicitur etiam Metropolis apud Hieroclem MS. Eam autem ex Patriarchatu Romano adhuc Iustiniani tempore fuisse, cum Episcopo Iustinianæ primæ Mœsia secūda paruerit, vt in Nouella XI eiusdem Imperatoris legere est, mihi certum videtur. At quod non tantum Metropolis ciuilis, sed etiā Ecclesiastica fuerit clare perspicitur in subscriptionibus Conciliabuli Ephesini, quibus sic legitur. [Dorotheus Marcianopolis Metropolitanus.] Si dicas huius Episcopū non subscripsisse Epistolæ Synodicæ Mœsiæ secundæ, quæ tertia parte Concilij Chalcedonensis reperitur, annuam: sed hinc inferri negabo eam Metropolim Ecclesiasticam non fuisse. Huius Episcopus ex infirmitate aut alia de causa Synodo non adfuit, ideo locum eius Marcianus Episcopus Abriticæ ciuitatis vt antiquior ordinatione suppleuit, licet eius ciuitas nusquam pro Metropoli habeatur. Nec id in sola Synodo Mœsiæ secundæ obtigit, cum neque in altera epistola Episcoporum Syriæ secundæ subscriptus legatur Metropolita, sed Epiphanius Episcopus Epiphaniæ.

XXVII. TOMI METROPOLIS SCYTHIÆ.

Tomis Illyrici Metropolibus hic annumerabitur: non quod eam ex Patriarchatu Romano post Constantinopolitani institutionem crediderim, sed quod prius illius vltimus limes fuerit. Est autē Ciuitas Scythiæ apud Ptolemæum [a], quæ Tomi Sexto Rufo & Eutropio [b] dicitur, necnō huius regionis primaria seu Metropolis, imo & vnica sedes Episcopalis fuit primis sæculis, vt ex Sozomeno [c] discitur, dum Bretannionis huius Episcopi celeberrimā sic mentionē facit: [Multas quidē habet vrbes, pagos, & castella: sed principatū obtinet Tomis, quæ est vrbs magna & opulēta, prope mare posita, ad læuam cùm quis ad Pontum Euxinū nauigat. Vetus consuetudo est, quæ ibi etiamnum seruatur, vt vnus Episcopus totius illius Ecclesijs præsit. Itaque tempore de quo iam loquimur, illas administrauit Bretannio, quando etiam Imperator Tomim aduenit. Postquam autem accessit ad Ecclesiam, & pro more suo ei persuadere conatus est, vt cum Arianis communicaret: Bretannio constanter admodum apud Imperatorem, & liberè pro doctrina Concilij Nicæni loquutus, recessit ab eo, & ad alteram Ecclesiam se contulit: quem populus quoque secutus est. Ferè autem ab vniuersa ciuitate eò concursum est, partim quo Imperatorem viderent, partim quòd aliquid nouarum rerum eum moliturum expectarent. Valens igitur cum suis derelictus, illud velut contumeliæ loco factum grauiter tulit. Atque Bretannionem comprehensum in exilium deduci mandauit: quem non multo post denuo reduci permisit. Nam cum videret, credo, Scythas Episcopi exilium iniquo animo pati, non parum veritus est, ne nouis rebus studerent, quos quidē nouerat & fortes esse, & ipso locorū situ imperio Romano necessarios, quippe qui impetum Barbarorū illam orbis partem incolentium propulsarēt. Itaque Imperatoris conatus sic à Bretannione compressus est, viro cùm in alijs rebus spectato, tum ob diuinam virtutem adeo insigni, vt etiam ipsi Scythæ

a Ptolem. lib 3. cap. 10.
b Eutropius lib. 6.
c Sozom. lib. 6. cap. 20.
Τούτου δὲ τοῦ ἔθνους πολλαὶ μὲν ἔισι καὶ πόλεις καὶ κῶμαι, καὶ φρούρια. μητρόπολις δ' ἐστὶ Τόμις, πόλις μεγάλη καὶ εὐδαίμων παράλιος, ἐξ εὐωνύμων εἰσπλέοντι τὸν Εὔξεινον [καλούμενον] πόντον. νόμος δὲ ἐς ἔτι νῦν ἔθος παλαιὸν ἐνθάδε κρατεῖ, τὸ πάσης τοῦ ἔθνους ἕνα τὰς ἐκκλησίας ἐπισκοπεῖν, &c.

laudis testimonium ei tribuerent.] Quis in his Tomorum Episcopum Metropolitam fuisse non obseruat? Idem etiam probat Epistola Theotimi huius sedis Antistitis ad Leonem Imperatorem, quod hanc, non cum alijs Coepiscopis, sed solus scripserit, subscripseritque.

XXVIII.

ZARMIZEGETVSA METROPOLIS DACIÆ ANTIQVÆ.

Zarmizegetusa regia seu Metropolis ciuilis Daciæ antiquæ dicitur apud Ptolemæum[a], nec non & lege prima de Censibus, sicut in veteri quadam inscriptione apud Zamosium. Nec minus eam Metropolim Ecclesiasticam seu Gothorum Archiepiscopi sedem fuisse probabile videtur, maxime cum vnus apud illos tantum esset Episcopus, sicut in Scythia: vsusque in Ecclesia inualuisset, vt in primarijs vrbibus thronum haberent Episcopi. Cur autem nos eamdem Zarmizegetusam Daciæ antiquæ & Gothiæ Metropolim constituamus, vt intelligas hæc habe. Gothi è patrijs sedibus quæ iuxta Mare Sueuicum & Vistulam fluuium erant, à Marci Aurelij principatu, per Sarmatiam longè vagati, tandem in Dacia antiqua habitare cœperunt iuxta Pontum Euxinum, nec prius Istrum transierunt quàm Valens imperaret. Statim Dacia illa Gothia ab ijs incolis dicta est, vt in nostra Gallia prouincia Narbonensis ab ijsdem. Hæc apud Iornandem[b] rerum Gothicarum scriptorem leguntur. Ego vero addam, quod cum tunc Zarmizegetusa totius regionis primaria esset, etiam Metropolis Gothorum dicta est, sicut & eius Præsul Gothorũ Episcopus. Plures sanè ex huius Præsulibus apud priscos authores legimus. Theophilus Nicæno Concilio interfuit, & subscribens se Gothorum Metropolitam nominat. Est etiam memoria Vlphilæ & Selinæ eiusdem sedis Episcoporum apud Sozomenum[c]. Sed quosdam hancce Gothorum Metropolim cum Tomis ex hoc vnam facere haud nescio, quod Gothi Istrum transeuntes etiam in Scythia sedes posuerint. Verum eas prorsus distinguendas esse certũ videtur ex Theodoreto[d], qui his distinctos Episcopos sub Valente assignat, scilicet Bretennionem Scythiæ, & Vlphilam Gothorum: quorum ille omni, inquit, genere virtutis insigniter decoratus, totius Scythiæ Episcopus, animo diuino pietatis amore accenso, pestiferam dogmatum Arianorum corruptelam, & iniqua facinora Valentis contra sanctos edita coarguit: hic autem, (scilicet Vphilas) cum ab Eudoxio & verborum lenocinijs delinitus esset, & pecuniæ inescatus illecebris, Gothis Patrem maiorem Filio, Filiumque creaturam esse persuasit, ipsosque Arianorum dogmatibus imbuit. Adde quod ex eodem Theodoreto[e] Gothi nonnisi sub Valente Istrum traiecerint, & iam tempore Concilij Nicæni Theophilum Episcopũ, vt diximus, habuerint. Vnum tamen fatebor his cõmune fuisse, quod neuter Suffraganeos sibique subiectos Episcopos haberet. Id de Tomorum Archiepiscopo ex Sozomeno retulimus, sed idem de Gothiæ Antistite Balsamonem[f] in responsis de Patriarchis asserentem audiamus: [Gothiæ, inquit, Antistes nõ propterea vocatur Archiepiscopus, quod Episcoporum Princeps & ordinator sit; sed quod primus Episcoporũ. Quippe à sanctis Patribus est sancitum, vt diœceses, in quibus sunt vrbes sub Episcoporum gubernatione constitutæ, à Metropolitanis regantur, quos etiam ipsi Canones primos appellant: quæ verò ciuitates quasdam attributas non habent quibus præsint Episcopi, ab Archiepiscopis administrentur; ita vt hæ quidem cedant Metropolibus, sed Episcopatibus præstent.]

a Ptolem. lib. 3 c. 8

b Iornandes lib. de rebus Geticis.

c Sozomenus lib. 7. hist. cap. 17. [illegible]

d Theodor. lib. 4. hist. Eccl. cap. 30. & 32. [illegible]

e Idem eodem c. 32. [illegible]

f Balsam. in Medit. apud Leuncl. lib. 7 [illegible]

NOTITIA ANTIQVA EPISCOPATVVM ILLYRICI ORIENTALIS, MOESIÆ INFERIORIS, ET SCYTHIÆ.

PROVINCIA THESSALONICENSIS SEV MACEDONIÆ.

THESSALONICA Ptolemæo lib. cap.13 vulgo *Salonichi* teste Sophiano. *Aetius* Thessalonicensis Episcopus subscripsit Concilio Sardicensi, & *Anastasius* Chalcedonensi.

PHILIPPI Ptolem. ibidem. *Philippo* etiam hodie vulgo dicitur. *Philippus* eius Sedis Antistes Concilio Sardicensi subscripsit, & *Sozon* Chalcedonensi.

BERRHOEA Ptolem. ibid. *Veria* Sophiano, & *Boer* Turcis, teste Leunclauio. *Timotheus* huius ciuitatis, quæ Metropolis (scilicet honoraria) dicitur, Antistes Concilio Constantinopolitano sub Agapeto & Menna interfuit.

DIVM Dion Ptol. ibid. vulgò *Stadia* teste Nardo. *Palladius* huius Episcopus Concilio Sardicensi subscripsit.

STOBI Ptol. ibid. vulgò *Starachino* teste eodem Nardo. *Bunius* Stoborum Episcopus Nicæno Concilio subscripsit, & *Nicolaus* Chalcedonensi.

PAROECOPOLIS Ptol. ibid. quæ Partecopolis dicitur Concilio Chalced. cui *Ioannes* huius Episcopus subscripsit.

DEBORVS Ptolem. ibid. alijs Doberus, vulgò *Dibrÿ* Sophiano teste. *Gerontius* huius Ecclesiæ Præsul subscripsit Sardicensi Concilio, vbi male legitur de Brebi, & *Eusebius* Doberorum Concilio Chalcedonensi.

CASSANDRIA Ptol. ibidem, *Cassandria* etiam hodie dicitur Sophiano teste. *Hermogenes* Cassandriæ Episcopus eidem Concilio Chalcedonensi subscripsit.

NEAPOLIS Ptolem. ibid. Sophiano *Christopoli* dicitur. *Martinus* Neapolitanus Antistes subscripsit Concilio Sardicensi, vbi mendose Achaiæ scribitur.

TORONE Ptol. ibid. varie hodie intelligetatur, Sophiano *Castel Rampo* dicitur, & alijs *Agiomana*. *Theodorus* huius ciuitatis Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi.

LETE Ptolem. ibid. *Letta* & *Lita* etiam vulgò nuncupatur. *Petrus* Letes Episcopus eidem Concilio Chalced. subscripsit.

HERACLEA Ptolem. ibid. vulgò *Xenosna* Molano & Nardo. *Euagrius* Heracleæ Episcopus Sardicensi Concilio subscripsit, & *Benignus* Constantinopolitano generali quinto.

THASSVS maris Ægei Insula, & Ciuitas eiusdem nominis, Plinio lib. 4. cap. 12. non longe a Lemnos insula, vulgo etiam *Taso* dicitur teste Sophiano. *Honoratus* Thasi Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi, vbi mendosè dicitur Helladis Prouinciæ.

HEPHÆSTIA vrbs Lemnos insulæ Ptolem. ibidem, vulgò *Cochino* teste Hug. Fauolio. *Strategius* ex huius Ecclesiæ Præsulibus Concilio Nicæno subscripsit, vbi mendosè ponitur in Mœsia.

TOPIRIS Ptolem. lib. 3. cap. 11. in Thracia: sed Concilium Chalcedonense Topirum in Macedonia ponit, cuiquidem Concilio *Eusebius* Topiris Episcopus subscripsit.

SERRE Leunclauio vrbs Macedoniæ, vulgò etiam *Serre*, fortè Derris Ptolem. lib. 3. cap. 13. *Maximinus* Serres vel Derris Macedoniæ primæ Episcopus subscripsit eidem Concilio Chalcedonensi.

PROVINCIA LARISSENA SEV THESSALIÆ.

LARISSA Ptolem. lib. 3. cap. 13. Italis *Larizzo* teste Sophiano. *Alexander* Larissenus Antistes Sardicensi Concilio subscripsit, & *Vigilantius* Chalcedonensi.

DEMETRIAS Ptolem. ibidem, hodie *Dimitriada*. *Constantinus* Demetriadis Thessaliæ Episcopus eidem Concilio Chalcedonensi subscripsit.

ECHINVS Ptolem. ibid. vulgò *Scarphia* Sophiano. *Theodorus* Echinei Episcopus adfuit Ephesino Concilio, & *Petrus* Chalcedonensi.

CYPERA Ptol. ibid. vulgò *Cypara*. *Hymeneus* Cyperæ Episcopus Sardicensi Concilio subscripsit.

LAMIA Ptol. ibid. multis nunc *Lamina*. *Secundianus* Lamiæ Episcopus subscripsit Ephesino Concilio.

TRICCÆ Ptol. ibid. vulgò *Tricala* Sophiano. *Heliodori* huius Episcopi memoria est apud Socratem lib. 5. cap. 21.

METROPOLIS Ptolem. ibidem. *Marcus* Episcopus Metropolis, quæ mendosè in Dacia ponitur, cùm in Thessalia sit, Cõcilio Nicæno subscripsit.

THEBÆ Phtyoticæ Ptol. ibid. vulgò *Zitoa*. *Dion* Episcopus Thebarum Thessaliæ subscripsit Concilio Ephesino.

PROVINCIA NICOPOLITANA SEV EPIRI VETERIS.

NICOPOLIS Ptol. lib. 3. cap. 14. vulgò *La Preuesa* teste Sophiano. Ex huius sedis Præsulibus *Atticus* Chalcedonensi Concilio subscripsit, & *Eugenius* Epistolæ Synodicæ veteris Epiri ad Leonem Imperatorem.

ANCIASMVS Hierocli MS. Onchesmus Ptol. ibidem, & Anchiaxus lib. Conciliorum, vulgò *la Quaranta* Sophiano. *Claudius* huius Episcopus iisdem Concilio & Epistolæ subscripsit.

PHOENICA Ptolemæo ibidem. *Valerianus* Phœnicæ Episcopus sub-

ſcripſit dictæ Epiſtolæ Synodali ad Leonem Imperatorem.

DODONEA Dodone Pauſaniæ lib. 7. hodie non extat. *Theodorus* Dodoneæ Epiſcopus Concilio Epheſino ſubſcripſit, & *Vranius* dictæ Epiſtolæ ad Leonem.

CORCYRA Inſula & Vrbs Ptol. vbi ſupra vulgò *Corfou*. *Apollodorus* Corcyræus Nicæno Concilio ſubſcripſit.

ADRIANOPOLIS vrbs Epiſcopalis veteris Epiri libro Conciliorum, & Epiſtolæ Synodicæ huius Prouinciæ ad Leonem Imperatorem, cui *Hypatius* eius ſedis Epiſcopus ſubſcripſit, & *Eutichius* adfuit actioni primæ Concilij Chalcedonenſis.

BVTHROTVM, Straboni lib. 7. & Ptol. lib. 3. cap. 14. Buthrotorum ſinus. *Stephanus* Buthroti Epiſcopus eidem Epiſtolæ ſubſcripſit.

EVRIA Hierocli & libro Conciliorum, cui etiam aliquando Euroma, vrbs Epiſcopalis Epiri veteris, Italis *San Donato*. *Eugenius* Euromæ Epiſcopus ſubſcripſit Epiſtolæ Synodicæ huius Prouinciæ ad Leonem, *Theodotus* autem Epiſcopus Euriæ antiquæ Epiri, eſt in Conc. Conſtantinopolitano ſub Agapeto & Menna.

PHOTICA Hierocli MS. Huius Antiſtes *Didaeus* ſubſcripſit dictæ Epiſtolæ ad Leonem, vbi mendosè legitur Phocæ; & *Philippus* alteri ad Hormiſdam.

CEPHALENIA Inſula Ptolem. lib. 3. cap. 14. vulgò *Cefalonia*. *Noë* Cepha-Caſtelli alias Cephaleniæ Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Chalcedonenſi.

PROVINCIA CORINTHI SEV ACHAIÆ.

CORINTHVS Ptol. lib 3. cap. 16. vulgò Italis *Corinto* & *Coranto*, Turcis *Germe* teſte Leunclauio. *Perigenes* Corinthiorum Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Epheſino, & *Petrus* Epiſtolæ Synodicæ Achaiæ ad Leonem Imperatorem.

ATHENÆ Ptol. eodem lib. cap. 15. vulgò *Setbines* teſte Sophiano. *Dionyſius* primus Athenienſis Epiſcopus dicitur apud Euſeb. lib. 3. cap. 4. & *Athanaſius* ſubſcripſit dictæ Epiſtolæ.

PATRÆ Ptolem. eod. lib. cap. 16. vulgò *Patra* Sophiano. *Proſtarcus* ab Achaia de Patris ſubſcripſit Concilio Sardicenſi, & *Alexander* dictæ Epiſtolæ Synodali.

ARGOS Ptol. ibid. vulgò *Argo*. *Oneſimus* Argorum Helladis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Chalcedonenſi, & *Thales* dictæ Epiſtolæ.

MEGALOPOLIS, quæ & Chriſtianopolis Ptolem. ibid. vulgò *Leondari*, teſte Sophiano. *Timotheus* huius ciuitatis Epiſcopus ſubſcripſit dictæ Epiſtolæ.

LACEDÆMON quæ & Sparta Ptolem. ibid. vulgò *Miſitra* Sophiano teſte. *Hoſius* Lacedæmoniorum Antiſtes ſubſcriptus legitur eidem Epiſtolæ Synodali.

CORONE Ptolem. ibid. hodie *Coron* vulgò. Eius Episcopus *Agatocles* Concilio Ephesino subscripsit, & *Aphobius* eidem Epistolæ.

HELICE Ptol. ibid. vulgò *Niora* Molano teste. *Dionysius* huius Episcopus subscripsit Concilio Sardicensi.

TEGEA Ptol. ibid. vulgò *Muchli* Nigro. *Orphelinus* huius ciuitatis Antistes subscripsit Concilio Chalcedonensi,

MESSENE, Mesena Ptolem. ibid. vulgò *Moseniga* teste Nardo. *Ioannes* huius Ecclesiæ Episcopus dictæ Epistolæ subscripsit.

NAVPACTVS Ptolem. eod. lib. c. 15. hodie *Lepanto*. *Calicrates* Naupacti Episcopus subscripsit Concilio Ephesino.

OREVM Soreus Ptolem. ibid. vulgò *L'Orio* Sophiano. *Theophilus* Orei Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi.

PORTHMVS Notitiæ antiquæ Hieroclis, Propontus etiam dicitur in Concilijs, vulgò *Portmo*. *Athanasius* Proponti Episcopus legitur in dicta Epistola, & *Theodorus* Porthmi in Concilio Constantinopolit. Gener. V.

CARYSTVS Ptolem. ibid. *Caristo* etiam hodie Sophiano. *Ciriacus* Carystenus Episcopus subscripsit dictæ Epistolæ.

MARATHON Ptol. ibid. vulgò *Marathona* Sophiano, & alijs *Marason*. *Triphonis* huius Episcopi subscriptio est in Concilio Sardicensi.

MEGARA Ptol. ibid. nunc *Megra* dicta. *Nicias* Megarensis Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi, & *Agatherus* dictæ epistolæ.

THEBÆ Ptolem. ibid, vulgò *Tiues & Stiues* teste Sophiano. *Anisius* Thebarum Episcopus subscripsit Concilio Ephesino, & *Architimus* eidem epistolæ.

PLATÆÆ Ptol. ibid non extat hodie hæc ciuitas. *Domninus* Platæensis Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi, & *Plutarchus* dictæ epistolæ.

OPVS Ptolem. ibid. *Domninus* Opuntis Episcopus subscripsit Concilio Ephesino, & *Athanasius* Chalcedonensi.

THESPIÆ Ptol. ibid. *Tespe* adhuc. *Rufinus* Thespinensis Episcopus subscripsit dictæ epistolæ.

TANAGRA Ptol. ibid. vulgò *Anatoria* teste Castal. *Isicius* huius Episcopus subscripsit eidem epistolæ.

ELATIA Ptol. ibid. Elatea Straboni. *Alexander* Elatiæ Episcopus subscripsit eidem epistolæ.

CHALCIS ad Euripum, Ptol. ibid. vulgò *Negroponte*. *Constantinus* Episcopus Chalcidis subscripsit dictæ Epistolæ.

CARSIA Epist. Synod. huius prouinciæ, fortè pro Caria, de qua Pausanias lib. 1. Atticorum, vel pro Corissia Strab. lib. 10. *Zoilus* Carsiæ Episcopus subscripsit dictæ epistolæ Synodali huius Prouinciæ ad Leonem.

STRATEGIS Thebaidis Colonia, est in Thesauro Goltzij. *Festius* Strategidis Episcopus subscripsit Concilio Nicæno, vbi ex Achaïa dicitur.

SECORVS Achaiæ Ciuitas Episcopalis in Concilio Sardicensi, cui *Irenæum* de Secoro interfuisse, eius subscriptio testatur.

PROVINCIA EPIRI NOVÆ.

DYRRACHIVM Ptol. lib. 3. cap. 13. vulgò *Durazzo* & *Drazzi* Turcis. *Lucas* Dyrrachij Episcopus subscripsit Epistolæ Epiri nouæ ad Leonem Imperatorem.

SCAMPES Ptolem. ibid. *Scampi* adhuc dicitur in Tabula recenti. *Artemius* Escampenus Episcopus subscripsit eidem Epistolæ, & *Troij* Scampini mentio fit in Epistola Andreæ Præualitani ad Hormisdam.

APOLLONIA Ptolem. ibid. Italis *Palpollina* & *Piergi* Turcis, Sophiano teste. *Eusebius* Apolloniadis Episcopus subscripsit dictæ Epistolæ Synodali.

AVLON Ciuitas naualis Ptol. ibid. *La Valona* Italis. *Nazarius* huius Episcopus subscripsit eidem Epistolæ.

AMANTIA Ptolem. ibid. Italis *Porto-Raguseo*, si Ferrario credimus. *Eulalius* Amantiæ Antistes subscripsit Concilio Sardicensi.

LYCHNIDVS Ptol. ibid. Turcis *Gustandel*. *Antonius* Lychnidij Episcopus in subscriptionibus dictæ Epistolæ legitur.

BVLLIDVM seu Bullis Ptolem. lib. 3. cap. 12. Vallidum Epistolæ Synodicæ Epiri nouæ ad Leonem, cui *Philocaris* huius Episcopus subscripsit.

PRONVS Cephaleniæ Insulæ Castellum Polyb. initio libri quinti. *Noë* Cephia Castelli alias Cephaleniæ Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi, & *Paulus* Prōnatenus, qui mendose Prinatenus dicitur, eidem Epistolæ.

PROVINCIA CRETÆ.

GORTYNA Ptol. lib. 3. cap. 17. vulgò *Gortyn* teste Sophiano. *Iconius* Gortynæ Antistes Ephesino Concilio subscripsit, & *Martyrius* Chalcedonensi.

GNOSSVS Ptolem. ibidem vulgò *Ginosa*. Ex huius ciuitatis Præsulibus *Zenobius* eidem Ephesino Concilio subscripsit, & *Gennadius* Chalcedonensi.

HIERAPETRA Ptolem. ibid. quæ in Concilijs vt plurimùm Hierapina dicitur, vulgò *Gierapetra* Sophiano teste. *Euphronius* huius sedis Episcopus eidem Chalcedonensi Concilio subscripsit.

LAPPA Ptol. ibid. quæ etiam hodie *Lappa* dicitur. *Demetrius* Lappensis Episcopus eidem Concilio Chalcedonensi subscripsit, & *Prosdocius* Epistolæ Synodali Prouinciæ Cretæ ad Leonem Imperatorem.

SVBRITA Ptolem. ibid. vulgò *Sandioia*. *Cyrilli* huius sedis Episcopi subscriptio legitur in Concilio Chalcedonensi.

ELEVTHERA, Eleutheræ Ptol. ibid. & Eleuthernæ Plinio lib. 4. cap. 12. *Euphrates* huius Episcopus eidem Concilio Chalcedonensi subscripsit.

CHERRONESVS Ptol. ibid. vulgò *Chironniso*. Ex eius Episcopis *Anderius*, alijs *Andreas* Concilio Ephesino subscripsit, & *Euphrata* dictæ Epistolæ Synodicæ.

CYDONIA, Cydonis Ptol. ibid. vulgò *La Canea* Sophiano. *Sebon* eius sedis Episcopus subscripsit dictæ Synodali Epistolæ: vnde in eius syngra-

pha legendum eſt Cydoniæ, non Doniæ.

CYSAMVS Ptolem. ibid. vulgò *Chiſamopoli* Sophiano, & alijs *Chiſamo. Nicaïs* huius Antiſtes eidem Epiſtolæ ſubſcripſit, qua legendum arbitror Ciſamenſis, non Catamenſis.

SITEVM, Cytæum Ptolem. ibid. vulgò *Sitia* Bellonio. *Lucius* Sitei Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Chalcedonenſi.

CANTANVM Libro Conciliorum. *Paulus* Cantanenſis Epiſcopus eidem Concilio Chalced. ſubſcripſit.

PROVINCIA PRÆVALITANA.

ACHRIDA Iuſtiniano Imperatori Nouella 11. olim Πρέβαλις ſeu Præualis dicta, vt in codice Græco perantiquo Regiæ Bibliothecæ legitur. Primũ Epiſcopalis fuit, vnde *Andreas*, qui ad Hormiſdam relationẽ quæ inter eius Epiſtolas extat ſcripſit, dicitur Epiſcopus Præualitanus: poſtea Metropolis & ſedes Primatis ſub nomine Iuſtinianæ primæ facta eſt, vt in eadem Nouella obſeruatur, & *Ioannes* huius Epiſcopus fuit, ad quem Gregorius magnus Epiſtol. 8. libri 4. Indict. 13. direxit.

SCODRA Hierocli M. S. in Præualitana, ſed de ea iam in Dalmatia, in qua ab alijs ponitur. *Stephanus* Epiſcopus Scodræ fuit, ex D. Greg. Epiſt. 36. lib. 1. indict. 9.

PROVINCIA SARDICENSIS IN DACIA VTRAQVE ET MOESIA SVPERIORI.

SARDICA Ptol. l. 3. cap. 11. vulgò *Triadizza*. *Protogenes* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Sardicenſi.

REMESSIANA Hierocli MS. in Dacia. *Diogenianus* Remeſſianæ Epiſcopus adfuit Concilio Chalcedonenſi.

AQVÆ Antonino in Itinerario, Mœſiæ ſuperioris vrbs, cuius Epiſcopus *Vitalis* ſubſcripſit eidem Concilio Chalcedonenſi.

CASTRVM MARTIS Sozomeno libro 9. cap. 5. Mœſiæ Ciuitas vulgò *Marota*. *Caluus* à Caſtro-Martis ſubſcripſit Concilio Sardicenſi.

PROVINCIA DARDANIAE.

SCVPI Ptol. libro 3. cap. 9. vulgò *Scopia* ſeu *Vſcopia*. *Paregorius* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Sardicenſi, & *Vrſicinus* Epiſtolæ Synodali Dardaniæ ad Leonem Imperatorem.

VLPIANVM Ptol. ibid. dicitur & Iuſtiniana ſecunda, vulgò *Vilta Procopiana*, teſte Lazio. *Macedonius* huius Epiſcopus ſubſcripſit eidem Concilio Sardicenſi.

DIOCLETIANA, quæ Diocletianopolis Antonino in Itinerario. *Maximus* Epiſcopus Diocletianæ ſubſcripſit eidem Epiſtolæ.

NESSYNA ciuitas, seu Nessus Ptolem. ibid. vulgò *Nissana*. *Dalmatius* huius Episcopus subscripsit Epistolæ Synodicæ Dardaniæ Prouinciæ ad Leonem Imp. qua legendũ puto Nessynæ non Nentinæ ciuitatis, cùm Nentinæ nullam scriptores antiqui mentionem faciant. Ego *Gaudentium* de Naiso à Dacia qui Concilio Sardicẽsi subscripsit, eius Antistitẽ fuisse cõijcio.

PROVINCIA MOESIÆ INFERIORIS.

MARTIANOPOLIS Mysiæ inferioris vrbs Antonino in Itinerario, vulgò *Martiopoli*. *Pistus* Martianopolitanus Episcopus Concilio Nicæno subscripsit, & *Dorotheus* Conciliabulo Ephesino, in quo Metropolita dicitur.

ABRITVM, Abruto Iornandi lib. de rebus Gothicis, & Abricium Cassiodoro in Chronico, qui vrbem hanc in Thracia, cuius Mœsia inferior pars est, constituit. *Martianus* huius Episcopus subscripsit Epistolæ Synodicæ Mœsiæ inferioris ad Leonem Imperatorem.

NOVÆ Ptolem. lib. 3. cap. 10. vulgò *Nouomont*, teste Lazio. *Petrus* eius sedis Episcopus subscripsit eidem Epistolæ Synodicæ.

DVROSTORVM Ptolem. ibidem, vulgò *Dora*, eodem Lazio teste. *Iacobus* Dorostori Episcopus subscripsit Concilio Ephesino, & *Monophylus* Chalcedonensi.

DIONYSIOPOLIS Ptol. ibid. vulgò, vt putant, *Varna*. *Chariton* huius ciuitatis Antistes subscripsit Concilio Chalcedonensi.

ODESSVS Ptolem. in Mœsia inferiori, Epistolæ tamen Synodicæ eiusdem Mœsiæ ad Leonem in Scythia: sed mendum videtur, cum huic ipsi Epistolæ *Dittas* Episcopus inter Mœsiæ secundæ Antistites subscribat. Quibusdam *Lemano* vulgò dicitur.

APIARIA Antonino. *Martialis* Apiaræ Episcopus subscripsit dictæ Epistolæ ad Leonem.

NICOPOLIS ad Danubium vrbs Episcopalis Mœsiæ inferioris in Epistola Synodica Concilij huiusce Prouinciæ ad Leonem Imperatorem, cui *Marcellus* Nicopolis Episcopus subscripsit.

COMÆA Historiæ Miscellæ Mœsiæ vrbs, cuius Episcopus *Marius* Concilio Nicæno subscripsit.

PROVINCIA SCYTHIÆ.


TOMI Antonino in Itiner. vulgò *Tomiswar* Metropolis Scythiæ Autocephala. *Theotimus* huius Episcopus scripsit Epistolam ad Leonem Imperatorem, quæ reperitur parte tertia actorum Concilij Chalcedonensis.

PROVINCIA GOTHIÆ, SEV DACIÆ ANTIQVÆ.

ZARMIZEGETVSA Ptolem. lib. 3. cap. 8. Gothorum Metropolis, vt as-

bitramur, & eadem cum illa vrbe, quæ in Notitia Leoni tributa apud Leunclauium Gothia dicitur, & inter Archiepiscopatus seu sedes Autocephalas recensetur. Non enim alia verisimilior sententia mihi in mentem venit: maxime cùm Zarmizegethusa Regia dicatur à Ptolemæo, reueraque maior illustriorque ciuitas huiusce regionis fuerit, in qua Gothi à patrijs sedibus exeuntes habitarunt. Gothiam Metropolim statuit Ortelius non longè à Ponto Euxino, & rectè equidem, cum eam regionem Gothi incoluerint, sed ei locum non assignat: ego verò his non parum probabilibus ductus rationibus Zarmizegetusam esse conijcio. *Theotimus* autem Episcopus Gothiæ subscripsit Concilio Nicæno.





SCYTHIÆ MAIORIS PARS
DACIÆ ANTIQUÆ PARS
TAVRICA CHERSONESUS
PONTVS
SCYTHIA
TOMI
MOSIA INFERIOR
HÆMI MONS
THRACIA
MACEDONIÆ PARS
THESSALONICA
BITHYNIA
NICEA
PAPHLAGONIA
GALATIA
PHRYGIA
MARE ÆGIVM
THESSALIÆ PARS
EVBŒA I
ACHAIÆ PARS
PELOPONESI PARS
CHIOS INSVL
SAMVS INSV
CYCLADES INSVLÆ
ASTYPALÆA INS
RHODVS INSV
MARE RHODIUM
PAMPH
CRETA INSVLA
MARE MEDITERR



PATRIARCHATUS
CONSTANTINOPOLITANI
Geographica descriptio
PARISIIS Apud M. TAVERNIER
Sculptorem REGIUM & Excusorem
Tabularum Geographicarum
Hydrographicarum in Insula
Palatij ad insigne Sphæræ Regiæ
Cum Privilegio Regio
EUXINUS
PONTUS
POLEMO
NIACUS
AMASIA
NEOCESAREA
SEBASTE
CAPPADOCIA
ARMENIA PRIMA
ARMENIA SECUNDA
MELITENE
TRAPEZUS
LAZI
IBERIA
MARIS CASPII PARS
PATRIARCHATUS ANTIOCHENI PARS
MARE CILICIUM
CYPRUS INSULA
SALAMIS
MARE SYRIA
ANEUM
75
80
85
65
70
75
35
40



PATRIARCHATVS CONSTANTINOPOLITANVS.

LIBER NONVS.



E Asia, quæ ad Tanaïm flumen Europam attingit, I. deinceps nobis dicendum est, saltem quoad illam Asiæ descriptio. partem, quæ Christi fidem amplexa tribus sedibus Patriarchalibus, quamplurimis Metropolibus, innumerisque Episcopatibus insignita fuit. [Nomen habuit, si Eustathio[a] credimus, ab Asio Atyis filio, vel ab Asia matre Promethei, authore Lycophrone: vel quòd multas paludes habeat, ideoque lutosa sit: ἄσις enim idem est quod ἰλὺς, id est lutum, apud Homerum. Quidam verò etiam Atticam aiunt olim Asida esse vocatam, & nonnulli Asium Philosophum dedisse Troi custodiendum palladium ex ligno fabrefactum: Troëm verò in honorem illius viri regionem prius à se Epirum dictam, Asiam vocasse: à qua reliqua inde regio, vt à præstantiori parte, nomen accepit.] Vult tamen Stephanus[b] ab Asia ciuitate Lydiæ vniuersam Asiam nuncupatam fuisse. Sed misso nomine, eam primum à Lucio Scipione, qui ob id Asiaticus vocatus est, Romanorum legibus subactam fuisse dicamus. Mox à Consulibus, & postea à Proconsulibus est administrata: demum translato Imperio in Orientem à Constantino magna ex parte cum Thracia Præfecto Prætorio Orientis subdita. Eum quinque maiores Diœceses administrasse in Notitia ciuili Imperij Romani dicitur, nimirum Asiam, Pontum, Thraciam, Orientem & Ægyptum: de duabus vltimis, vbi de Patriarchatibus Antiochiæ, Ierosolymorum, & Alexandriæ sermo nobis erit. Iam de tribus primis scribendum duximus.

[a] Eustathius ad Dionysium.

[b] Stephanus de vrbibus.

Asia quidem multifariam sumitur: nunc pro vna ex quatuor mundi partibus: alias pro ea tantùm Prouincia, quæ inter Lydiam & Cariam ad mare Ægeum sita à Proconsule regebatur: tandem pro vna ex quinque Diœcesibus Præfecto Prætorio Orientis subditis. Hoc vltimo modo accepta in has Prouincias vndecim apud Notitiam ciuilem Imperij Romani sic diuiditur, nempe Asiam Proconsularem, Pamphyliam, Hellespontum, Lydiam, Pisidiam, Lycaoniam, Phrygiam Pacatianam, Phrygiam Salutarem, Lyciam, Cariam, & Insulas. Asia Proconsularis iam descripta est. II. Asiæ Proconsularis descriptio, minorisque Prouinciæ.

Hellespontus terminatur ab Oriente Phrygia Pacatiana, & parte Salutaris, à Septentrione Propontide, ab Occidente freto Hellesponti, à Meridie mari Ægeo.

Phrygia Salutaris inter Hellespontum & Pacatianam à Septentrione, inter eamdem Pacatianam & Lydiam ab Ortu posita, habet Asiam à Meridie, & mare Aegeum ab Occidente.

Lydia clauditur Asia à Meridie, Phrygia Pacatiana ab Ortu & Septentrione, & Phrygia Salutari Asiaque propria ab Occasu.

Caria ab Ortu Lyciam habet, à Septentrione Asiam & Lydiam, ab Occidente mare Icarium seu Aegeum, & à Meridie mare Rhodium.

Lycia inter Pamphyliam ab Ortu & Cariam ab Occasu, Lydiam & Phrygiam Pacatianam à Septentrione, & mare Rhodium à Meridie sita est.

Phrygia Pacatiana habet à Septentrione Bithyniam, Honoriadem, & Galatiam, ab Occasu Hellespontum, à Meridie Phrygiam Salutarem, Lydiam, Cariam & Lyciam, & ab Ortu Pisidiam cum Galatia.

Pisidia à Meridie adiacet Pamphyliæ, ab Occasu Phrygiæ Pacatianæ, ab Ortu Lycaoniæ, & à Septentrione partim eidem Phrygiæ partim Galatiæ Salutari.

Pamphylia habet ab Ortu Isauriam, ab Occasu Lyciam, à Septentrione Pisidiam, à Meridie mare Pamphylium.

Lycaonia denique terminatur ab Ortu Tauro monte, ab Occasu Pisidia, à Meridie Isauria, & à Septentrione Galatia salutari.

III. PONTI DESCRIPTIO ET PROVINCIÆ.

Pontus secunda Diœcesis Præfecti Prætorio Orientis, à Bosphoro Thraciæ Bithyniam, Paphlagoniam, Galatiam, & Cappadociam aliasque Prouincias complectens, ad Euphratem vsque protenditur. Hunc primum Pompeius [a] in Prouinciæ formam redegit, posteà [b] Mithridati Pergameno regendus concessus est. Tandemque, vt ait Sextus [c] Aurelius, regia stirpe deficiente, Neronis tempore iterum Prouincia factus est. Theodosius Imperator eum in octo regiones diuisum Vicario subiecit: hæque fuerunt, Pontus Polemoniacus, Amasia, Honorias, Bithynia, Paphlagonia, Armeniæ duæ, & Cappadocia, authore Stephano [d]. At paulo post in vndecim distributus, quæ sic in Notitia Ciuili Imperij Romani recensentur.

[a] Sext. Ruf. in Breuiar.
[b] Hirtius lib. de bello Alexandr.
[c] Aur. Vict. par. 2. de Cæsar.
[d] Stephanus de Vrbibus.

[*Ponticæ Diœcesis vndecim Prouinciæ.*

Galatia, Bithynia, Honorias, Cappadocia prima, Cappadocia secunda, Paphlagonia, Pontus Polemoniacus, Hellenopontus, Armenia prima, Armenia secunda, Galatia Salutaris.]

Bithynia ab Occasu terminatur Propontide & Bosphoro Thraciæ, à Septentrione Ponto Euxino, ab Ortu Honoriade, à Meridie Phrygia Pacatiana, & Hellesponto.

Honorias habet ab Ortu Paphlagoniam, à Meridie Phrygiam Pacatianam & Galatiam Salutarem, ab Occasu Bithyniam, & à Septentrione Pontum Euxinum.

Paphlagoniæ termini sunt ab Occasu Honorias, à Septentrione Pontus Euxinus, ab Ortu Hellenopontus, & à Meridie Galatia vtraque.

Hellenopontus adjacet ab Occasu Paphlagoniæ & Galatiæ primæ, à Meridie Cappadociæ primæ, ab Ortu Ponto Polemoniaco, & à Septentrione Ponto Euxino.

Pontus Polemoniacus clauditur ab Occasu Hellenoponto, ab Ortu & Meridie Armenia prima, & à Septentrione Ponto Euxino.

Armenia prima inter Pontum à Septentrione, Euphratem ab Ortu, Antitaurum & Cappadociam à Meridie, & Pontum Polemoniacum ab Occasu sita est.

Armenia secunda extat inter Taurum montem à Meridie, Antitaurum à Septentrione, Cappadociam secundam ab Occasu, & Euphratem ab Ortu.

Cappadocia prima ab Ortu terminatur Armenia prima & Antitauro, à Meridie Lycaonia & Cappadocia secunda, ab Occasu Galatia Salutari, & à Septentrione Hellenoponto.

Cappadocia secunda à Valente in odium D. Basilij facta, habet ab Occasu Lycaoniam, à Septentrione Cappadociam primam, ab Ortu Armeniam secundam, & à Meridie Isauriam & Ciliciam.

Galatiæ primæ termini sunt à Septentrione Paphlagonia, ab Occasu & Meridie Galatia Salutaris, & ab Ortu Hellenopontus.

Denique Galatia secunda seu Salutaris habet ab Ortu Galatiam primam & Cappadociam primam, à Septentrione Honoriadem & Paphlagoniam, ab Occasu Phrygiam Pacatianam, & à Meridie Pisidiam & Lycaoniam.

IV. THRACIÆ DESCRIPTIO ET PROVINCIÆ

Thraciæ tertiæ Præfecti Diœcesis, inquit Ammianus, [a] nunc cernimus loca formata in cornuti sideris modum, effingunt theatri faciem speciosam, cuius in summitate Occidentali, montibus præruptis densatæ Succorum patescunt angustiæ Thracias dirimentes & Daciam. Partem verò sinistram Arctois obnoxiam stellis, Hœmimontanæ celsitudines claudũt, & Hister, qua Romanum cæspitem lambit, vrbibus multis, & castris contiguus & castellis. Per dextrum quod Australe est latus, scopuli tenduntur Rhodopes: vnde Eoum iubar exsurgit, finitur in fretum, cui vndosis ab Euxino Ponto labenti, pergentique fluctibus reciprocis ad Ægeum, discidium panditur terrarũ angustum. Ex angulo tamen Orientali Macedonicis iungitur collimitijs per arctas præcipitesque vias, quæ cognominantur Acontisma.] Breuius dicam à Septentrionibus terminari Danubio, ab Occasu Dardania & Dacia, à Meridie parte Macedoniæ ad Nesi fluuij ostium, & Aegeo Pelago vsque ad Propontidem & Hellespontum, ab Oriente vero Hellesponto, Propontide, & Ponto, vel vt alij volunt Tanai fluuio.

a Ammian. lib. 27.

b Sext. Ruf. in Brev.

Huius, teste Sexto Rufo [b], in ditionem Reipublicæ sex Prouinciæ sunt acquisitæ, Thracia, Hœmimons, Mœsia inferior, Scythia, Rhodope, Europa, in qua vt ait. secundæ arces Imperij Romani sunt constitutæ Constantinopolis. Europa ad mare porrecta, ab Ortu terminatur Propontide, à Septentrione Ponto, ab Occasu Hœmimonte & Rhodope, à Meridie mari Ægeo. Thracia ab Hœmo monte ad mare Ægeum protenditur: à Septentrione habet Mœsiam secundam, ab Occasu Daciam & Dardaniam, à Meridie Macedoniam & mare Aegeum, & ab Ortu Hœmimontem & Rhodopem. Hœmimons inter Mœsiam secundam & Europã est: ab Occasu Thraciam habens, à Meridie Rhodopem, ab Ortu Europam, & à Septentrione Mœsiam secundam & Scythiã. Rhodope ab Ortu Europam habet, à Septentrione Hœmimontem, ab Occasu Thraciam, à Meridie mare Aegeum. De alijs duabus Prouincijs iam libro octauo, vbi de Illyrico Occidẽtali diximus.

Hæ omnes Prouinciæ à Præfecto Prætorio Orientis regebantur, qui & Diœcesis amplitudine & dignitate eminens primus appellatus, [a] licet vniuerso præesset Orienti, tamen vt plurimum in Principis Comitatu sedebat. Sub eo vnicuique maiori Diœcesi singuli maiores Magistratus præficiebantur: Orientis Prouincijs quindecim, Comes: Aegypti sex, Præfectus Augustalis: tribus Asianis, Proconsul: & octo alijs, Vicarius: Ponticæ vndecim, Vicarius: & Thraciæ sex item Vicarius. Quod autem ad Prouincias spectat singulæ à singulis Præsidibus, Præsidum latè sumpto nomine, administrabantur, vt ab omnibus disci potest in Notitia Romani Imperij, ex qua Tabulam hancce confecimus.

[a] Cod. de P. P. Orientis.

- In tribus dictis Diœcesibus Proconsul I. Vicarij III.
  - Proconsul Asiæ sub quo Prouinciæ III. subditæ.
    - Proconsuli.
      - Asia.
    - Præsidi.
      - Insulæ.
    - Consulari.
      - Hellespontus.
  - Vicarius Diœceseos Asianæ, sub quo Prouinciæ VIII. subditæ.
    - Cõsularib⁹. II.
      - Pamphylia.
      - Lydia.
    - Præsidib⁹. VI.
      - Pisidia.
      - Lycaonia.
      - Phrygia Pacatiana.
      - Phrygia Salutaris.
      - Lycia.
      - Caria.
  - Vicarius Diœceseos Ponticæ, sub quo Prouinciæ XI. subditæ.
    - Cõsularib⁹. II.
      - Galatia.
      - Bithynia.
    - Præsidib⁹. VIII.
      - Honorias.
      - Cappadocia prima.
      - Cappadocia secunda.
      - Hellenopontus.
      - Pontus Polemoniacus.
      - Armenia prima.
      - Armenia secunda.
      - Galatia Salutaris.
    - Correctori I.
      - Paphlagonia.
  - Vicarius Diœceseos Thraciæ, sub quo Prouinciæ VI. subditæ.
    - Cõsularib⁹. II.
      - Europa.
      - Thracia.
    - Præsidib⁹. IV.
      - Hœmimons.
      - Rhodopes.
      - Mœsia secunda.
      - Scythia.

Cùm autem inter innumeras trium harum Diœceseon ciuitates Constantinopolis primas habuerit, quippe quæ & Imperatoris, & secundi Ecclesiæ Patriarchæ sedes fuerit, ab hac initium ducere mihi visum est.

V. ...IPTIO VR... ...ONSTANTI...

Byzantium Megarenses condidere anno secundo Olimpiadis trigesimæ, teste Eusebio [a]. Constantinus autem, inquit Zosimus, [b] huius vrbis situm admiratus, eam quam maximè statuit amplificare, aptamque efficere, quæ Principis domicilium esset. In colle sita est, eius Isthmi partem complexa, quem id, quod Ceras, siue cornu vocant, & Propontis efficiunt. Murus eius per collem demissus ab occidentali parte, vsque ad Veneris ædem, & ipsum mare pertingebat, è regione Chrysopolis. Eodem modo & ab Aquilonari

[a] ... Chron.
[b] ... l. 2.

colle deorsum dechuis esse vsque ad portum naualē dictum, & vlterius vsq. ad mare, quod directo situm est ad id ostium, quo in Euxinum Pontum nauigatur. Et arctum quidem hoc terræ spatium ad Pontum vsque trecenti plus minus stadijs in longitudinem patet. Hæc prisca ciuitatis amplitudo erat. Constantinus autem eo loco, quo prius porta erat, exstructo foro rotundo, quod porticibus distegis inclusit: fornices duos e marmore Proconnesio maximos fecit, oppositos sibi, per quos ire licet in Seueri porticus, & vrbe prisca egredi. Cumque longe maiorem vrbem efficere vellet: eam vltra veterem murum decem & quinque stadijs nouo muro circumdedit, qui totum isthmum à mari ad mare complecteretur. Hoc modo cum vrbem priore multo ampliorem reddidisset: palatium quoque condidit, Romano non multum cedens. Itidem Circum ad omnem elegantiam perpoliuit, necnon quibusdam Roma sequutis eum Senatoribus domos ædificauit.] [ᵃ Eam nouam Romam ex hoc appellauit, quod primaria vrbs esset omnium gentium, quæ versus Septentrionem, Austrum, Solem orientem, & mare Mediterraneum, à ciuitatibus ad Istrum positis, & Epidamno, & alijs ad sinum Ionium locatis vsque ad Cyrenem, & Lybies illius incolas, prope locum qui Borium vocatur, habitant, Imperiumque Romanum agnoscunt. Curiam item magnam, quam Senatum nominant, in ea constituit. Denique in omnibus rebus vrbem illam suo nomine nuncupatam, Romæ quæ est in Italia parem studuit efficere: neque certe suus eum fefellit conatus. Nam virgula diuina (quod aiunt) tantum creuit, vt tum frequentia hominum, tum pecuniæ & diuitiarum abundantia Romam omnium consensu longe superaret. Cuius rei causam fuisse arbitror, partim pietatem tum conditoris, tum ciuitatis, partim incolarum erga egentes misericordiam & benignitatē. Etenim fides in Christum vsque adeò in ea ciuitate prouecta est, vt complures Iudæi, Græci verò ferè omnes, ibi ad religionem Christianam conuersi fuerint. Huc accedit, quod principatum Imperij adepta tempore quo Christi religio lōgè lateque manare cœpit, postea neque aris, neque delubris Gentilium se contaminauit, præterquam solùm dum regnaret Iulianus: quo quidem tempore, licet ad exiguum tempus error Gentilium renouatus fuerit, statim tamen post restinctus est. Hanc igitur ciuitatem Constantinus suo appellatam nomine, & velut recèns ad Christi honorem exstructam multis maximisque Ecclesijs exornauit.]

a [illegible] cap. 1.

VI. QVANDO INSTITVTVS PATRIARCHATVS CONSTANTINOPOLITANVS.

Quemadmodum autem arx secunda Romani orbis fuit, vt Sexti Rufi ᵇ verbis vtar, ita etiam secunda sedes Ecclesiæ facta est, eiusque Episcopus Patriarchalem honorem obtinuit. Qua ætate id ei honoris acciderit, alij aliter sentiunt, nec certo dici potest. Quidam Constantinum ipsum illud ei ab Ecclesia impetrasse arbitrantur, nec eorum sententia probabilibus argumentis carere mihi videtur, si de Patriarchico tantùm honore, qualem Hierosolymitanus Episcopus primis quatuor sæculis habuit, sermonem faciamus. Siquidem in omnibus huius sedis Patriarcharū Catalogis, quorum plures antiquos manuscriptos in Regia Bibliotheca reperimus, Metrophanes Constantini Synchronus primus recensetur: qui etiam Archisacerdos primus magnusque ciuitatis Constantinopolis, in perantiquo Græco MS. ᶜ dicitur; necnon in Chronico Alexandrino, ᵈ vbi de Constantino Imperatore. At iura Patriarchæ tantum obtinuit in Concilio Constantinopolitano generali secundo, in quo præter secundum locum ei assignatum proxime post Romanum, ei

b Sext. Rufus in Breuiar.

c Ex Catal. MS. antiq. Patr. CP. Πατριάρχαι Κωνσταντινουπόλεως. Ἀρχιθύτης πρῶτος ὁ τῆς μέγας ἄστεως αὐτῆς ἅγιος Μητροφάνης.

d Chronic. Alex. Ind. I. Const. VIII. Τῆς ἐν τῷ Βυζαντίῳ ἐκκλησίας ἦρχεν πρῶτος Μητροφάνης ἐπ᾽ ἔτη ί.

Thracia pro diœcesi concessa est, vt ex eius Canone [r] constat, cuius verba sunt [Constantinopolitanus Episcopus habeat honoris primatum post Romanum Episcopum, propterea quod vrbs ipsa sit noua Roma.] Nec aliter hunc Canonem explicat Socrates[s] illud Concilium describens : [Eodem, inquit, tempore (scilicet Theodosij) decretum fuit, vt Episcopus Constantinopolitanus primatum honoris post Episcopum Romanum propterea obtineret, quod illa Ciuitas noua Roma esset appellata.] Non ait hunc Patriarchico honore primum tunc donatum fuisse, sed tantùm secundum locum inter Patriarchas ei assignatum quod lõge diuersum est; statimque subdit, quod dispartitis prouincijs Patriarchas constituunt: deciduntque, vt nullus Episcopus, relicta sua diœcesi, ad exteras Ecclesias demigraret. Nam antea propter persecutionum tempestates istud facere cuiquam liberum erat. Nectario [t] igitur ampla illa ciuitas Constantinopolis, & tota Thracia sorte obuenit.] Quis autem in his non aduertit primordia huiusce Patriarchatus? Nec sane quod Episcopo Constantinopolitano ante hoc Concilium πρωτεῖα iuraque Patriarchica concessa sint, in monumentis antiquis etiam minima vestigia habemus. Sane si Constantinopolitanus Episcopus antea veri Patriarchæ propria munia obijsset, quendam actum iurisdictionis ab eo exercitæ nobis referrent historiæ Ecclesiasticæ scriptores, apud quos tamen nil simile videtur. Nec minus obstitissent huius nouæ authoritati Romani Pontifices, quam post Constantinopolitanum & Chalcedonense Concilia, qui tamen nequidem verbum circa hoc scriptis mandarunt.

Quosdam huius sedis Præsulem Metropolitam solummodo factum sub Constantino dicere haud nescio, sed somniare mihi potius videntur quam certa docere: maxime cum nullo priscorum fundamento eorũ sententia nitatur. Alij hunc Prouinciam Ecclesiasticam obtinuisse, saltem eo tẽpore quo Patriarchica iura recepit, non pauci existimant, quandoquidem id commune esset tribus alijs Patriarchis: attamen cum nulla in peruetustis Notitijs Suffraganeorum eius memoria sit, omnesq; Constantinopoli viciniores Episcopi alijs subessent Metropolitis, quod aliquos habuerit vix cõijci potest. Quidã hunc subijciunt Chalcedonensem, Selymbriensem, Naturensem, Spigacẽsem, Dorcẽsem & Panadensem Episcopos. Sed mirũ equidem, cũ Spiga, quæ ex Ortelio eadẽ est ac Cyzicus, Metropolis Hellesponti fuerit, necnõ Chalcedone sub Nicomedia in Bithynia, Selymbria sub Heraclea in Europa, sicut & Paniũ, à quo Panadensem Episcopũ nominant; plures denique ex assignatis nõ nisi posterioribus sęculis Episcopales factę sint. Nec id obstat Patriarchali dignitati, cũ per multa sæcula Hierosolymitanus Episcopus Patriarchali etiã honore insignitus fuerit, nec tamen Suffraganeos Prouinciamque habuerit.

Id autem honoris vrbi suæ obtinere non multum difficile fuit Constantino cũ ipse, teste Eusebio,[t] [Ecclesiæ Dei eximiam & peculiarem curã adhibens, tanquam cõmunis Episcopus à Deo constitutus, Ministrorum Dei sæpe cogeret Concilia, & in media Episcoporũ frequentia ac congressu adesse & vna considere non dedignatus, rerũ in deliberationẽ vocatarum se faceret participẽ.] Vnde ipse etiã, si Photio [u], in hac re tamẽ, vt verũ fatear, parũ certo, credimus, substituendi Alexandri in Metrophanis locum author fuit. [Sacro Cõcilio, inquit, Imperator stans in medio SS. Patrum, petijt sibi vnam rem gratã fieri, qui libentes concesserunt. Beneficium autem illud erat, vt in vrbem secũ proficiscerentur, in qua Archiepiscopum viderent, quem Patrẽ suum Imperator

t Euseb. lib. 1. de vita Constant. c. 17. [illegible]

u Phot. in Biblioth. [illegible]

rator appellabat, & vt vrbi Byzantio, quam ipse fundasset, sua præsentia & precibus conditoris nouum nomen inderent. Inuisentibus autem Episcopis clarissimum Metrophanem, die dominica, & Imperator præsens inter alia dixit: Video te, Pater maximè venerande, & senectute & morbo defessum, & creari atque designari nobis post te gregis Pastorem postulo. Ille ad Imperatorem alacri vultu conuersus: Annuo, inquit, in Domino, quia nunc Spiritus sanctus, ô fili, per linguam tuam loquitur. Mihi enim hac de re solicito indicauit Dominus ante septem hos ipsos dies, moriturum me intra decem dies, & dignitatem sacram suscepturum sacerdotij dignitate parem Alexandrum, & dignum, vt verè loquar, electione, & sancti Spiritus denunciatione. Ad hæc verò hunc veluti filius Paulus excipiet. Respiciens autem ad Alexandrum Alexandriæ Episcopum: Et tu, inquit, frater, egregium successorem tui relinques: & manu Athanasij Archidiaconi apprehensa, En, inquit, strenuus Christi miles, hic te sequetur, qui non solum cum fratre meo Alexandro contra Arij hæresim decertauit, sed & cum illo magna certamina & multa subibit: non solùm autem secunda excipient certamina, sed & tertium cum strenuo Paulo sustinebit. Populus vno ore cum ipso Imperatore horis aliquot exclamauit: Dignus est. Deinde sacræ mensæ Altaris Humerale imponit, præcipiens hoc successori seruari: venturum autem illum post non diu prædixit, post septimum videlicet diem eius resoluti corporis in Domino. Acciderunt igitur, vt prædixerat & præceperat, omnia. Moritur centesimo & decimo septimo ætatis anno, quarto Iunij.]

Pallium quod Humerale vocant, iam tunc Patriarchæ Constantinopolitano concessum, ex vltimis Photij verbis aduerte. Nec tamen istud eius Sedi singulare fuit, cùm & Patriarchæ Alexandrini à primis sæculis Pallium sancti Marci haberent, vt ex Liberato discimus in Breuiario, dum [a] ait: [Consuetudo quidem est Alexandriæ, illum qui defuncto succedit, & excubias super defuncti corpus agere, manumque dextram eius capiti suo imponere, & sepulto, manibus suis accipere collo suo B. Marci Pallium, & tunc legitimè sedere.] Vt autem quid Pallium fuerit non ignores, audi B. Isidorum illud describentem: [Est, inquit, amiculum ex lana non ex lino contextum, ouis illius, quam Dominus oberrantem quæsiuit, inuentamque suis humeris sustulit, pellem designans. Episcopus autem, qui Christi typum gerit, ipsius munere fungitur: atque ideo etiam habitu illud omnibus ostendit se boni illius & magni Pastoris imitatorem esse, qui gregis infirmitates sibi ferendas proposuit.]

[a] Liberat. in Breuiar. cap. 21.

At quod præter illud Humerale, Pallium aliud ab Imperatoribus primis sæculis acceperint, videtur colligi ex Liberato [b] in Breuiario, cũ de Anthimo huius sedis Patriarcha loquens hæc ait: [Anthimus verò videns se sede pulsũ, Pallium quod habuit Imperatoribus reddidit.] Anthimum enim ab Apostolica sede Pallium istud accepisse nemo dicet, cum contra Canones & sine consensu Romani Põtificis ordinatus fuisset, qui proinde hunc postea throno Constantinopolitano expulit. Vnde nihil aliud, nisi quod illud, vt pote ab Imperatore acceptum, eidem restituerit excogitari potest. Id certè tantò probabilius est, quod etiam Valentinianus III. Pallium ad instar Imperatorij Rauennensi Archiepiscopo honoris causa concesserit, vt Rauennensium re-

[b] Idem ibid.

rum scriptores testantur; nec non Imperatores Orientis sceptrum quoque Constantinopolitano Patriarchæ in eius consecratione dederint, Codino teste [a]. Imo & postea Pallium istud commune fuisse Imperatoribus, Patriarchis, & alijs Pontificibus, iam doctè obseruauit Gretserus ad Codinum ex Turco-græcia. Sed ad diœcesim Constantinopolitani Patriarchæ redeamus.

a Codinus lib. 3 c. 14.

VII. QVÆ DIOECESIS FVERIT PATRIARCHATVS CONSTANTINOPOLITANI.

Hunc ante Constantinopolitanum primum Concilium honorem solùm & non diœcesim habuisse, ac in eo primùm Thraciam obtinuisse, insinuare, vt diximus, videtur Socrates, dum post relatam huius Synodi constitutionem in gratiam Episcopi Constantinopolitani editam, subiungit in eodem Concilio diuisas fuisse prouincias (scilicet regionis illius, cum prouinciarum distinctarum iam mentio sit in Nicæno) nec non Thraciam Nectario Constantinopolitano subiectam fuisse. [b] [Dispartitis, inquit, prouincijs Patriarchas constituunt: decidunt que vt nullus Episcopus relicta sua diœcesi, ad exteras Ecclesias demigraret. Nam antea propter persecutionum tempestates istud facere cuique liberum erat. Nectario igitur (qui in ipsomet Concilio ordinatus fuerat Episcopus) ampla illa ciuitas Constantinopolis, & tota Thracia sorte obuenit.] Si enim nondum prouinciæ huiusce regionis diuisæ erant, sane quomodo prius diœcesim habuerit concipi non potest. Fateor decretum istud in gratiam Constantinopolitani Patriarchæ editum tunc à Romana sede haud confirmatum fuisse, sed nequidem ad eam missum: probaturque ex epistola Leonis [c] magni ad Anastasiū his verbis: [Persuasioni enim tuæ in nullo penitus suffragatur quorumdam Episcoporum ante sexaginta, vt iactas, annos facta subscriptio, numquam à prædecessoribus tuis ad Apostolicæ sedis transmissa notitiam.] Attamen Imperatorum authoritate firmatum præualuit, & ab hinc Episcopi Constantinopolitani Patriarchalem authoritatem vsurpare cœperunt, vt ex actis Concilij Chalcedonensis discitur, quibus videre est quod in eo proximi post Legatos Romani Pontificis sederint & subscripserint, nec non ab eo priuilegij sui confirmationem acceperint hocce [d] Canone: [Definitiones sanctorum Patrum sequentes vbique, & regulam, quæ nunc relecta est, centum quinquaginta Dei amantissimorum Episcoporum, qui congregati sunt, piæ memoriæ Imperatore Theodosio, in regia ciuitate Constantinopoli noua Roma, cognoscentes & nos eadem definimus de priuilegijs eiusdem sanctissimæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ nouæ Romæ. Etenim sedi senioris Romæ, propter Imperium ciuitatis illius, Patres consequenter priuilegia reddiderunt: & eadem intentione permoti centum quinquaginta Dei amantissimi Episcopi, æqua sanctissimæ sedi nouæ Romæ priuilegia tribuerūt, rationabiliter iudicantes Imperio & Senatu vrbem ornatā æquis senioris Romæ priuilegijs frui, & in Ecclesiasticis, sicut illā, maiestatem habere negotijs, & secundam post illam existere: & his qui de Ponto sunt, & de Asia & Thracia diœcesibus, Metropolitanos solos, rursus autem & qui inter Barbaros sunt Episcopos præfatarum diœceseωn ordinari à prædictæ sanctissimæ Constantinopolitanæ sedis sanctissima Ecclesia: quippe vt vnusquisq; Metropolita præfatarum diœceseωn cum Episcopis suæ Prouinciæ ordinet suæ regionis Episcopos, sicut diuinis Canonibus est præceptum: ordinari autem, sicut dictum est, Metropolitas præfatarum diœceseωn à Constantinopolitano Archiepiscopo, decretis consonis secundum morem fa-

b Socrates hist. Eccl. lib. 5 cap. 8. Καὶ Πατριάρχας κατέστησαν διανειμάμενοι τὰς ἐπαρχίας, ὥστε τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους ταῖς ὑπερορίοις ἐκκλησίαις μὴ ἐπιβαίνειν. τοῦτο γὰρ πρότερον διὰ τοὺς διωγμοὺς ἐγίνετο ἀδιαφόρως. καὶ κληροῦται Νεκτάριος μὲν τὴν μεγαλόπολιν, καὶ τὴν Θρᾴκην.

c Leo magn. ep. 61 ad Anastas.

d Concil. Chalced. Act. 16.

ctis, & ad eum relatis.] Sic Constantinopolitano Patriarchæ non tantum Thracia, quæ prius ex Patriarchatu Romano erat confirmata est, sed etiam Asia & Pontus, quæ ab Antiocheno auulsæ sunt.

VIII.
PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANVS ROMANO INFERIOR.

Verùm priusquam vlterius progrediamur, haud omittēdum videtur, quod [cum definijssent secundæ Synodi & postea Chalcedonensis Patres, inquit Balsamon [a], Constantinopolitanum Episcopum honoris habere prærogatiuam post antiquæ Romæ Episcopum, eo quod esset noua Roma, quidam præpositionem post non esse honoris submissionem excogitarunt. Sed ipsam ad hoc quod est post tempus solummodo acceperunt, ad sui dicti comprobationē tertiæ quoq; Synodi xxviij Canonem afferentes dicentē, Æqualia priuilegia antiquæ Romæ sanctissimo throno habere thronum Constātinopolitanum, thronum secundum post illum existentem.] Proindeque apud Orientales Patriarchæ Constātinopolitani Romano in omnibus se æquare tētarunt. Idcirco Anatolius Antiochenum Patriarchā ordinauit [b], Leone Papa teste. Sed & censuerunt, vt refert [c] Balsamon, quæ de Papa circa appellationes decreta fuerant in Concilio Sardicensi, eadem Patriarchæ Constantinopolitano tribuenda esse, quod is similiter ac Papa à diuersis Canonibus esset honoratus. Imo & Oecumenici nomen sibimet tribuerunt. Vnde Pelagius secundus hæc in epistolis ait: [Relatum est ergo ad Apostolicam sedem, Ioannem Constantinopolitanum Episcopum, vniuersalem se scribere, vosque ex hac sua præsumptione ad Synodum conuocare generalem, cùm generalium Synodorum conuocandi auctoritas Apostolicæ sedi B. Petri singulari priuilegio sit tradita, & nulla vnquam Synodus rata legatur, quæ Apostolica auctoritate non fuerit fulta.] Et paulo post. [Nullus enim Patriarcharum hoc tam profano vocabulo vnquam vtatur: quia si summus Patriarcha, vniuersalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed absit hoc, absit à fidelis cuiusquam mente, hoc sibi vel velle quempiam arripere, vnde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacumque parte videatur.] Nec tamen destiterunt, imò eò venerunt audaciæ, vt Ioannes huius sedis Patriarcha ad Gregorium magnum acta quædam miserit, quibus multoties Patriarcha Oecumenicus vocabatur, teste [e] ipsomet Gregorio. Sed meras vsurpationes fuisse satis ex hoc dignoscitur, quod sæpius, vt iam à nobis dictū est, de rebus ad hanc sedem spectantibus Romani Pontifices iudicarint, ipsosque Constantinopolitanos Episcopos abdicarint, nec non Concilij Chalcedonensis Iudices decretum [f] in fauorem Constantinopolitanæ sedis edentes, expressis verbis dixerint omnem Primatum & honorem præcipuum secundum Canones antiquæ Romæ Dei amantissimo Archiepiscopo conseruari.

[a] Balsam. in c. 3. Conc. Constantinopolit. Τοῦτο τὸ ῥητὸν, τὸ (μετὰ) τινὲς ἐπὶ ὑποβιβασμῷ τῆς τιμῆς νενοήκασιν, ἀλλ' ἐξελάβοντο αὐτὸ εἰς τὸ μετὰ χρόνον μόνον, χρώμενοι πρὸς σύστασιν τοῦ λόγου αὐτῶν.

[b] Leo primus ad Marcianum Imp. epist. 52.

[c] Balsam. in Can. 5. Sardicensem. Τὰ μέντοι ὁρισθέντα περὶ τοῦ Πάπα, ὡς εἰρήκαμεν, καὶ εἰς τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως, διὰ τὸ ὡς πάσιν ὁμοίως τοῦ Πάπα καὶ τοῦτον τιμηθῆναι ἀπὸ διαφόρων κανόνων.

[d] Pelag. 2. epist. 8.

[e] Greg. l. 5. Indict. 14. epist. 24.

[f] Concil. Chalced. act. 16. ὁ ἀρχαίας Ῥώμης φυλάττεσθαι τὰ πρωτεῖα.

IX.
QVANDO ASIA ET PONTVS PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANO SVBIECTÆ FVERINT.

Vt autem ad propositum redeamus: ne credas Patriarcham Constantinopolitanum in tres dictas diœceses Asiæ, Ponti & Thraciæ primum à Synodo Chalcedonensi authoritatem accepisse, audi ex plurimis sententias trium Episcoporum Asiæ & Ponti, qui cum à gloriosissimis Iudicibus quæreretur num voluntate propria, vel imposita sibi aliqua necessitate coacti subscripsissent, ingenue confessi sunt, non se tantum, sed etiam plures sedis suæ Præsules à Constantinopolitano Patriarcha ordinatos. [g] [Eleutherius Episcopus Chalcedonensis in Bithynia dixit: Sciens quia & per Canones & per consue-

[g] Conc. Chalced. act. 16. vt sup.

tudinem præcedentem habet hæc iura Constantinopolitana sedes, cum voluntate subscripsi. Petrus Episcopus Gangrorum in Paphlagonia dixit: Ante me tres sunt ordinati a sede regiæ ciuitatis, & ego post tantos similiter. Et ob hoc consensi his quæ consuetudo habuit, & sponte subscripsi. Marinianus Episcopus Synnadorum dixit: Cum sint & priores mei à sede Constantinopolitana sanctæ Ecclesiæ ordinati, & ego ipse quoque per eam, sponte subscripsi, quoniam & Canones primatum præbent Constantinopolitanæ sanctissimæ sedi.] Istud autem non tãtum quoad Episcoporum ordinationes, sed etiam quoad earum diœceseωn regimen ante Concilium Chalcedonense executioni mandatum, vt probemus, prodeat Theodoretus narrans [a] quomodo Ioannes Chrysostomus, qui pluribus annis ante illud Episcopus Ecclesiæ Cõstantinopolitanæ fuit, multa in hoc decreuerit. [Magnus ille Ioannes (inquit Theodoretus) susceptis Ecclesiæ Constantinopolitanæ gubernaculis, non illi solum ciuitati, verum etiã toti Thraciæ quæ est in sex Episcopatus diuisa, & cunctæ etiam Asiæ quæ vndecim habet Antistites, Ponticam præterea Ecclesiam, quæ eundem habet Episcoporum numerum quem Asia, eisdem legibus adornauit.]

Decreuerat quidem Constantinopolitana Synodus huius nouæ Romæ sedem primam esse debere post Romanam antiquam, sed præter hoc eius Patriarchæ ordinandorum Episcoporum rerumque dijudicandarum per Asiam & Pontum ius non concessit. Vnde cum hoc ante Concilium Chalcedonense habuerit, illud consuetudine & Imperatorũ gratia potius eum obtinuisse, ne dicam vsurpasse, quam lege & Canone sentiendũ est. Fateor nec etiã ordinationi Concilij Chalcedonensis vnquã assensum præbuisse Leonem magnũ, imò magno semper huic obstitisse animo, eoque vt ad Marcianũ Imperatorẽ hæc scripserit [b], ipsi suadere tentans vt priuilegia antiqua sedis Alexandrinæ, quæ secundum locum semper habuerat, & Antiochenæ, cui regendorum Episcoporum Ponti & Asiæ authoritas ab Ecclesia data fuerat, tueretur inuiolata: [Priuilegia, inquit, Ecclesiarum sanctorum Patrum Canonibus instituta, & venerabilis Nicænæ Synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari. In quo opere, auxiliantẽ Christo, fideliter exequendo, necesse est me perseuerantem exhibere famulatum, quoniam dispensatio mihi credita est, & ad meum tendit reatum, si paternarum regulæ sanctionum, quæ in Synodo Nicæna, ad totius Ecclesiæ regimen spiritu Dei instruente, sunt conditæ, me (quod absit) conniuente, violentur, & maior sit apud me vnius fratris voluntas, quam vniuersæ domus Domini communis vtilitas.] Nec minus strenuè Maximum Antiochenum ad iura sua conseruanda hortatur: [Et ideo, frater charissime, [c] ait, oportet dilectionem tuam toto corde perspicere, cuius Ecclesiæ gubernaculis te Dominus voluerit præsidere, & eius meminisse doctrinæ quam præcipuus Apostolorum omnium Beatissimus Petrus, per totum mundum quidem vniformi prædicatione, sed speciali magisterio in Antiochena & Romana vrbe fundauit: vt illum in suæ glorificationis domicilio præeminentem, ea intelligas reposcere instituta, quæ tradidit, quæ sicut ab ipsa, quam confessus est veritate, suscepit. Neque vllo modo sinas in Orientalibus Ecclesijs, maximeque in his, quas Antiochenæ sedi sacratissimorum Patrum Nicæni Canones deputaue-

a Theodor. lib. 5 hist. Eccl. cap. 28 Καὶ ταύτην ἐποιεῖτο τὴν ἐπιμέλειαν, οὐ μόνον ἐκείνης τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ τῆς Θρᾴκης ἁπάσης, εἰς ἓξ αὕτη ἡγεμονίας διῄρηται, καὶ τῆς Ἀσίας ὅλης, ὑπὸ ἕνδεκα δὲ καὶ αὕτη ἀρχόντων ἰθύνεται. καὶ μέν τοι καὶ τὴν Ποντικὴν ἐκκλησίαν τούτοις κατεκόσμησε τοῖς νόμοις, ἰσαρίθμους δὲ καὶ αὕτη ἔχει τῇ Ἀσίᾳ τοὺς ἡγουμένους.

b Leo mag. Epist. 54 ad Marcian. Aug.

c Idem Epist. 62.

re, ab improbis hæreticis Euangelio insultari, & vel Nestorij, vel Eutychetis à quoquam dogma defendi.]

Assensum pariter denegarunt Chalcedonensi Canoni, licet multoties ab Imperatoribus rogati Pontifices Romani, qui post Leonem Ecclesiæ præfuerunt. Attamen confirmantibus cum ipsis Imperatoribus, effectum sortitus est, vt legitur apud Liberatum [a] Diaconum in Breuiario causæ Nestorianæ & Eutychianæ, qui rem totam in hoc Concilio peractam sic paucis explicat: [Alia actio facta est, in qua post discessum Iudicum & Senatorum & Legatorũ Apostolicæ sedis, regulæ constitutæ sunt Ecclesiasticæ, & quædã priuilegia deputata Cõstantinopolitanæ Ecclesiæ, vsurpante sibi hoc Anatolio eiusdem vrbis Episcopo, occasione accepta ex Dioscori damnatione. Quod alia die cognoscentes Legati Papæ Leonis (quæ est vltima & duodecima dies Concilij) petiuerunt, vt rursum cum Iudicibus ad Concilium conuenirent. Quibus requirentibusq; à Concilio quid pridie fuerit ordinatum, lectis gestis cognouerunt, quid Anatolius consentiente Concilio egerat, & obtinuerat. Quibus eius præsumptioni contradicentibus, à Iudicibus & Episcopis omnibus illa contradictio suscepta non est. Et licet sedes Apostolica nunc vsque contradicat, quod à Synodo firmatum est, Imperatoris patrocinio permanet quodammodo.] Postmodum tamen non denegauit D. Gregorius in Epistolis quatuor sibi subditos esse Patriarchas, & Constantinopolitanus pro vero, licèt irreptitio, Patriarcha ab omni Ecclesia habitus est.

a Liber. in Breu. cap. 13.

Præter in modo dictas tres Diœceses Ponti, Asiæ, & Thraciæ, etiam in Episcopos barbararum prouinciarum, hoc est quæ extra limites Romani Imperij erant, authoritatem habuit Patriarcha Constantinopolitanus. Idque adeo clarum est in Canone Chalcedonensi modo allato, vt plura dicere superfluum esset. [illegible]duerte ho[illegible] [illegible]anone differentiam illam inter Episcopos Diœcesium Asiæ, Ponti & Thraciæ, & alios prouinciarum Barbaricarum ex hoc cõstitui, quod primi à proprijs Metropolitis, & alij qui, vt ait Balsamõ [b], apud Alaniam & Russiam erant, ab ipso [illegible]a Constantinopolitano. Ratio est, quod illi proprium Metropolitanum haberent, à quo iuxta Canones consecrandi erant: hi autem qui pauci admodum nullum præter Constantinopolitanum, aut ipsi autocephali essent. Sed & scio Theodosium suadente Attico Illyrici quoque Orientalis prouincias Constantinopolitanæ sedi subiecisse, hac lege quæ Codice Theodosiano reperitur: [Omni innouatione cessante, vetustatem & Canones pristinos Ecclesiasticos, qui nunc vsque tenuerunt, etiam per omnes Illyrici prouincias seruari præcipimus. Si quid dubietatis emerserit, id oporteat non absq; scientia viri Reuerendissimi sacrosanctæ Legis Antistitis Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quæ Romæ veteris prærogatiua lætatur, conuentui Sacerdotali, sanctoq; iudicio reseruari. Dat. Prid. Idus Iulij, Eustathio & Agricola Coss.] Latum fuit hoc edictum ambitiosa fraude Attici Constantinopolitani Episcopi, qui Theodosium deceperat, huic contra priscum Ecclesiæ ordinem suadens prouincias huius diœcesis, cum Orientales essent, à Constantinopolitana sede longe conuenientius administrari debere, quam à Romana, ad quam solus Occidens spectabat: vnde constanter obstiterunt Romani Pontifices, & sub solo Attico locum habuit. Ita esse certo colligitur ex Epistola Leonis Papæ [d] ad

b Balsam in can. 28. Conc. Chalced. [illegible]

c L. 6. de sacrosanctis Ecclesijs, & L. 45. de Episcopis & Cler. Cod. Theod.

d Leo mag. epist. 48 Anast. Thessal.

Anastasium Thessalonicensem huic vices suas per Illyricum mandantis, necnon ex multis Gregorij magni Papæ ad Episcopos Iustinianæ primæ, Salonæ, Sardicæ, Corinthiorum & Helladis, de quibus antea, & quibus varias eorum causas Patriarchæ munere fungens dijudicauit.

X.

EXARCHI SVB PATRIARCHA MAIORES DIOECESES REGEBANT.

Stet igitur diœcesim Cōstantinopolitanam ex Thracia, Asia, Ponto & Barbaris prouincijs coaluisse. Sed ne putes tam amplas & longè distātes regiones ab vno Patriarcha Cōstantinopolitano administratas, aduerte quod si Præfectus Prætorio singulas Diœceses maiores per Vicarios in temporalibus regebat, easdem Patriarcha Constantinopolitanus per Exarchos seu Primates. Exarchi nomen multis commune est, & cum nihil nisi ex pluribus in aliquo ordine primum authoritate & dignitate significet (vnde & Primas Latinè dicitur) ab antiquis etiam in vsibus prophanis, vt in Musica arteque saltatrice vsurpatum legitur, necnon ipsi Metropolitæ, quia primi erant suæ prouinciæ, Exarchi interdum dicti sunt, & Primates. [Exarchus autem diœcesis, inquit Balsamon [a], non vniuscuiusque prouinciæ Metropolitanus est; sed Metropolitanus totius diœcesis: diœcesis vero dicitur, quæ multas in se prouincias continet.] At Exarchos primis sæculis plane à Patriarchis distinctos extitisse clarissimum est in Canone nono Concilij Chalcedonensis, qui sic habet: [Si contra ipsius prouinciæ Metropolitanum Episcopum, Episcopus siue clericus habet controuersiam, pergat ad ipsius diœcesis Primatem, aut certè ad Constantinopolitanæ regiæ ciuitatis sedem, vt eorū ibi proprium negotium exquiratur.] Num vides quomodo Patres huiusce Concilij Exarchos medios inter Patriarcham & Metropolitanos constituunt? Hincque factum est, vt etiam medij Concilijs subscripserint inter eosdem, proximi nempe post Patriarchas & nullo medio ante Metropolitas. Eo ordine leguntur Flauianus Philippen[illegible]piscopus nomine Thessalonicēsis Exarchi seu Primatis Illyrici, Firmus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, & Memnon Ephesiorum Episcopus Concilio Ephesino: Sic etiam Quintillus Heracleæ Macedoniæ nomine Anastasij Thessalonicensis, Thalassius Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, Stephanus Episcopus Ephesi, & Lucius Episcopus Byzæ nomine Cyriaci Heracleæ Thraciæ, Chalcedonensi. Et sic Elias Thessalonicensis, Theodorus Cæsareæ, Andreas Ephesi, Primosus Carthaginis, & Megethius Heracleæ Constantinopolitano generali V.

a Balsam. in cap. 9. Conc. Chalced. vt suprà.

b Idem in Can. 9 & 17. Conc. Chalced.

XI.

SINGVLIS DIOECESIBVS SINGVLI EXARCHI PRÆFICIEBANTVR.

Quot autem fuerint sub Patriarcha Constantinopolitano si quæras, tot dicam quot Diœceses. Vnus Episcopus Ephesi Asiæ, alter Cæsareæ Ponto, & tertius Thraciæ præerat. Ideo sic subscribunt Philaletes & Theodorus epistolæ Synodi sextæ generalis ad Agathonem. [Philaletes Episcopus Cæsariensium Metropolis, primæ Cappadocum Prouinciæ, & Exarchus Ponticæ Diœcesis. Et Theodorus Episcopus Ephesiorum Metropolis & Exarchus Asianæ Diœcesis.] Cæterum sicut Vicarijs Præfecti Prætorio dictæ tres Diœceses maiores in ciuilibus suberant, ita earumdem commissum erat regimen Ecclesiasticum Exarchis, qui eas ex suffragijs Synodalibus Episcoporum, & sub authoritate Patriarchæ Constantinopolitani administrabant, vt in Canone Concilij primi Constantinopolitani [c] generalis legitur: [Qui vltra Diœcesim sunt Episcopi, ad Ecclesias extra fines positas ne accedant, & Ecclesias ne conturbent. Sed iuxta Canones Alexandrinus quidem Episcopus

c Concil. Constantinop. Can. 5.

ea quæ sunt in Ægypto tantum gubernet: Orientales autem Episcopi solius Orientis curā gerant, seruatis Ecclesiæ Antiochenæ priuilegijs, quæ in Synodo Nicæna continentur. Sed & Asianæ diœcesis Episcopi ea tantum gubernent quæ ad Asianam diœcesim pertinent: & qui sunt in Pontica, ea quæ in Pontica tantum: & qui in Thracia Thraciæ tantū curam suscipiant. Manifestū namque est quod per singulas quasque prouincias Synodus prouincialis administrare & gubernare omnia debeat, secundum ea quæ sunt in Nicæa definita.] Singulorum talis authoritas in sua quaque diœcesi fuit, vt Patriarchalis nominetur ab Euagrio [a] cùm ait: [Reddidit præterea idem Timotheus Ecclesiæ Ephesinæ ius Patriarchale, quod Concilium Chalcedonense, vti ante demonstratum est, ei ademerat.] Reuera penè eadem quæ Patriarchæ intra fines Exarchatus gerebant: vt clare probauit antiquitatis peritissimus Sirmondus in Basilio Cæsariensi Episcopo, qui cum diœcesis Ponticæ, cuius Metropolis erat Cæsarea, Exarchus esset, in omnibus Ponti prouincijs eximia authoritatis suæ exempla dedit. Sic in Galatia mortuo Ancyrano Metropolita, se de eligendo in ipsius locum successore anxium testatur scribens [b]: [Cuinam Ecclesiarum curam imponemus?] Sic in [c] Armenia minori eius authoritate Coloniensis Episcopus in Ecclesiam Nicopolitanam Armeniæ minoris Metropolim translatus est. Sic [d] Satalorū ciuitati eiusdem Armeniæ Episcopū dedit. Sic [e] ad totius diœcesis Ponticæ Episcopos, vt Cæsaream ad solemnem quotannis martyrum memoriam, & ad Synodum consuetam celebrandā venirent per Epistolam inuitauit. Plus dicam, liberū nempe fuisse Episcopis & Clericis, quem vellent ex Exarcho aut Patriarcha appellare super sententijs Metropolitanorum examinandis, vt dicitur in decreto Chalcedonensi modo citato. At ne illum ex charitate magis quàm ex officio hæc credas obijsse munia, audi eumdem [f] in Epistolis de Iconiensis Episcopi in Pisidia ordinatione, ad quam inuitatus fuerat, loquentem, eamque peregrinam seu transIimitaneam ex hoc vocantem, quod extra Pontum seu propriam suam diœcesim esset: necnon hunc aduerte dubium an ipsi adesse debeat. Ad quid enim talem ordinationem transIimitaneam vocaret, eique adesse quasi recusaret, nisi quod ad eam, sicut ad alias suæ diœcesis, quas ex proprio iure & Exarchicæ authoritatis munere faciebat, ex officio non teneretur.

[a] Euagr. hist. Eccl. lib. 3 cap. 6. Ἐπὶ τούτοις ὁ Τιμόθεος ἀποδίδωσι τῇ Ἐφεσίων καὶ τὸ πατριαρχικὸν δίκαιον, ὅπερ αὐτὴν ἀφείλετο ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος.

[b] Basil. epist. 67. [Greek text illegible]

[c] Idem epist. 192. Οὕτω [Greek text partly illegible] &c.

[d] Idem epist. 87. [Greek text partly illegible] Σατάλων [Greek text partly illegible]

[e] Idem epist. 1 6. [Greek text partly illegible]

[f] Idem epist. 1 0 3. [Greek text partly illegible] &c. [Greek text partly illegible]

XII. Exarchi Constantinopolitano Patriarchæ subditi.

Non tamen Exarchos à Constantinopolitani Patriarchæ authoritate immunes fuisse dixerim. Imo contrarium patet ex Socrate [g], qui mortuo Ephesiorum Episcopo huic sedi Ioannem Chrysostomum alium substituisse scribit his verbis: [Interea temporis, quoniam Episcopus Ephesi forte è vita migrauerat, Ioannes Ephesum proficisci ad Episcopum ibi designandum necessariò coactus fuit. Qui cum eò aduentaret, & alij alium ad illum dignitatis gradum euehere laborarent, acriterque & acerbè inter ipsos contenderent, dum singuli ei cui fauebant suffragari nitebantur, vtramque partem graui contentionis ardore accensam, eiusque hortatione minimè velle obsequi animaduertens, operam dedit, vti contentionē sine vtriusque partis offensione sedaret. Itaque Heraclidem quemdam sui ipsius Diaconum, genere Cyprium, ad Episcopatus illius dignitatem extulit.] Nec minus id quoad Episcopos totius diœcesis ex hoc confirmatur, quod apud Sozomenum [h] plures Episcopos Asiæ & Phrygiæ ab Antonino Ephesino Episcopo or-

[g] Socrat. hist. Eccl. lib. 6 cap. 10. [Greek text partly illegible]

[h] Sozomenus lib. 8 cap. 6. [Greek text partly illegible]

dinatos ipſemet Chryſoſtomus abdicauit. Idem de Cæſarienſi Exarcho facile probauerim, cum ab eodem Patriarcha ordinaretur, vt apud Socratem[a] legere eſt, qui de Thalaſſij Cæſarienſis ordinatione hæc ait: [Firmo Epiſcopo Cæſareæ Cappadociæ mortuo, Cæſarienſes Conſtantinopolim aduentant Epiſcopum quæſituri. Ac cum Proclus luſtraret animo quem ad eum Epiſcopatum deſignaret, forte fortuna die ſabbatorum, dum aliquem diſpicere conabatur, omnes Senatores, qui illum inſpectarent, ad Eccleſiam accedunt, in quorum numero fuit Thalaſſius, qui gentium & ciuitatum Illyrici Præfecturam geſſit, cui partium verſus Orientem adminiſtrandarum curam, vti fama eſt, Imperatoris iuſſu ſuſcepturo Proclus manus imponit, & pro Præfecto, Epiſcopum Cæſareæ declarat.] Non pauca alia iſtius Patriarchæ per Pontũ & Thraciam argumẽta nullo negotio, ſi neceſſe eſſet, proferrem. Sed ad Metropoles trium iſtarum Diœceſeωn notitiam tranſeamus.

a Socrat hiſt. Eccl. lib. 7. cap 48. Θαλάσσιος ἀνήρ, τὴν ὕπαρχον ἀρχὴν ... Ἰλλυριοῖς ἰθύνων τῆς ... μέλλοντι ... ἐπισκόπου τ ... ἀνέδειξε.

XIII. Heraclea Metropolis Thraciæ, et ſedes Primatis.

Thracia, cùm prima & antiquior diœceſis Patriarchæ Conſtantinopolitani fuerit, ab Heraclea illius Metropoli ducam initium: de qua hæc effert Notitia antiqua Græca: [Thracia prouincia habet ciuitates claras Conſtantinopolim & Heracleam. Heracleæ quidem eximium opus eſt, puta Theatrum, & regale Palatium.] Ea prius Perinthus dicebatur, vt apud Theodoretum[b] legimus, idque ad differentiam aliarum eiuſdem nominis vrbium. [Ad mare ſita eſt, inquit Procopius[c], vicina Byzantio Perinthus, quæ olim quidem Europæ Metropolis habebatur, nunc poſt Conſtantinopolim ſecundum locum obtinet.] Ab Hercule nomen habet, vt docet Claudianus,[d]

Deſeritur Rhodope, Thracumque per ardua tendunt,
Donec ad Herculei peruentum nominis vrbem.

b Theodor. lib. 1. cap. 18
c Procop. lib. 4. de ædific. Iuſtiniani.
d Claud. l. 2. in Rufinum.

Huius autem ciuitatis Epiſcopum primis temporibus, hoc eſt, ante Cõſtantinum, id iuris habuiſſe, vt Byzantinum Epiſcopum ordinaret, euidenter apud Codinum[e] dignoſcitur, cum de electione Patriarchæ ſcribens ait: [Ordinatur verò Patriarcha ab Epiſcopo Heracleæ, quia Byzantium olim ad Epiſcopum Heracleæ ſpectabat.] Sed & ex Zonara[f] diſcimus quod imperante Conſtantino Leonis filio, cum Heracleenſis Epiſcopus ab Imperatoris gratia excidiſſet, Patriarcha Polyeuctus à Cæſarienſi Epiſcopo ordinatus eſt. Eligebatur quidem Patriarcha viciniorum Metropolitarum Epiſcoporumque ſuffragijs, ipſis præſidente Metropolita Heracleenſi, vt in Relatione Synodi Conſtãtinopolitanæ[g] de ordinatione Epiphanij Patriarchæ ad Hormiſdam Papam legitur, cui vnus ex ijs hanc ſyngraphã appoſuit: [Theophilus miſericordia Dei Epiſcopus Heraclienſis ciuitatis Metropolitanus, ſubſcribens in ſynodalibus ſaluto vos in Domino, Domine.] Nec id moris tantũ ſub Hormiſda inualuit, cum iam ſub Conſtantini liberis in vſu fuiſſe narret Sozomenus[h]: [Interea, inquit, moritur Alexander, inque Epiſcopatum Conſtantinopolitanum Paulus poſt eum ſuccedit: quem Epiſcopatum, vt Ariani & Macedoniani memorant, contra ſententiam Euſebij Epiſcopi Nicomediæ, & Theodori Heracleæ vrbis Thraciæ Epiſcopi (penes quos vt Epiſcopos finitimos electio Epiſcopi Conſtantinopolitani erat) ipſe ſibi per ambitum acquiſierat.] Cæterum haud omittendum eſt ex actibus Concilij Epheſini circa Epiſcopatus Thraciæ huic ſedi ſubditos, veterem morem tunc inualuiſſe in prouincijs Europæ, quod ſinguli Epiſcopi duos vel tres ſub ſe haberent Epiſcopatus. Sic Heracleæ Epiſcopum ſub ſe habuiſſe

e Codinus lib. 1. c. 20.
f Zonar. tom. 3. Καὶ λόγῳ διὰ τιμὴν καὶ ἀρετὴν, ὡς παρὰ τοῦ Καισαρείας ἐχειροτονήθη.
g Relatio Synod. CP. ad Hormiſd.
h Sozom hiſt. Eccl. lib. 3. cap. 3. Παρὰ γνώμην Εὐσεβίου τοῦ Νικομηδείας ἐπισκόπου, καὶ Θεοδώρου τοῦ ἐν Θρᾴκῃ Ἡρακλείας, οἷς ὡς γείτοσιν ἡ χειροτονία διέφερε.

Heracleam & Panium, Episcopum Byzes, sub se Byzem & Arcadiopolim: Cœlensem similiter Cœlum & Callipolim: & Episcopum Sabsadiæ Sabsadiam & Aphrodisiadem: licet ab initio Ecclesiæ illas duo Europæ Episcopi administrarent.

Cæsarea Ciuitas Cappadociæ prouinciæ Ponti erat, quam a Cappadoce fluuio dictā vult Plinius, eam à Galatia diuidentē. Sed & huius Metropolis fuit, teste Sozomeno[a], qui hæc de illa scribit: [Sub idem tēpus Imperator iste Cæsaream ad montem Argium sitam, vrbē amplam, locupletē, & regionis Cappadociæ primariam, ex numero ciuitatū deleuit, & Cæsaris priuauit nomine: quod quidē nomen regnante Claudio, cum Mazaca ante appellata fuisset, obtinuerat. Cappadoces enim, inquit[b] Sextus Rufus, ita maiestatem coluere Romanam, vt in honorē Augusti Cæsaris Mazaca ciuitas Cappadociæ Maxima Cæsarea vocaretur.] Id tamen nominis a Tiberio Cæsare habuisse docet Eutropius[c] hæc de illo narrans: [Archelai Cappadociæ Regnū in prouinciæ formā redegit, & Maximam Ciuitatē appellari nomine suo iussit, quę nunc Cæsarea dicitur, cum Mazaca antea vocaretur.] At eam non tantū Cappadociæ primā sedem fuisse, sed etiam totius Ponti, satis indicat subscriptio Philaletis Cæsariensis Episcopi, quam supra ex fine epistolæ Synodi sextæ sub Agathone retulimus, quæque vt hic denuo referatur digna est. [Philaletes Episcopus Cæsariensium Metropolis, primæ Cappadocum Prouinciæ, & Exarchus Ponticæ diœcesis.] Sed longe ante Philaletem, Magnum Basilium clarissimum Ecclesiarum Christi præsulem, ducemque strenuū vitæ monasticæ, Pontum vniuersum hoc nomine rexisse fusè superius ex ipsiusmet Epistolis probauimus, idque ita perspicuū est, vt plura dicere superfluum esset.

Ephesus in Ionia sita prima Metropolis fuit Diœcesis Asiæ speciatim sūptæ, tēplo Dianæ inter septem mūdi miracula numerato olim nobilis, nec minus Schola Ionica ex qua Plato prodijt. Eam ab Epheso Dianæ ministra vocatam scribit Eustathius: licet ab antiquis historiæ scriptoribus eius ædificatio alijs tribuatur. Ab Eumene rege eam conditam fert Liuius[d]: sed Iustinus[e] Amazonibus tribuit, dum ipsas Asia subacta multas in ea ciuitates ac inter eas Ephesum construxisse docet. Quidquid sit iam Metropolis erat totius Asiæ Antonini Imperatoris tempore, qui proinde edictum de religione nostra, inquit Eusebius,[f] statuere volens, illud in communi Concilio Asiæ apud Ephesum celebrato promulgari curauit. Verùm longè apud Christianos celebrior extitit, quod, eodem Eusebio[g] teste, Ephesina Ecclesia à Paulo sit fūdata, & Ioannes amantissimus Christi discipulus ad Trajani tempora in ea vitam produxerit. Hinc fit, vt iam Tertulliani[h] tempore Metropolis esset Asiæ, cum hic enumerans Apostolicas Primariasq; Ecclesiæ sedes, hæc dicat [si potes in Asiam tēdere habes Ephesū.] Sed & eius Episcopus non tantùm Metropolita fuit Asianæ Prouinciæ, verum etiā totius diœcesis eiusdem nominis Exarchus: vt in subscriptione Theodori Ephesini Antistitis patet, quæ sic inter syngraphas Concilij generalis sexti legitur: [Theodorus misericordia Dei Episcopus Ephesiorū Metropolis Asianæ prouinciæ, & Primatū habens Asianæ diœceseos definiēs subscripsi.] Nec istud minus clarè probatur ex Sozomeno,[i] dum ait multos Episcopos in Lycia, Phrygia & Asia, ab Ephesino Episcopo per simoniā ordinatos, à Ioanne Chrysostomo exauctoratos fuisse. Addam & huius authoritatis antiquitus fuisse Ephesinum Antistitem, vt

Ff

[illegible]

XIV. CÆSAREA METROPOLIS ET SEDES PRIMATIS.
a Sozom. hist. Eccl. lib. 5. cap. 4.
b Sextus Rufus in Breuiario.
c Eutrop. in hist. Rom. li. 7.

XV. EPHESVS METROPOLIS ASIÆ ET SEDES PRIMATIS.
d Liu. Decad. 4. li. 5.
e Iust. lib. 2. hist.
f Euseb. hist. lib. 4. cap. 13. [illegible Greek] &c.
g Idem lib. 3. cap. 17. [illegible Greek]
h Tertul. de præscript. cap. 37.
i Sozomenus hist. li. 8. cap. 6.

a Euagr. hist. li. 3 cap. 6. ius quo potiebatur Patriarchicum nominet Euagrius a scribens illud ei ablatum fuisse in Concilio Chalcedonensi, cum Asiana diœcesis Patriarchæ Constantinopolitano subiecta est. Eum quoque alijs Patriarchis quasi æqualem quidam constituunt; sed Antiocheno Patriarchæ totius Orientis semper paruisse ante Concilium Calchedonense, interius docebimus: nec sane concipi potest, quomodo Antiochenus Episcopus in aliquas Orientis prouincias, b Leo mag. ep. 62 ad Max. Antioch. quæ prius aliquatenus ei non subessent, authoritatem à Patribus Concilij Niceni acceperit, vt scribit Leo b Magnus. Nonnullos Ephesinæ Sedis Antistites in Notitia referemus: sed priùs qui Patriarchali Constantinopolitanæ vsque ad finem sexti sæculi præfuerint, ex historia Ecclesiastica enarrandum.

SERIES PATRIARCHARVM Constantinopolitanorum,

Ex Historiæ Ecclesiasticæ Scriptorum ipsis verbis.

Chron. Alexandr. a Constantino Augusto 1 & Liciaio 3 Consulibus. BYzantinæ Ecclesiæ Ἀρχιερεύς seu Archipræsul primus præfuit *Metrophanes* annos 10.

Socrat. hist. Eccl. lib. 1. cap. 25. *Alexander*, qui iam pridem Metrophani in Episcopatu Constantinopolitano successerat, illi Ecclesiæ præfuit.

Idem. lib. 2. cap. 4. In Ecclesia quæ pacis nomen habet, quæque in proximo sita est illi, quæ magna Ecclesia dicitur, Sapientiæque nomine nuncupatur, *Paulus* deligitur Episcopus: inque eo deligendo demortui suffragiũ videbatur primas tulisse.

Id. eod. lib. cap. 5. Non multo post Imperatori Constantinopolim aduentanti electio Pauli Episcopi non mediocrem bilem mouit Atque Concilio Episcoporum improbæ Arij opinioni deditorum in vnum conuocato, Paulum Episcopatu abdicandum curat: *Eusebiumque* Nicomedia eo traductum Constantinopolis Episcopum renunciat.

Sozom. hist. Eccles. lib. 3. cap. 6. Mortuo Eusebio, hi qui Constantinopoli fidem Concilij Nicæni summo studio amplectebantur, Paulum in Ecclesiam reduxerunt. Sed Constantius Imperator, cuius animus facillimè huc illuc impellebatur, Arianorum Theod. hist. Eccl. lib. 2. cap. 5. persuasu Paulum Constantinopoli exturbauit: & ad Cucusum Armeniæ minoris oppidum relegandum curauit.

Id. eod. lib. cap. 6. Vbi autem Paulum hoc modo ad mortem, vt obtendebant, imo ad regnum cælorum miserant, *Macedonium* in eius locum sufficiunt.

Sozom. eod. lib. 3. cap. 23. Verumtamen Paulus Constantinopolitanus, Marcellus, Asclepas, & Lucius, suas Episcopales Sedes recuperauerunt: quandoquidem ex literis Imperatoris, his facta est potestas ad sua redeundi. Quinetiam Paulo Constantinopolim ingresso cessit Macedonius, & separatim per se conuentus egit.

Socr. Hist. Eccles. lib. 2. cap. 35. Sed postea Macedonium Episcopatus dignitate deiiciunt, tum quod multiplicis cædis author fuisset: tum quod Diaconum in stupro deprehensum recepisset in communionem.

Idem ibidem. Exturbato Macedonio, *Eudoxius* Sedem Antiochiæ Constantinopolis sede posteriorem ducens, Episcopus Constantinopolis per Acacium & eius familiares renunciatus est.

Idem. lib. 4. c. 13. Eudoxius Ecclesiæ Arianæ Episcopus, statim post Imperatoris discessum, cum Ecclesiæ Cõstantinopolitanæ Sedem ad decem & nouem annos occupasset, abijt e vita. Valentiniano iam & Valente tertiũ Consulib. Quãobrem Ariani in locũ illius *Demophilũ* sufficiũt. Sed qui fidei Cõsubstãtialis fauebãt.

se tempus opportunum nactos arbitrati, *Euagrium* quemdam suæ ipsorum fidei fautorem designant.

Eodem tempore *Gregorius* ab vrbe Nazianzò translatus, intra mœnia Constantinopolis in quadam Ecclesia perexigua conuentus fecit. Ad quam quidem Ecclesiam, Imperatores postea templum amplissimum adiunxêre, vocauereque Anastasiam. Gregorius vir illustris, & homines ætate coniunctos pietate facilè superans, cum intelligeret quosdam ipsi obstrepere, quòd homo exterûs & peregrinus esset, lætus admodum de Imperatoris aduētu, Cōstantinopoli amplius ætatem degere recusauit. Imperator vero, cum Ecclesiam admodum conturbatā offenderet, omni cura & cogitatione incubuit, vti pacem faceret, concordiam constitueret, & Ecclesias amplificaret. Itaque sine mora Demophilo, qui sectæ Arianæ Episcopus fuit, consilium suum aperit, quæritque ab eo, vtrum Concilio Nicæno fidem vellet adhibere, populum ad concordiam traducere, & pacem amplecti. Quo quidem eius postulatum abnuente: Idcirco, inquit Imperator, si pacem & concordiam fugis, te ab Ecclesijs fugere mando. Quæ cum audisset Demophilus, & secum considerasset, quam difficile esset potentioribus resistere, conuocata in Ecclesia multitudine, ipse in medio surrexit, verbaq; eiusmodi apud suos locutus est: Fratres, scriptum est in Euangelio: si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Igitur quoniam Imperator nos ab Ecclesijs segregat, sciatis velim, vobis cras extra ciuitatem conuentus agendos esse. Hæc locutus egreditur. Id lib. 5, cap. 7.

Quocirca Ariani, qui annos quadraginta Ecclesiarum administratione potiti fuissent, cùm concordiam, ad quam Imperator Theodosius illos hortabatur, fugerent, se ex vrbe subduxerunt ad quintum Consulatum Gratiani, Theodosij autem Augusti primum, sexto Cal. Decembris. Qui autem fidem seruabant Consubstantialis, hi in eorum venere loca, Ecclesiasque occupauere. Id. ibid.

Vbi *Demophilus* sectæ Arianæ Episcopus supremum vitæ diem confecerat, Ariani *Marino* suæ ipsorum sectæ Episcopo ex Thracia accersito, Episcopatum eius impartiunt. Marinus autem, cuius temporibus secta Ariana diuisa erat, non diu vitam propagauit. *Dorotheum* igitur ex Antiochia Syriæ accitum, suum Episcopum designant. Idem lib. 5. c. 12.

Gregorio Constantinopolitano Præsule ad vitam doloris & ægritudinis expertem migrante, Timotheus Episcopus Alexandriæ *Maximum* quendam Cynicum Episcopum Constantinopolis ordinauit, Concilio apud Constantinopolim coacto. Theod. hist. Eccl. lib. 5. cap. 8.

Præstantissimi Pastores *Nectarium*, virum patricium, generis splendore eximium, & virtutibus cuiusque modi exornatum, illius vrbis amplissimæ Episcopum creauerunt: Maximum autem, vt pote Apollinaris amentia imbutum, Episcopali dignitate spoliarunt, eique Ecclesia interdixerunt. Idem ibid.

Mortuo Nectario, Arcadius cui orientalis Imperij pars obuenerat, cum *Ioannem* [*Chrysostomum*] eximium orbis terrarum luminare Antiochiæ in cœtu Presbyterorum ascitum intellexisset, accersit ad se: & ab Episcopis in vnum conuocatis contendit, vt eum consecrent Episcopum, & præclaræ illius vrbis Pastorem constituant. Hoc vno argumento Imperatoris erga res diuinas studium satis declarari potest. Is autem electus Eccle- Idem lib. 5 cap. 27.

Idem lib. 5. c. 34. siæ Constantinopolitanæ gubernacula suscepit. Sed inuidia illustrem sapientiæ Ioannis splendorem non tulit, & in exilium ab aduersarijs nullius ad vitam immortalem & cuiusuis molestiæ expertem migrauit.

Socr. hist. Eccles. lib. 6 cap. 17. Ioanne abdicato, *Arsacius* frater Nectarij, qui ante Ioannem [Chrysostomum] præclare admodum Episcopatum Constantinopolis administrauerat, iam ætate valde ingrauescente (amplius enim octoginta annos confecerát) illius vrbis Episcopus ordinatus est.

Id. eod. lib. c. 18. Arsacius non diu illum gessit Episcopatum. Nam sequenti ânno, ad secundum Consulatum Stiliconis, Anthenij autem primum, tertio Idus Nouembris mortem obijt. Cum autem de Episcopo deligendo à multis vehementer laboratum esset, & ob eam causam multum temporis præteriret, primo anno, Arcadio iam sextùm Cos. & Probo primùm, *Atticus*, vir pietate eximius, ex Sebastia Armeniæ oriundus, monasticum vitæ genus ab ineunte adolescentia excólens, doctrina sanè mediocri, sed prudentia naturaliter insita magis valens, Episcopus Constantinopolitanus creatus est.

Idem lib. 7. c. 26. Post mortem Attici, de Episcopo deligendo vehementer certatum, dum alij alium in eo honoris gradu collocare laborarent. Tandemque *Sisinius* ordinatus est pridie Cal. Martij, Theodosio duodecimùm Consule, & Valentiniano juniore Augusto secundùm.

Idem lib. 7. c. 29. Post mortem Sisinij, visum est Imperatori propter homines inanium rerum appetentes, neminem ex illa Ecclesia (licet multi Philippum, complures Proclum designatum cuperent) ad Episcopatum illum eligere: sed aduenam Antiochia accersere constituit, &c. Trimestri igitur spatio percurso,

Idem lib. 7. c. 33. Antiochia Constantinopolim deducitur *Nestorius*, &c. qui Episcopus quarto Idus Aprilis ordinatus fuit. Sed cum impias contra Filium Dei blasphemias dixisset, Cyrillus & alij Episcopi qui aderant, eum in Concilio Ephesino Episcopatu abdicarunt.

Id. eod. l. cap. 34. Trimestri spatio post abdicationem Nestorij percurso, *Maximianus* Episcopus designatur.

Idem eiusd. lib. cap. 39. Is cum duos annos & menses quinque Ecclesiæ præfuisset, exijt è vita. Et Imperator Theodosius *Proclum* in sede Episcopali collocandum curauit.

Euagr. hist. Eccl. lib. 1. cap. 8. Huic viam vniuersæ carnis conficienti successit *Flauianus*.

Idem lib. 2. c. 4. Post Flauianum, *Anatolius* huius sedis Episcopus ordinatus est, qui interfuit Concilio Chalcedonensi.

Id. eod. lib. c. 11. Mortuo Anatolio, sedem Episcopatus Constantinopolis vrbis primariæ capessit *Gennadius*: cui *Acacius*, qui in eadem vrbe orphanorum collegio præfuerat, successit.

Idem lib. 3. c. 23. Cum Acacius Episcopus Constantinopolis communem vniuersæ carnis viam esset ingressus, *Phranitas* Episcopatum illum capessit.

Idem ibid. Vbi Phranitas, qui quatuor solùm menses eo Episcopatus munere fungebatur, è vita migrauit, *Euphemius* Episcopus illius vrbis deligitur.

Idem ibid. Imperator Euphemium Episcopatu eiecit.

Theodori lectoris collect. lib. 2. Eligit autem Imperator Episcopum *Macedonium* quendam Presbyterum Ecclesiæ & Custodem. Populus verò seditiònem mouet propter Euphemium, & ad Hippodromum supplicandi gratia currunt, at nihil efficiunt.

Idem ibid. Euphemium Imperator in exilium abduci præcepit. Macedoniumque vehementer vrgens, vt Synodo Episcoporum congregata Chalcedonense

Concilium damnaret. Ille verò sine vniuersali Synodo, cui magnæ Romæ Episcopus præsideret, nihil se facturum dixit: quare Imperatorem contra se incitauit: qui leges libertati hæreticorum Ecclesijs præbuit. Sed suspicatus Imperator, si Macedonius iudicaretur, populum illi tanquam insonti opitulaturum, noctu illum violenter abreptum Chalcedonem misit, & inde Euchaitis abduci præcepit. Sequēti verò die, *Timotheum* quemdam Presbyterum & Custodem Ecclesiæ Episcopum elegit, quem lithrobulbam & colonem, propter facta quædam nominibus istis conuenientia, vocarunt. Interim *Deuterius* Arianorum Constantinopoli Episcopus fuit. Idem ibid.

Post Deuterium, Episcopatum Constantinopolitanum administrauit *Anthimus*. Qui cùm contra Canones ordinatus fuisset, ab Agapeto Romano Pontifice abdicatus est. Euag. lib. 4. c. 9.

Anthimo ex sede Constantinopolitana eiecto, *Epiphanius* eum capessit Episcopatum. Epiphanio mortuo, successit *Menas*. Idem eod. l. c. 35.

Post Menam *Eutychius* ad sedem Episcopatus Constantinopolitani ascendit. Quo expulso, *Ioannes* ex Sirime ortus regione Antiochiæ finitima, in eius locum subrogatur. Idem eod. l. c. 16. Idem eod. l. c. 38.

Post Ioannem, *Eutychius*, qui eundem Episcopatum Constantinopolitanum rexerat, denuo capessit. Idem lib. 5. c. 18.

Hi sunt, quos Constantinopolis Patriarchas apud historiæ Ecclesiasticæ scriptores reperi. Iam ad Notitiam Metropoleωn Episcopatuumque huic Sedi subiectorum veniendum est.

XVI. DIVISIO PROVINCIARUM PATRIARCHATUS CONSTANTINOPOLITANI.

Quot primis temporibus Metropoles fuerint, clarè innuit Theodoretus [a] cùm de Ioanne Chrysostomo loquens, hæc quæ superius iam retulimus ait: [Hoc modo prospexit non illi solùm ciuitati, verùm etiam toti Thraciæ, quæ est in sex Episcopatus diuisa: & cunctæ etiam Asiæ, quæ vndecim habet Antistites: Ponticam præterea Ecclesiam, quæ eundem habet Episcoporum numerum quem Asia, eisdem legibus adornauit.] Is saltem Metropoleωn & Prouinciarum Ecclesiasticarum numerus fuisse videtur, dum Theodoretus viueret. At quantùm earum, necnon sedium Episcopalium numerus auctus postea fuerit, omnes historiæ antiquæ periti sciunt. Tu si rationem expetas, duas assignabo, ambitionem quippe quasi innatam Orientalium animis, & authoritatem instituendarum Metropoleωn sediumque Episcopalium ab Ecclesia Imperatoribus concessam. Prima nemini ignota est: secundam verò ex Chalcedonensi Concilio & Balsamone discere est, Concilium quidem Chalcedonense hæc habet: [b] [Si qua ciuitas potestate Imperiali nouata est, aut si protinus innouetur, ciuiles dispositiones & publicas Ecclesiasticarum quoque parochiarum ordines subsequantur.] Balsamon [c] verò in Synodum sextam Trullanam ita scribit: [Decretum fuit Imperiale in præsentia Synodi, quæ tunc erat, consentientis, vnàque decernentis licere Imperatoribus Pontificalem Thronum Ecclesijs largiri, & Episcopatus vel Archiepiscopatus in Metropoles erigere: & ea quæ ad electionem pertinent, & reliquam dispositionem, prout ipse voluerit, describere, nec à Canone impediri, qui statuit Metropoli iura seruari, quæ illi adfuerunt ab initio in honorato Episcopatu.] Nec mirum sanè, cùm Græci à communione Romanæ sedis diuisi etiam cōstituendorum Patriarcharum Constantinopolitanorum, deponendorumque authoritatem ipsis

a Theod. hist. Eccl. lib. 5. cap. 28.

b Concil. Chalced. Can. 17.

c Balsamon in Can. 38. 6. Synodi.

a Cantacuz. l. 4. cap. 37.

b Phranzes lib. 3. Chronici cap. 19.

Imperatoribus contra Canones dederint. Testis est Cantacuzenus[a] vbi de Philothei electione hæc ait: [Diuina S. Spiritus gratia inuocata, tres in Patriarcham eligunt, Philotheum Heracleæ, Macarium Philadelphiæ Episcopos, & priuatum adhuc Nicolaum Cabasilam: electorumque nomina Imperatori scripta mittunt, qui Philotheum maluit: & is non diu post, legitimis omnibus seruatis, Patriarcha consecratus, Ecclesiam aliquamdiu administrauit.] Fusius idem docet Phranzes[b] ritum instituendi Patriarchæ sic accuratè describens. [Erat munus & consuetudo Christianorum Imperatorum, vt electo Patriarchæ pedum seu virgam pastoralem auream, lapillis & margaritis distinctam, & electum equum de regio stabulo, sella & phaleris regificè & sumptuosè ornatum, albo & aureo stratorio tectum donarent. Et Patriarcha illi insidens, è palatio, toto procerum collegio stipante, cum faustis acclamationibus in Patriarchium reuertebatur, atque ab Episcopis pro lege & more consecrabatur. Hoc modo è manibus Imperatoris futurus Patriarcha pedum accipiebat, sedente eo super solio regio, & tota procerum corona nudatis capitibus circumstante, magnus Protopapas Palatij benedictionem pronunciabat, deinde paruam. Et magnus Domesticus psallebat illud. *Vbi enim Regis præsentia*, & quæ sequuntur. Deinde, *Gloria*, & Lampadarius ex altero choro: *Et nunc & semper*, &c. Item, *Rex cælorum*, &c. Finito autem tropario, Imperator surgens habet in manu dextera pedum. Accedit autem candidatus, cuius vnũ latus Cæsar, alterum Heracleæ Metropolita tegit. Corpus tertiùm omnibus inclinat: deinde ad Imperatorem accedit, & consueta adoratione illum prosequitur. Imperator paulùm attollens pedum ait: SANCTA TRINITAS, QVÆ MIHI IMPERIVM DONAVIT, TE IN PATRIARCHAM NOVÆ ROMÆ DELIGIT. Atque ita de manibus Imperatoris Patriarcha potestatem sumebat, eique gratias agebat. Deinde Chori psallebant. AD MVLTOS ANNOS DOMINE, idque tertiò, & illud ΑΠΟΛΥΣΙΣ, hoc est, dicet.] Eadem ratione Imperatores Græci talem in Metropolibus sedibusque Episcopalibus instituendis authoritatem vsurparunt, vt plures Ecclesiasticas Prouincias in vnius Præsidis ciuili diœcesi constituerint: idque ex mox referenda Constantinopolitanæ sedis Notitia patebit. Vt quæpiam à primis sæculis ad nos transmissa esset, summoperè optaremus: sed cum omnes his temporibus descriptæ longa annorum serie vetustateque perierint, id nobis superest, vt eam ex Concilijs, antiquis Patribus, authoribusque historiæ Ecclesiasticæ conficiamus. Non parum tamen iuuabit Notitia Græca manu scripta, quam ex regia Bibliotheca habuimus, cuius antiquitas tanto facilius dignoscitur, quod apud eam omnia antiqua nomina, & vix vlla noua quæ in alia Leoni tributa apud Leunclauium sunt, inueniantur. Vnum penè aut alterum in ea desiderari videtur, vt à mendis quæ amanuensium incuria in eam irrepserunt purgetur, & quæ post sex prima sæcula Episcopales sedes institutæ sunt designentur. At defectus illos supplentes, errores ex antiquioribus Geographis, scriptoribusque corrigemus, & quæ sedes primis sæculis essent, ex prædictis Ecclesiæ monumentis indicabimus. Sed prius haud omittendum arbitramur longè diuersos Ecclesiam & Imperatores Prouincijs limites assignasse, imo Ecclesiam quos statuerat, postea, vt institutis nouis Metropoli-

bus Suffraganeos tribueret, mutasse. Hinc fit, vt sæpius in primis Concilijs eædem sedes Episcopales ex vna Prouincia recenseantur, quæ in posterioribus alteri tribuuntur. Vnde nec mirum esse debet, si dicta Notitia Græca in multis à Concilijs quoad Prouincias discrepet, cum & ipsa Concilia inter se in hoc diuersa sint. Vnum nobis in tanta diuersitate agendum superesse videtur, vt in enumerandis Episcopatibus ordinem Prouinciarum Notitiæ sequamur, & de his in quibus Concilia differunt Lectorem moneamus.

NOTITIA ANTIQVA EPISCOPATVVM PATRIARCHATVS CONSTANTINOPOLITANI.

THRACIA.

PROVINCIA EVROPÆ.

HERACLEA Ptol. l. 3. c. 11. vulgò etiam *Heraclia* Leunclauio. *Serapion* huius Episcopus dicitur apud Socratem lib. 4. Hist. cap. 15. & apud Sozomenum lib. 8. cap. 19. *Phædrius* autem subscripsit Concilio Nicæno primo, *Cyriacus* Chalcedonensi per Lucianum Byziæ, necnon *Constantinus* Heracleanus Metrop. Europæ adfuit Constantinopolitano sub Agapeto & Menna.

PANIVM Cedreno, hodie *Phanorion* dicitur Gyllio teste. *Andreas* Episcopus Panianus subscripsit Concilio Constantinopolitano sub Agapeto & Menna, act. 2.

COELOS Pomponio lib. 2. cap. 2. Ciuitas Episcopalis in Chersoneso Thraciæ. *Cyrillus* Episcopus Cœlensis legitur act. 7. Conc. Ephes. & *Viticanus* Romano sub Symmacho subscripsit.

CALLIPOLIS Ptol. ibid vulgò *Gallipoli*, & Turcis *Gebbole*, teste Leunclauio, Episcopalis dicitur act. 7. Concil. Ephes. in libello supplici Euprepij Episcopi Byzes, vbi dictus *Cyrillus* nominatur Episcop⁹ Cœlæ & Callipolis.

CYLA eidem Notitiæ Græcæ. *Theotechnus* Cylensis Episcopus non Cyclensis, subscripsit Epistolæ Synodicæ Episcoporum Europæ ad Leonem Imperatorem.

APHRODISIA Ptol. lib. 3. cap. 11. *Theophronius* huius Episcopus subscripsit Epistolæ Synodali Europæ Thraciæ ad Leonem Imp. habuit autem Sabsadiam alteram sedem Episcopalem sibi subditam, vt dicitur act. 7. Concilij Ephes. vbi supra.

THEODOSIOPOLIS noua Cedreno, Apri Colonia Ptol. lib. 3. cap. 11. *Babulas* huius ciuitatis Episcopus subscripsit eidem Epistolæ.

CHERSONNESVS Liuio in Europa Decad. 4. lib. 8. & Notitiæ Græcæ item in eadem Prouincia. *Petrus* Episcopus Chersonensis legitur in Conc. Chalcedonensi, cui subscripsit pro Cyriaco Heracleæ Thraciæ.

DRVSIPARA Ptol. lib. 3. cap. 11. vulgò *Misini* teste Sophiano *Theodorus*

huius Episcopus subscripsit quintæ Synodo generali, in cuius quinta Collatione idem *Theodorus* dicitur Drysiparorum Metropoleos (scilicet honorariæ) Episcopus.

LYSIMACHIA Ptol. ibid. vulgò *Hexamili* teste Sophiano. *Deodatus* Lysimachorum Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi act. 1.

BYZIA Ptol. ibid. vulgò *Vize* teste Leunclauio. *Lucianus* eius Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi act. 16. in qua Episcopus Byziæ & Arcadiopolis dicitur. Epistolam etiam scripsit ad Leonem Imp. quæ extat parte 3. eiusdem Concilij, qua Metropolitanus dicitur, sicut & *Theodorus* Byzanorum Metropolis in fine collationis octauæ quintæ Synodi generalis.

SELYMBRIA Ptolem. ibid. vulgò *Selombria* Molano, Sophiano autem *Seliurea*. *Auxentius* Selymbriæ Metropolis (nempe honorariæ) subscripsit Concilio Constantinopolitano sub Agapeto & Menna.

ARCADIOPOLIS, quæ teste Cedreno Bergula vel Bergulium dicta fuit, vulgò *Bergas*, teste Mercatore. Huius Episcopus *Sabbatius* subscripsit Concilio Constantinopolitano V. generali, fuit tamen aliquando vnita sedi Byziensi, vt superius dictum est.

PROVINCIA THRACIÆ.

PHILIPPOPOLIS Ptol. li. 3. c. 11. adhuc *Filippoli* dicitur vulgò, & Turcis *Filibe*, Thraciæ vrbs nobilis est, in quam Ariani res suas Patribus Sardicensis Concilij credere non ausi fugère, nouaque fidei formula edita damnarunt Homousion. *Siluani* huius Episcopi meminit Socrates lib. 7. Hist. Eccles. c. 36. *Francion* Philippopolis Metropolis Thraciæ dicitur, in subscriptionibus Concilij Chalcedonensis, & *Valentinus* eiusdem Metropolis Episcopus ad Leonem Imper. epistolam scripsit.

DIOCLETIANOPOLIS Notitiæ Græcæ antiquæ. *Epictetus* Episcopus Diocletianopoleos legitur in Epistola Synod. Episc. Thraciæ ad Leonem Imperatorem.

DIOSPOLIS eidem Notitiæ, & Cedreno in Thracia, qui *Alexandrum* huius Episcopum nominat.

NICOPOLIS Ptolem. lib. 3. cap. 11. vulgò etiam *Nicopoli* Sophiano, alijs *Boulgrad*. *Polycarpus* Nicopolis Thraciæ Episcopus dicitur apud Socratem lib. 7. Hist. Eccles. cap. 35.

PROVINCIA HÆMIMONTIS.

HADRIANOPOLIS Anton. in Itin. vulgò *Adernopoli*, & *Endren* Turcis. *Eutropij* & *Lucij* eius Episcoporum meminit Theodoretus lib. 2. historiæ Eccles. cap. 15. quorum Lucius ab Arianis accusatus sede sua expulsus est, Sozomeno teste lib. 3. cap. 7. pro quo restituendo Iulius Romanus Pontifex ad Orientales Episcopos scripsit. Et *Ioannes* Metropolis Adrianopolitanorum subscripsit Conc. Constantinopolitano generali quinto.

MESEMBRIA Ptol. lib. 3. cap. 10. vulgò *Mesember* Sophiano. *Mamalus* Episcopus Mesembriæ in Hæmimonte legitur in actibus Concilij Constantinopolitani quinti Generalis.

SOZOPOLIS antiquæ Notitiæ Græcæ. *Olympius* Episcopus Sozopoleos Hæmimontis ciuitatis Pisidiæ Concilio Chalcedonensi subscripsit. Sed an huius sedis Antistes, & mendose ciuitatis Pisidiæ scribatur, dubium est.

PLOTINOPOLIS Ptol. lib. 3. cap. 11. vulgo *Plondin* teste Nigro. *Hieropylus* huius Episcopus fuisse dicitur apud Socratem lib. 7. hist. Eccles. c. 35.

DEVELTVS colonia Ptol. ibid. Græcis *Deuelto* dicitur vulgò, teste Sophiano, & Bulgaris *Zagoria*, inquit Curopalates. *Ælij Publij Iulij* huius ciuitatis Episcopi meminit Eusebius lib. 5. hist. Eccles. cap. 18. Et *Iouinus* Episcopus Deuelti in Hæmimonte Conc. Chalcedonensi subscripsit.

ANCHIALVS Ptol. ibid. *Sebastianus* Episcopus Anchialensis est in Concilio Constantinop. primo, & *Paulus* in Constantinop. generali V.

PROVINCIA RHODOPES.

TRAIANOPOLIS Ptol. lib. 3. cap. 11. adhuc *Traianopoli*. Huius autem Episcopum Metropolitanum fuisse clare videtur in subscriptionibus Concilij Chalcedonensis, vbi *Basilius* dicitur Traianopolis Metropolis Rhodopes prouinciæ, necnon in Collatione 8. Constantinopolitanæ Synodi generalis quintæ, cui hoc cum nomine subscripsit *Eleusinus*.

MAXIMIANOPOLIS dictæ Notitiæ Græcæ. *Eunepius* eius Episcopus subscripsit Conc. Ephesino, & *Serenus* Chalced. vbi in Rhodope ponitur.

ABDERA Ptol. ibid. vulgò *Polystilo* dicitur, teste Curopalate. Eadem est Ortelio ac Maximianopolis: tamen *Ioannes* Episcopus Abderæ legitur in eodem Concilio Chalcedonensi præter Maximianopolitanum.

MARONIA, postea *Clazomene* dicta Ptolem. ibidem. *Docimatius* Episcopus Maroniæ Rhodopes prouinciæ Thraciæ legitur in Concilio Chalcedonensi ex actis Ephesini, in cuius subscriptionibus etiam reperitur.

ÆNVS Ptol. ibid. *Enio* & *Eno* vulgò dicitur Sophiano teste. *Macarius* Æni Thraciæ Episcopus Concilio Chalcedonensi subscripsit.

CYPSELA Ptol. ibid. *Ipsala* vulgò nuncupatur, teste Io. Leunclauio, & *Capsilar* Bellonio. *Georgius* Episcopus Cypselæ est in Concilio Constantinopolitano generali quinto.

SCYTHIA TRANS DANVBIVM.

SCYTHIAM, quæ trans Danubium est, Thraciæ vt ei vicinam subiungimus. Est autem Scythia, inquit Iustinus, in Orientem porrecta, includitur ab vno latere Ponto, & ab altero montibus Riphæis; à tergo Asia & Phasi flumine. Multum in longitudinem & latitudinem patet. Hominibus inter se nulli fines: neque enim agrum exercent, nec domus illis vlla, aut tectum, aut sedes est, armenta & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitis. Tres in ea sedes Episcopales recenset Notitia antiqua Græca, in qua Zicchia nominatur, quas sic paucis illustrabimus.

CHERSONVS Notitiæ antiquæ Græcæ in Zicchia, quæ in Bosphoro est Gyllio: eadem forte ac Chersonesus Scyllacis in Taurica Chersoneso. *Stephanus* Episcopus Chersoni legitur in Conc. Constantinop. generali quinto.

BOSPHORVS eidem Notitiæ etiam in Zicchia. *Ioannes* Episcopus Bosphori subscripsit Concilio Constantinopolitano sub Agapeto & Menna. & *Eudoxius* Chalcedonensi.

ZICCHIA Gyllio in suo Bosphoro, à qua Zinchi populi, quos tamen Arrianus in Periplo apud Sarmatiā Asiaticā constituit; Gothia dicitur Ortelio. *Domitianus* Zicchiæ seu Zinchiorum Episcopus subscripsit Concilio Constantinop. sub Agapeto & Menna, & *Basilius* Zicinensium Metropolitanus Relationi Synodi Constantinopolitanæ ad Hormisdam.

ASIANA DIOECESIS.

PROVINCIA ASIÆ.

EPHESVS Ptol. lib. 5. cap. 2. vulgò *Epheso* Sophiano, & Turcis *Figena*. *Timotheus* primus eius Episcopus dicitur apud Eusebium lib. 3. hist. Eccles. cap. 4. & *Menophantus* eiusdem sedis Antistes apud Theodoretum lib. 1. cap. 7. qui hunc Nicæno Concilio adfuisse scribit, & *Hypatius* Metropolita Ephesinus Concilio Constantinop. sub Agapeto & Menna subscripsit.

HYPÆPA Ptolem. ibid. adhuc *Ipepa*. Ex eius Episcopis *Euporus* subscripsit Concilio Ephesino, & *Iulianus* Chalcedonensi.

TRALLIS Ptolem. ibid. vulgò *Chora* Nigro teste. *Polybius* huius Episcopus dicitur apud Eusebium lib. 3. histor. Ecclesiast. cap. 30. & *Heracleon* in Concilio Ephesino, necnon *Maximus* in Chalcedonensi.

MAGNESIA Mæandri Ptol. ibidem, vulgò *Mangrosia*. *Damas* huius Episcopus legitur apud Euseb. ibidem, & *Leontius* Concilio Chalcedonensi subscripsit.

ELÆA Scylaci in Periplo, vulgò l'*Alea* teste Molano. *Esaias* Elaitarum Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi.

ADRAMYTIVM Scylaci in Periplo, *L'Andramiti* vulgò dicitur, & Turcis *Endromit* teste Leuncl. *Helladius* Adramyti Episcopus subscripsit Conc. Ephesino, & *Flauianus* actibus Ephesinis in Conc. Chalced. act. 1.

ASSVM Ptol. lib. 5. cap. 2. vulgò *S. Quaranta* teste Molano. *Maximus* Assi Episcopus subscripsit Concilio Ephesino, & *Facillus* Chalcedonensi.

GARGARA Straboni lib. 13. *Theodorus* Gargarorum Episcopus subscriptus legitur in Collatione prima Synodi generalis V.

MASTAVRA Notitiæ antiquæ in Asia, Stephano in Lydia vicina Asiæ. *Maximus* Mastaurorum Antistes est in Concilio Chalced. sub Epheso.

BRVLLENA ciuitas Asiæ Conc. Chalced. à qua Briuli seu Brullitæ populi apud Plin. lib. 5. cap. 29. iuxta Ephesum. *Timotheus* Briulorum Episcopus subscripsit Concilio Nicæno, & *Rufinus* Chalcedonensi.

PITANE Ptol. lib. 5. cap. 2. *Hesperius* huius Episcopus subscripsit Conc. Chalced. & *Martyrius* Episcopus in Pitana Constantinop. sub Agapeto & Menna.

MYRRHINA Scylaci in Periplo, vulgò *Mathan* Leunclauio, & *Gircona* Molano. *Dorotheus* Episcopus Myrrhinæ reperitur in Concilio Ephesino, *Proterius* in Chalcedonensi, & *Ioannes* in quinta Synodo generali.

AVRELIOPOLIS Notitiæ antiquæ Græcæ, quæ & Aurelianopolis dicitur. Quibuſdam in Lydia eſt Aſiæ finitima, ſed certius in Prouincia Aſiæ locandam eſſe cenſeo cum Notitia Græca, quæ facit eam Epheſinæ Metropolis Suffraganeam. *Joannes* Aurelianopolis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Epheſino.

NYSSA Ptolem. lib. 5. cap. 2. adhuc *Niſa* dicitur. *Theodotus* Epiſcopus Nyſſæ ſubſcripſit Conc. Epheſino act. prima inter Epiſcopos Aſiæ, & *Maonius* Chalcedonenſi.

METROPOLIS Ptolem. ibid. *Marcellinus* huius Epiſcopus ſubſcripſit Conc. Chalced. act. prima inter Epiſcopos Aſiæ.

VALENTINIAPOLIS Georgio Alexandr. in vita D. Chryſoſtomi, Aſiæ ciuitas, cuius Epiſcopus *Thomas* act. 1. Conc. Chalced. ſubſcriptus legitur.

ANINETVM, Ciuitas Ortelio in ſuo Theſauro Geographico, a qua Aninates populi Notitiæ antiquæ Græcæ. Aninatum habet Leunclauius. *Theodorus* Epiſcopus Anineti ſubſcripſit Concilio Epheſino, necnon *Mama* Aninetenſis Conc. Chalcedonenſi.

PERGAMVS Ptol. lib. 5. cap. 2. vulgò *Pergamo*. *Dracontij* huius Epiſcopi meminit Socrates hiſt. Eccleſ. l. 2. cap. 32. & *Philippus* Concilio Epheſino ſubſcripſit.

ANÆA Scylaci in Periplo & dictæ Notitiæ. *Modeſtus* Aneorum Antiſtes ſubſcripſit eidem Conc. Epheſino.

PRIENE Ptol. vbi ſuprà, vulgò *Palatia*. *Theoſebius* eius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Epheſino.

ARCADIOPOLIS Notitiæ antiquæ Græcæ. *Alexander* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Epheſino, necnon *Chriſtophorus* Arcadiopoleos Aſianorum Prouinciæ collationi octauæ Synodi generalis V.

NOVA AVLA eidem Notitiæ. *Philippus* Nouæ Aulæ, quæ & *Theodoſiopolis*, Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Chalced. act. prima.

ÆGEA Stephano Ætoliæ in Aſia Ciuitas, alias Egara dicta. *Cyriacus* *Ægeæ* Antiſtes inter Epiſcopos Aſiæ in Concilio Chalcedonenſi ſubſcriptus legitur.

ANDERA Aſiæ oppidum Concil. Nicæno, ſed Stephano in Troade, & Plinio in Phrygia eſt. *Paulus* Anderenſis dicto Concilio ſubſcripſit.

SION Notitiæ antiquæ Græcæ. *Neſtorius* Sionis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Epheſino.

FANVM IOVIS Ptolem. lib. 5. cap. 2. in Notitia ſub Epheſo ponitur, licet ab ea maximè diſtet apud Ptolemæum. *Euſtorgius* Templi Iouis Epiſcopus legitur act. 6. Conc. Chalced.

COLOPHON Ptol. ibid. vulgò *Beluedere* Nigro teſte. *Euthalius* vel *Eulalius* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Epheſino.

LEBEDVS Scylaci in Periplo, Italis *Lebeditzi* teſte Leunclauio. *Iuliani* huius Sedis Epiſcopi meminit Euagrius hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 18. & *Cyriacus* Lebedi ciuitatis Epiſcopus ſubſcripſit actibus Epheſinis, qui act. prima Concil. Chalced. extant.

TEOS Ptol. vbi ſuprà, nunc dicitur *Suſos* teſtibus Theueto & Molano. *Gennadius* Theorum Epiſcopus legitur act. 6. Conc. Chalced.

ERYTRÆ eidem Ptolemæo ibid. vulgò *Colire* Nigro, & alijs *Stolar.* *Eutychius* huius Episcopus subscripsit Conc. Ephesino, necnon *Theoctistus* Collationi octauæ Synodi generalis quintæ.

ANTANDRVS Ptolem. lib. 5. cap. 2. nunc S. *Dimitri* dicitur, teste Sophiano. *Zozimus* Antandritanus Episcopus subscripsit Concilio Constantinopolitano sub Agapeto & Menna, & quintæ Synodo generali.

PEPERE, quæ & Theodosiopolis Ptol. ibid, vulgò *Qualpenea* teste Castaldo. *Pollion* Peperensis Episcopus subscripsit Conc. Nicæno, vbi ex Lydia, quæ Asiæ contermina est, dicitur, & *Pollinus* Theodosiopolis Asiæ Concilio Chalced.

CVMA seu Cyme Ptol. ibid. vulgò *Castri* Sophiano, sed *Foia Noua* teste Nigro. *Maximus* eius Episcopus subscripsit Conc. Ephes. & *Anatolius* Collationi primæ Synodi generalis quintæ.

AVLIVM Asiæ ciuitas Concilio Chalced. in quo *Thomas* ciuitatis Aulij Episc. legitur sub Epheso act. 6.

NAVLOCHVS Plinio, sub Epheso est in Concilio Chalcedonensi, in quo *Alexandri* Naulochi Episcopi mentio fit act. 6.

PALÆOPOLIS vel Palæa Straboni lib. 13. *Rhodon* eius Episcopus subscripsit Concilio Ephesino.

PHOCÆA Ptol. lib. 5. cap. 2. Italis *Foia vecchia* teste Sophiano. *Theoctistus* Phocæorum Episcopus subscripsit Concilio Ephesino, & *Quintus* Phociensis Chalcedonensi.

BARGAZA Ptol. ibid. *Ioannes* Ciuitatis Bargazorum, alijs Barettorum, quorum in Notitia Græca mentio est, legitur act. 6. Concilij Chalcedonensis sub Epheso.

THYMBRIA Straboni l. 14. *Eustathius* huius Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi.

CLAZOMENE Ptolem. vbi suprà. *Eusebius* Clazomenorum Episcopus Concilio Ephesino subscripsit.

MAGNESIA Sipyli Ptol. vbi suprà. *Eusebius* Magnesiæ Sipyli Episcopus eidem Concilio Ephesino subscripsit.

SMYRNA Ptol. ibid. *Smirne* etiam vulgò dicitur Sophiano. *Eutichius* eius Episcopus Conc. Nicæno subscripsit & *Æthericus* Chalcedonensi.

HELLESPONTVS.

CYZICVS Ptol. lib. 5. cap 2. vulgò *Chizico*, Sophiano teste. *Eleusius* eius Episcopus dicitur apud Socratem hist. Eccles. lib. 4. cap. 6 cui successit *Eunomius* eodem teste cap. 7. necnon *Diogenes* apud Euagrium lib. 2. cap. 18. *Diogenes* Cyzici Metropolis Episcopus dicitur act. 10. Concilij Chalcedonensis.

GERMA Stephano, vulgò *Girmasti* Leunclauio. *Antonij* huius ciuitatis Episcopi meminit Socrat. lib. 1. hist. Eccles. cap. 31. & *Timotheus* Germæ Cyzici Metropolis Suffraganeus legitur act. 16. Conc. Chalcedonensis.

POEMANIVM Stephano, qui Castrum esse territorij Cyziceni ait. *Ioannes* Pœmaneus Episcopus subscripsit epistolæ Synodicæ huius Prouinciæ

ad Leonem, & *Aſodius* Concilio Conſtantinopolitano ſub Agapeto & Menna.

OCCA, Occe Notitiæ antiquæ Græcæ *Alexander* Epiſcopus Occæ ſubſcripſit Concilio Chalcedonenſi act.16. & Epiſtolæ Synodali Prouinciæ Cyzicenæ ad Leonem Imperatorem.

BARES eidem Notitiæ, Barca lib. Conciliorum. *Eutychianus* Epiſcopus Bareæ ſubſcripſit inter Suffraganeos Cyzici Metropolitani act. 16. Concilij Chalcedonenſis.

ADRIANOTHERE Cedreno & Notitiæ Græcæ. *Patricius* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Chalcedonenſi act.1.& 16. necnon epiſtolæ Synodali Prouinciæ Cyzicenæ ad Leonem Imperatorem.

LAMPSACVS Ptol. lib.5. cap. 2. vulgò *Lampſico* teſte Sophiano. *Marcianus* Lampſaci Epiſcopus dicitur apud Socratem lib. 5. cap. 8. & *Armonius* epiſtolæ Synodicæ Prouinciæ Cyzicenæ ad Leonem Imperatorem ſubſcripſit.

ABYDVS Ptol. ibid. vulgò *Aueo*, & Turcis *Aidos* teſte Leuncl. *Hermias* Abydi Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Chalcedonenſi, & epiſt. Synod. Prouinciæ Cyzicenæ ad Leonem Imperatorem.

DARDANVM Ptol. ibid. vulgò *Dardanello*. *Paulus* Dardanorum Epiſcopus ſubſcripſit Conc. Epheſino act. 6. & *Petrus* Dardani Concilio Chalcedonenſi, necnon dictæ epiſtolæ Synodali ad Leonem.

ILIVM, quod & Troia Ptol. ibid. Ex eius Epiſcopis *Orion* ſubſcripſit Concilio Nicæno I. *Theoſebius* Chalced. & epiſtolæ Synodali ſupradictæ, necnon *Ioannes* Synodo generali V.

TROAS, Anton. in Itiner. vulgò *Caraſia* Turcis teſte Leunclauio, & Italis *S. Maria* dicitur. *Siluanus* huius Epiſcopi meminit Socrates lib. 7. hiſt. Eccleſ. cap. 36. & *Pionius* Troadis Antiſtes epiſtolæ Synodicæ ad Leonem ſubſcripſit.

MELITOPOLIS Plinio lib. 5. cap. 32. nunc etiam *Melitopoli* dicitur. *Gemellus* Epiſcopus Melitopolis ſubſcripſit inter Suffraganeos Cyzicenæ Metropolis act.16. Conc. Chalced. & *Sotominus* Mileti pro Meliti Epiſcopus eidem epiſtolæ Synodali.

ADRIANA Socrati lib. 7. hiſt. Eccleſ. cap. 25. qui *Alexandri* Epiſcopi Adrianos meminit. *Dauid* etiam Adrianæ Helleſponti Epiſcopus ſubſcripſit Conc. Chalced. act.1. & 16. necnon epiſtolæ Synodali Prouinciæ Cyzicenæ ad Leonem Imperatorem.

SCEPSIS Scylaci in Peryplo, Scepſium quibuſdam Concilijs. *Athanaſius* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Epheſino, act. 6. *Philoſtorgius* Conc. Chalced. act. 16. inter Suffraganeos Cyzicenæ Metropolis, & *Polytenus* Scepſij epiſtolæ Synod. iam dictæ.

PIONIA Straboni lib.13. *Ætius* Epiſcopus Pœoniorum Helleſponti ſubſcripſit Concilio Epheſino, & *Sabbas* eidem epiſtolæ Synodali.

PRÆCONNESVS Inſula Ptol lib. 3. cap. 11. vulgò *Marmora*. *Ioannis* Epiſcopi Præconneſi meminit Socrates hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 35. & *Acacius* Præconneſi legitur inter Suffraganeos Epiſcopos Metropoleωs Cyzici in Conc. Chalcedonenſi act. 16.

CERAMVS Tom. 2. Conciliorum *Timotheus* Ceramensis Episcopus subscripsit eidem epistolæ Synodali.

PARIVM Ptolem. vbi supra adhuc *Pario* dicitur. *Thalassius* Episcopus Parij legitur in Conc. Chalced. inter Suffraganeos Metropolis Cyzicenæ, necnon epistolæ Synodali subscripsit.

THERMÆ Basilicæ Stephano ciuitas Bithyniæ iuxta Prusam, Hellesponti est in Concilio Ephesino, cui *Timotheus* eius Episcopus subscripsit.

PHRYGIA PACATIANA.

LAODICEA sub Lyco, Ptol. lib. 5. c. 2. maxima ciuitas in Notitia Græca sub Constantio edita dicitur, vulgò *Loudichia* & Turcis *Noue Lesche*, teste Leunclauio. Ex eius Episcopis *Nunechius* Laodiceæ Metropolis Phrygiæ Pacat. subscripsit Concilio Chalcedonensi, & *Ioannes* Constantinopol. generali quinto.

TIBERIOPOLIS Ptolem. ibid. *Silas* huius episcopus subscripsit quintæ Synodo generali.

ASANA vel Azani Ptolem. ibidem. In Notitia sub Laodicea est, sed ob magnam distantiam mihi dubium. *Pistichus* Azanensis Phrygiæ Episcopus subscripsit Concilio Nicæno primo, & *Pelagius* Synodo generali quintæ.

ITOANA quæ & Ptolem. ibid. Bitoana. *Eudoxius* Itoanensis Episcopus subscripsit Conc. Romano V. sub Symmacho.

ANCYRA Notitiæ antiquæ, cuius Episcopus *Quiricus* Concilio generali sexto subscripsit.

CIDISSI Ptol. lib. 5. cap. 2. *Heraclius* Cidissorum Episcopus in Concil. Chalced. legitur sub Laodicea.

EGARA Conc. Chalcedonensi sub Laodicea, in quo *Caius* Egarorum Episcopus legitur act. 6.

PELTE Ptolem. ibidem. *Pelti* seu *Felti* dicitur nunc, teste Leunclauio. *Philippus* eius ciuitatis Episcopus legitur act. 6. Concilij Chalcedonensis & *Andreas* subscripsit Concilio Constantinopolitano sub Agapeto & Menna.

APIRA Tom. 1. Concil. *Nectarius* Apirensis Phrygiæ Pacatianæ Episcopus subscripsit Concilio Constantinopolitano primo.

CADI Ptol. ibid. *Daniel* Cadorum Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi. In Notitia sub Laodicea est, quamuis ab ea maximè distet.

TRANOPOLIS Notitiæ antiquæ, quæ Traianopolis est Concilio generali V. cui *Asignius* eius Episcopus subscripsit.

SEBASTA Notitiæ antiquæ, à qua Sebasteni populi in Asia propria Plinio lib. 5. cap. 32. *Modestus* Sebastæ Episcopus Conc. Chalcedonensi subscripsit act. 16.

EVMENIA Ptol. ibid. vulgò *Einalhisar* teste Leunclauio. *Thraseas* huius Episcopus dicitur apud Euseb. lib. 5. hist Ecclesiast. cap. 23. & *Theodorus* Eumeniensis subscripsit Concilio Constantinop. primo.

TREMENITHYRI Notitiæ Græcæ antiquæ. *Matthias* Tremenithyro-

rum Episcopus in Concilio Chalcedonensi legitur act. 6.

ALIONA eidem Notitiæ Græcæ. *Glocus* Alionorum Episcopus Concilio Constantinopolitano generali 5. subscripsit.

TRAPEZOPOLIS Ptolem. lib. 5. cap. 2. Socrates lib. 7. cap. 35. meminit *Hierophili* huius Episcopi, & *Ioannes* subscripsit Concilio Chalced.

SILBIVM Ptolem. ibid. *Eulalius* Episcopus Silbij, aliàs Sibliæ eidem Concilio subscripsit.

ILVZI Concilio Chalcedonensi, in quo *Euagoras* Iluzorum Episcopus in Phrygia Pacatiana legitur.

NEA Plin. lib. 2. cap. 96. *Antiochus* Episcopus Neæ in Phrygia Pacatiana Concilio Chalcedonensi subscripsit.

CHÆRETAPA Tomo primo & secundo Concil. Chæretaporum Episcopi *Theodori* meminit Theodoretus lib. 2. hist. Eccles. cap. 32. & *Siluanus* subscripsit Concilio Ephesino.

COLOSSA Straboni lib. 12. vulgò *Chone*. *Epiphanius* Episcopus Colossæ in Phrygia Pacatiana legitur in Concilio Chalced. act. 6.

SINNAI libro Conciliorum. *Aramius* Sinai Phrygiæ Episcopus sub Laodicea legitur act. 6. Concilij Chalced. sed ob magnam distantiam parum mihi certū videtur: & *Phronymus* in Collatione octaua Synodi 5. generalis.

PHILIPPOPOLIS Concilio Chalcedonensi sub Laodicea. *Tatianus* Philippopolis in Phrygia Pacatiana Episcopus in eodem Concilio legitur.

THEMISONIVM Ptolem. ibid. *Matthias* Themisonij Antistes Concilio Romano 5. sub Symmacho interfuit.

SANIS Ptolem. ibid. *Flaccus* Sanensis Episcopus Concilio Nicæno subscripsit.

ACMONIA Ptolem. ibidem. *Gennadius* Acmoneorum Antistes in Phrygia Pacatiana Concilio Chalcedonensi subscripsit.

THEODOSIOPOLIS libro Conciliorum. *Thomas* huius Episcopus in Phrygia Pacatiana subscripsit Concilio Chalcedonensi, & *Dominicus* Concilio Constantinop. sub Agapeto & Menna ex eadem Phrygia dicitur.

BLEANDRVS Ptolem. ibidem. *Elias* Episcopus Bleandri subscripsit Concilio Chalcedonensi.

ATHANASSVS Concilio Chalcedonensi Græco, & Notitiæ Græcæ. *Philadelphius* Athanassi Episcopus in Phrygia Pacatiana in eodem Concilio Chalcedonensi legitur.

PHRYGIA PACATIANA ALTERA.

HIERAPOLIS altera Phrygiæ Pacatianæ Metropolis, saltem quoad honorem sex primis sæculis, vt ex Concilio generali quinto discere est, in quo *Auxanon* Hierapolitanorum Metropoleos Episcopus dicitur. Suffraganeas quasdam sedes ei assignat Notitia antiqua Græca: sed quod per ea tempora ita fuerit, res mihi ex hoc non parum dubia, quod in Concilio Chalcedonensi duæ solummodo sint Phrygiarum Metropoles, nempe Synnada & Laodicea: & Attudi ciuitas in ea Hierapolis Suffraganea, subdatur Laodiceæ act. 6. eiusdem Concilij. Imo in Notitijs Græcis, quas ad calcē hu-

ius operis dabimus, ipsa Hierapolis sub Laodicæa est. Scio in harum recentiori, sedes mox subijciendas ei pro Suffraganeis, adscribi, sed paragraphum, hanc nouam Prouinciam Pacatianam complectentem, posterioribus sæculis additum fuisse Notitiæ iam conditæ ex hoc conijcio, quod in eadem Notitia Hierapolis sub Synnada reperiatur. Ex eius Episcopis *Flaccus* Concilio Nicæno subscripsit, & *Abercius* Chalcedonensi. Quidquid sit, has ei Sedes cum dicta Notitia assignabimus.

DIONYSIOPOLIS dictæ Notitiæ antiquæ, & Concilio Chalcedonensi. *Alexander* Dionysij ciuitatis Episcopus Concilio generali quinto subscripsit inter Episcopos Phrygiæ Pacatianæ.

ANASTASIOPOLIS eidem Notitiæ. *Hieron* huius ciuitatis Episcopus ex Phrygia nuncupatur in Concilio generali quinto.

MOSYNVS dictæ Notitiæ. *Gennadius* Mosynorum Episcopus Concilio Chalcedonensi subscripsit.

ATTVDI libro Concil. sub Laodicæa, & Notitiæ antiquæ Græcæ sub Hierapoli. *Symmachus* Attudorũ in act. 6. Concilij Chalcedonensis legitur.

PROVINCIA PHRYGIÆ SALVTARIS.

SYNNADA Ptol. lib. 5. cap. 2. vulgò etiam *Sinada*. *Theodosij*, & *Agapeti* huius ciuitatis Episcoporum meminit Socrates lib. 7. hist. Eccles. cap. 3. *Procopius* eius etiam Antistes subscripsit Conc. Nicæno primo, & *Seuerus* Synnadensium Metropolita dicitur in Collat. 8. Synodi Constantinopolit. generalis quintæ.

DORYLÆVM Ptol. ibid. vulgò *Tzadurile* teste Leunclauio. *Eusebium* Dorylæi Episcopum habet Euagrius libro primo historiæ Ecclesiasticæ cap. 9. & *Athenodorus* subscripsit Concilio Nicæno primo, necnon *Eusebius* Chalcedonensi.

POLYBOTVS Phrygiæ ciuitas Concilio Chalced. cui *Strategius* eius Episcopus subscripsit.

NACOLIA Ptol. ibid. vulgò *Einagiul* dicitur Turcis, teste Leuncl. *Basilius* Nacoliæ Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi.

MIDAIVM Ptol. ibid. vulgò *Midelli* teste Theueto: Ex eius Episcopis, *Epiphanius* subscripsit Conc. Chalced. necnon *Ioannes* Constantinopol. sub Apapeto & Menna.

HIPSVS dictæ Notitiæ antiquæ, Turcis *Vpsu* vulgò dicitur. *Lucianus* Ipsensis Phrygiæ Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi.

PRYMNESIA Ptolem. ibid. *Vitus* huius Episcopus in Phrygia subscripsit Concilio Constantinop. 1. & *Macharius* quintæ Synodo generali.

MYRVM eidem Notitiæ. *Megalus* Myrenorum Episcopus subscripsit Concilio quinto generali.

EVCHARPIA Ptolem. ibid. & eidem Notitiæ. *Eugenius* Episcopus Eucarpiæ in Phrygia subscripsit Concilio Nicæno, & *Auxamanus* Constantinopolitano primo.

LYSIAS Ptolem. ibid. & eidem Notitiæ. *Philippus* Lysiadis Episcopus Conc. Chalced. subscripsit, & *Theogenes* Conciliabulo Sardicæ.

AVGVSTOPOLIS Suidæ, & Notitiæ. *Ioannes* Augustopolis Episcopus Concilio Ephesino subscripsit.

BRYSVM Notitiæ: cuius Incolæ Bryzeni dicti. *Otræus* Episcopus Bryzenorum Conc. Chalced. subscripsit.

OTRVM, vel Otrya Plutarcho in Lucullo. *Basilius* Otri Episcopus in Concilio Chalcedonensi legitur.

STECTORIVM dictæ Notitiæ antiquæ, Estorium est Ptolemæo vbi supra in quibusdam exemplaribus. *Paulus* Stectorij Episcopus Conc. Constantinopolitano generali quinto subscripsit.

CINABORIVM dictæ Notitiæ antiquæ. *Otreius* huius ciuitatis Episcopus legitur in Concilio Chalcedonensi sub Marimano Metropolita Synadorum.

AMADASSA libro Conciliorum, cuius Episcopus *Paulus* in act. 6. Conc. Chalced. legitur, & *Leontius* Amadessenorum ciuitatis Episcopus Conc. Constant. generali quinto subscripsit.

COTYAIVM Ptol. lib. 5. cap 2. vulgò *Cutaie* Leunclauio. *Eusebius* Episcopus Cotyaij Concilio Romano V. sub Symmacho subscripsit.

PRÆPENISSVS Phrygiæ maioris vrbs est Ptolemæo vbi supra, alijs Præpenessus dicitur. *Auxanon* Episcopus Præpenissi Concilio Calcedonensi subscripsit.

DOCIMÆVM Ptol. ibid. vulgò *Docymi*. *Eustochius* Docimij Phrygiæ Episcopus eidem Concilio subscripsit.

AMORIVM Ptolem. lib. 5. cap. 2. *Ablauius* Amorij Episcopus Concilio Ephesino subscripsit, & *Mysterius* Chalcedonensi. Ex Pisidia dicitur in Concilio Nicæno: sed mendum in Concilij subscriptiones irrepsisse ex eius situ clarè dignoscitur, cùm Galatiæ vicinum sit, & nouæ Galatiæ Metropolis dicatur in Notitia antiqua Græca. Ad hunc tamen honorem nonnisi post sex prima sæcula euectum fuisse certò arbitror, cum eius Episcopi Metropolitarum nomen & ordinem non sumant, nisi in Conc. generali VI. Incertus Ptolemæum sequor apud quem Phrygiæ est.

LYDIA.

SARDIS Ioanni Apost. Apocalypsis cap. 3. & Ptol. lib. 5. cap. 2. vulgò *Sardia*. *Melito* huius Episcopus dicitur apud Euseb. lib. 4. hist. Eccles. c. 12. *Eortasius* apud Sozom. lib. 4. cap. 23. & *Florentius* apud Euagrium lib. 3. cap. 18. qui sic Concilio Chalcedonensi subscripsit: *Florentius* Metropol. Sardium, vt & *Iulianus* Constantinopolitano generali V.

PHILADELPHIA Ptol. ibid. etiam hodie *Philadelphia* vocatur. *Theodosius* huius Episcopus est apud Socratem hist. Eccles. lib. 2. cap. 32. *Ethymasius* Philadelphiæ Lydiæ Episcopus subscripsit Concilio Nicæno I. & *Asianus* epist. Synodicæ Lydiæ ad Leonem Imperatorem.

TRIPOLIS Ptol. ibid. *Leontij* Tripolitani Episcopi meminit Socrates ibidem. *Agogius* Tripolis Lydiæ Episcopus suscripsit Concilio Nicæno primo, *Paulus* Concilio Chalcedonensi act. 1. & *Joannes* dictæ epistolæ Synodali.

THYATYRA Notitiæ antiquæ, vulgò *Tyre* teste Leuncl. Ex eius Episcopis *Sorzon* subscripsit Concilio Nicæno I. & *Diamonius* Thyateranus Synodali epistolæ.

SEPTE Ptol. vbi supra, sed libro Conciliorum Secto. *Iamachius* Sectorum Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi, & *Ioannes* Sectorum in Lydia Const. gener. 6.

GORDVS, quæ posteà Iuliopolis Strab. lib. 12. *Ioannis* huius Episcopi meminit Socrat. lib. 7. hist. Ecclesiast. cap. 35. & *Theodotus* Gordi Lydiæ Episcopus subscripsit epistolæ Synodicæ huius prouinciæ ad Leonem Imperatorem.

TRALLIS Notitiæ antiquæ, *Chora* Nigro. *Uranius* Trallenorum Episcopus in Lydia Constantinop. generali quinto Concilio subscripsit.

SILANDVS ejdem Notitiæ Græcæ. *Alcimedes* Silandi Lydiæ Episcopus subscripsit Concilio Chalced.

MÆONIA eidem Notitiæ. *Joannes* Mæoniæ Episcopus subscripsit epistolæ Synodali huius prouinciæ.

APPOLLINIS-FANVM Scylaci in Periplo. *Leucio* Fani-Apollinis Episcopus subscripsit Concilio Chalcedon. qui & *Lucius* dicitur in epistola Synodali huius prouinciæ, cui subscripsit.

MOSTENA Mosteni Ptol. lib. 5. cap. 2. Ex eius Episcopis *Iulianus* epist. Synodali huius prouinciæ ad Leonem subscripsit.

APOLLONIA Ptol. ibid. vulgò *Lupadi. Cyriacus* Apolloniadis Episcopus subscripsit eidem epistolæ Synodali.

ATTALIA Stephano, Turcis *Attali* teste Leunclauio. Ex eius Episcopis *Dionysius* Concilio Chalcedonensi, necnon epistolæ Synodali huius prouinciæ subscripsit.

BANA dictæ Notitiæ antiquæ, & Beana epistolæ Synodicæ Lydiæ ad Leonem, cui *Leonides* huius ciuitatis Antistes subscripsit.

BALANDVS eidem Notitiæ, & Blandus Straboni versus Lydiam lib. 12. *Onesiphorus* Episcopus Blandi subscripsit eidem epistolæ Synodali.

HIEROCÆSAREA Ptolem. ibidem. *Cosinius* huius Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi.

ACRASSVS Notitiæ antiquæ, Nacrasa forte Ptol. ibid. *Patricius* Acrassi Episcopus subscripsit eidem Concilio Chalcedonensi.

DALDVS, Daldis Suidæ in voce Artemidorus, qui hanc *Myssen* ab Incolis dictam scripsit: Dadales Ptolem. ibid. *Paulus* Episcopus Daldi subscripsit epistolæ Synodali huius prouinciæ.

STRATONICIA dictæ Notitiæ. Ex eius Episcopis *Eutherius* subscripsit Concilio Ephesino, & *Gemellus* Concilio Chalced. necnon epistolæ Synodali huius prouinciæ.

SATALA eidem Notitiæ antiquæ Græcæ. *Iulianus* huius Episcopus subscripsit eidem epistolæ Synodali.

GABALA eidem Notitiæ. *Polycarpus* Gabalorum Episcopus subscripsit Conc. Chalced. & eidem epistolæ Synodali.

HERACLEA Ptol. vbi suprà. *Ioannes* Episcopus Heraclidis subscripsit epist. Synod. huius prouinciæ.

AREOPOLIS eidem epistolæ Synod. cui *Rufinus* huius Episcopus subscripsit: sed forte legendum Aureliopolis vt in Notitia Græca, cum *Theodorus* Aureliopolis Lydiæ subscripserit Conc. Constantinop. generali sexto.

HELLENE Epistolæ Synodali huius prouinciæ, cui *Anatolius* Hellenorum Episcopus subscripsit.

Præter dictos Antistites, leguntur *Heraclidianus* Senus, & *Marcus* Standitanus Episcopi, qui epistolæ Synodali huius prouinciæ ad Leonem subscripserunt, sed à quibus ciuitatibus vix conijci potest: nisi dicas Heraclidianum Senorum legi pro Settorum vrbe Lydiæ.

PROVINCIA CARIÆ.

APHRODISIAS Ptolem. lib. 5. cap. 2. antiqua Metropolis Cariæ libro Conciliorum, vulgò *Apodisia*. Ex eius Episcopis *Ammonius* subscripsit Conc. Nicæno primo, *Cyrus* Ephesino, & *Critonianus*, qui dicitur Aphrodisiadis Metrop. Cariæ, Chalcedonensi.

STAVROPOLIS Notitiæ antiquæ Græcæ Cariæ Metropolis, eadem multis ac Tauropolis, quæ Stephano vrbs Cariæ est, vulgò *S. Croce* dicitur Italis. Sed ante *Stronium* Stauropolis Metropolis Episcopum, qui Concilio Constantinopol. generali VI subscripsit, non legi.

CYBIRA vrbs Cariæ eidem Notitiæ. *Leodius* Cybiritanus Cariæ Conc. Nicæno subscripsit.

HERACLEA SALBACI Notitiæ eidem & Ptol. vbi suprà. *Menander* huius Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi.

APOLLONIAS eidem Notitiæ & Ptolem. ibid. *Tynchanius* Apolloniadis Cariæ Episcopus subscripsit eidem Conc. Chalced.

HERACLEA LATMI eidem Notitiæ & Ptol. ibid. vulgò *Palatia* teste Molano. *Dionysius* huius Episcopus subscripsit Conc. Chalced.

TABÆ vrbs Cariæ eid. Not. Stephano in Lydia est. *Rufinus* Taborũ Episcopus subscripsit Conc. Ephesino, necnõ *Seuerus* Synodo quintæ generali.

ANTIOCHIA Mæandri eidem Notitiæ & Ptolem. ibidem. *Eusebius* Conc. Nicæno primo subscripsit, & *Dionysius* Antiochiæ Cariæ Chalcedon.

HARPASA eidem Notitiæ & Ptol. ibid. *Phanias* Harpasorum Episcopus subscripsit Conc. Ephesino.

NEAPOLIS eidem Notitiæ & Ptolem. ibid. *Bassonas* Neapolis in Caria Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi.

ORTHOSIAS eidem Notit. & Ptol. ibid. *Diogenes* Orthosiæ Cariæ Episcopus subscripsit eidem Concilio.

ALABANDA eidem Notitiæ & Ptol. ib *Eblebanda* hodie dicitur Turcis, teste Leunclauio. *Theodoriti* huius Episcopi subscriptio legitur in eodem Concilio.

STRATONICE eidem Notitiæ & Ptol. ibid. *Eupithius* Stratonicæ Cariæ Episcopus subscripsit Conc. Chalced.

ALINDA eidem Notitiæ & Ptol. ibid. Ex eius Episcopis *Promachius* subscripsit Concilio Ephesino, & *Ioannes* Chalcedonensi.

AMYZON Ptol. lib. 5. cap. 2. quæ Meizo eidem Notitiæ, vulgò *Amuzo*, at *Mezo* Curopalati dicitur. *Philetus* huius Episcopus subscripsit Concilio Ephesino, & *Ioannes* Amizonis Cariæ Chalcedonensi.

IASSVS eidem Notitiæ & Ptol. ibid. S. *Pietro* quibusdam vulgò dicitur. *Themistius* Iassi Episcopus subscripsit Concilio Ephesino.

BARGYLA Plinio lib. 5. cap. 29. Bargylia Ptol. ibid. quæ Barbyla eidem Notitiæ. *Dardanius* Bargylæ Episcopus subscripsit Conc. Chalc.

ALICARNASSVS eidem Notitiæ & Ptol. ibid. vbi olim Zephyra dicta scribitur, vulgò *Messi* Sophiano, & Nigro *Castel di* S. *Pietro*. *Iulianus* eius Episcopus dicitur apud Theodor. Lector. lib. 2. Collectan. & *Calandion* subscripsit Conc. Chalcedon.

LORYMA Ptol. ibid. mendosè Larima eidem Notitiæ, vulgò dicitur *Maxi* teste Nigro. *Georgius* Episcopus Lorymorum in Caria Concilio Constantinop. generali sexto subscripsit.

GNIDVS Ptolem. ibid. & Cnidus eidem Notitiæ, vulgò *Capo Chio* teste Sophiano, & alijs *Stadia*. *Ioannes* Gnidi Cariæ Episcopus subscripsit Concilio Chalced. necnon *Euander* Synodo quintæ generali.

MYNDVS eidem Notitiæ & Ptol. ibid. vulgò *Mentese* Leunclauio. Ex eius Episcopis *Archelaus* subscripsit Concilio Ephesino, & *Alphius* Chalcedonensi.

CERAMVS eidem Notitiæ, & Ptolem. ibidem. *Spudasius* Ceramensis Episcopus subscripsit Concilio Ephesino.

ANASTASIOPOLIS libro Conciliorum. *Elpidophorus* Anastasiopolis Cariæ Episcopus subscripsit quintæ Synodo generali.

ERISI vel Eriza Liuio lib. 36. vrbs est in Caria, vt putat Ortelius. *Papias* Erisorum Episcopus Concilio Chalcedon. subscripsit.

MILETVS Ptol. vulgò *Melaxo* dicitur, teste Molano & alijs. Ex eius Episcopis *Eusebius* subscripsit Conc. Nicæno primo.

PROVINCIA CYCLADVM INSVLARVM.

RHODVS Notitiæ antiquæ Græcæ & Ptolem. lib. 5. cap. 2. *Euphrosynus* Rhodiensis Antistes subscripsit Concilio Nicæno, *Ioannes* Rhodi Insulæ Metropolitanus legitur in Concilio Chalcedonensi, & *Esaias* in Relatione Synodi Constantinop. sub Hormisda.

SAMOS Ptol. ibidem, vulgò *Samo*. *Isidorus* Episcopus Sami in Insulis Cycladibus est in Concilio Chalcedonensi.

CHIOS Ptol. ibid. & lib. 3. cap. 15. vulgò *Scio*. *Triphon* Episcopus Chij in Insulis Cycladibus legitur in eodem Chalcedonensi Concilio.

COS vel COOS Ptol. ibid. & lib. 3. cap. 15. vulgò *Lango*. *Meliphron* Episcopus Coo in Insulis Cycladibus Concilio Nicæno subscripsit, & *Iulianus* epistolam scripsit ad Leonem Imperatorem, quæ extat parte 3. Concilij Chalcedonensis.

NAXVS Ptol lib. 3 cap. 15. & Naxia dictæ Notitiæ Græcæ. *Paulus* Episcopus Naxiæ in Insulis Cycladibus Concilio Constantinopolitano sub Agapeto & Menna subscripsit.

PAROS Ptol. ibid. vulgò *Pario*. *Athanasius* Episcopus Pari in Insulis cladibus Concilio Ephesino subscripsit, & *Theodorus* Constantinopolitano sub Agapeto & Menna.

THERA dictæ Notitiæ & Straboni vbi supra, quæ & Therasia dicitur alijs, vulgò *Santorius* Sophiano. *Dioscorus* Therasiæ Episcopus Sardicensi Concilio subscripsit, & *Gregorius* Episcopus Theræ in Insulis Cycladibus Concilio Constantinopolitano gener. sexto.

DELOS Insula & ciuitas Ptolem. ibidem. *Sabinus* Episcopus Deli subscripsit Concilio Chalcedonensi.

TENVS Ptol. ibid. vulgò *Tina*. *Ecdicius* Episcopus Teni Insulæ in Conc. Constantinopolitano quinto legitur.

MELOS eidem Notitiæ, & Ptol. lib. 3. cap. 17. vulgò *Malo*. *Butichius* Episcopus Meli in Conc. Constantinopol. sexto reperitur

CARPATHVS Straboni libro decimo, *Scarpanto* vulgo. *Zoticus* Episcopus Carpathi Insulæ Concilio Constantinopolitano sub Hormisda subscripsit.

LESBVS INSVLA.

MYTILENE Ptol. lib. 5. cap. 2. vulgò *Metelin*. *Euagrius* Mytilenes Insulæ Episcopus dicitur apud Socratem lib. 2. hist. Eccles. cap. 22. & *Zacharias* Mytilenensis Metropolita in Concilio Constantinop. sub Agapeto & Menna.

METYMNA Ptol. ibid. vrbs Lesbi. *Christodorus* Metymnensis subscripsit Relationi Concilij Constantinop. ad Hormisdam.

TENEDOS Ptolem. vbi suprà. *Dioscorus* ab Asia de Tenedo Insula Episcopus dicitur in subscriptionibus Concilij Sardicensis.

PROSELENE Ptolem. ibid. *Florentius* dicitur Episcopus Lesbi, Tenedi, Proselenes, & Ægialorum in Concilio Chalcedonensi act. 16. cui per Euelpistum Chorepiscopum suum subscripsit.

PROVINCIA LICIÆ.

MYRA Notitiæ, Myrra Ptol. lib. 5. cap. 3. vulgò *Strumica*. *Romanus* Myrensis Lyciæ Metropolita legitur in Concilio Chalcedonensi, & *Petrus* Epistolæ Synodali huius Prouinciæ ad Leonem Imperatorem subscripsit, in qua dicitur Episcopus Metropolis Myrenæ.

MASTAVRA Notitijs antiq. Lyciæ vrbs à Mastaura Asiæ diuersa. *Theodosius* Mestaurorum Episc. qui Ephesino Conc. subscripsit ex ea forsan erat.

TELMISSVS quæ & Anastasiopolis eid. Not. & Strab. vbi supra. Telmessus Ptol. lib. 5. cap. 3. *Zenodotus* Telmissæ & longæ Insulæ Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi.

LIMYRA eid. Not. & Ptol. ibid. *Maxi* vulgò dicitur quibusdam. *Stephanus* eius Episcopus supradictæ epistolæ Synodali subscripsit.

ARAXA eid. Not. & Ptol. ibid. *Leontius* Araxenus Concil. Chalced. & eidem epistolæ Synodali subscripsit.

PODALÆA Ptol. ibid. Podalia Notitijs antiquis. *Aquilinus* Padullenus, pro Podalenus, epistolæ Synodali huius Prouinciæ subscripsit.

SIDYMA Ptol. ibid. *Hypatius* Sidymensis Episcopus subscripsit epistolæ Synodali huius Prouinciæ ad Leonem Imperatorem.

OLYMPVS Notitiæ dictę & Ptol. ibid. *Methodij* huius Episcopi meminit Socrates lib. 6. hist. Eccles. cap. 12. & *Anatolius* subscripsit eidem epistolæ Synodali.

ZENOPOLIS Notitiæ eidem & Constant. Porphyrogennetæ. *Gennadius* Zenopolis qui Pamphyliæ dicitur Episcopus subscripsit quintæ Synodo generali inter Episcopos Lyciæ.

TLOS Ptol. ibid. *Andreas* Tloæorum Episcopus subscripsit Concil. Chalced. & Epistolæ Synodali huius Prouinciæ.

CORYDALLA dictæ Not. & Ptol. ibidem. *Solon* huius Episcopus subscriptus legitur actibus Conc. Chalced. & *Palladius* epistolæ Synod. huius Prouinciæ subscripsit.

CAVNVS Ptol. ibidem, quæ & Acaleia dicitur in Notitia antiqua Græca. *Antipater* Cauni in Lycia Episcopus subscripsit Conc. Chalced. & *Eudoxius* Episcopus Acalandenus, epist. Synod. huius Prouinciæ; nisi dicas in eadem Epistola *Nicolaum* Gaunenum scribi pro Caunenum.

ACRASSVS eid. Notitiæ. *Patricius* eius Episcopus subscripsit Concilio Chalced. & *Nicolaus* epist. Synod. huius prouinciæ.

XANTHVS Not. eidem, & Strab. lib. 14. *Athanasius* Xanti Episcopus epist. Synod. huius prouinciæ ad Leonem subscripsit.

MARCIANA Not. eid. & Leuncl. *Marcianus* Marcianæ ciuitatis prouinciæ Lyciæ Episcopus subscripsit relationi Synodi Constantinopolitanæ de ordinatione Epiphanij ad Hormisdam Papam, quæ inter eius epistolas reperitur.

CHOMA eidem Not & Ptolem. vbi suprà, vulgò *Com*, ex recenti Tabula Geograph. *Eudoxius* Chomatenus Episcopus subscripsit epistolæ Synod. huius prouinciæ ad Leonem Imperatorem.

PHELLVS eidem Notitiæ & Ptol. ibid. *Philippus* Phelli Episcopus subscripsit Constantinop. Concilio generali quinto.

ANTIPHELLVS eid. Not. & Ptol. ibid. *Antiphello* etiam vulgò dicitur. *Theodorus* eius Episcopus subscripsit Concilio Chalced. & epistolæ Synod. huius Prouinciæ.

PHASELIS eidem Not. & Ptol. ibid. vulgò *Fionda*, teste Molano. *Fronto* huius Episcopus subscripsit Conc. Chalcedonensi, & *Aristodemus* Phaselitanus Antistes eidem epistolæ Synodali.

AVCANDA Notitiæ antiquæ Græcæ, vel Ascanda Tom. 2. Concil. Eadem vt puto cum Ascandali oppido in Lycia, cuius meminit Plinius lib. 5. cap. 27. Epist. Synod. Lyciæ ad Leonem Imperat. habet *Pannitium* Episcopum Ascandenum.

EVDOCIAS Notitiæ eid. & Leunclauio. *Aquilius* Eudoxiadis Episc. qui Conc. Romano sexto sub Symmacho subscripsit, huius forsan Antistes erat.

PATARA eidem Notitiæ & Ptol. ibid. vulgò *Patera*. Ex eius Episcopis

Eudemus ſubſcripſit Concilio Nicæno, & *Cyrinus* epiſtolæ Synodali huius prouinciæ.

NESVS eidem Notitiæ, Nyſa Ptol. ibidem. *Heliodorus* Naſaniis pro Neſenſis, vt reor, Epiſcopus ſubſcripſit dictæ epiſtolæ Synodali.

BALBVRA Ptol. ibid. vulgò *Caraburun* teſte Leuncl. *Nicolaus* Balburenſis Epiſcopus ſubſcripſit eidem epiſtolæ Synodali.

OENEANDA Ptolem. ibid. & Plin. lib. 5. cap. 27. & Oenanda Notitiæ antiquæ. *Cyrinus* Oeneandenus Antiſtes eidem epiſtolæ Synodali huius prouinciæ ſubſcripſit.

BVBON Ptol. ibid. quæ & Sophianopolis eidem Notitiæ *Romanus* Buboneorum in Lycia Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Chalcedonenſi, qui, vt arbitror, dicitur Bunenſis ciuitatis in epiſt. Synodali ad Leonem

CALINDA Ptol. ibid. *Leontius* Calindenus Epiſcopus ſubſcripſit eidem epiſtolæ Synodali ad Leonem.

RHODIA Ptolem. ibidem, quæ Rhodopolis dicitur in eadem Notitia. *Agapius* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Myrenſi, vbi dicitur Rhodi.

PAMPHYLIA.

SIDA Scyllaci in Periplo, & Ptolemæo lib. 5. cap. 5. vulgo *Chiriſonda* teſte Nigro, *Scandalor* Molano. *Joannis* huius Epiſcopi meminit Socrat. hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 27. & Euagrius *Amphilochij* lib. 2. cap. 10. *Amphilochius* autem Sydæ Metropolis Pamphyliæ Epiſcopus dicitur in Concilio Chalced. necnon *Petrus* Sydetanorum Metropolita in Collatione 8. Synodi Conſtantinopol. generalis quintæ.

ASPENDVS Ptolem. vbi ſuprà. Ex eius Epiſcopis *Domnus* ſubſcripſit Conc. Nicæno, & *Tribonianus* Epheſino.

ETENE Notitiæ antiquæ Græcæ. *Eutropius* huius Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Epheſino, & *Eudoxius* Chalcedonenſi.

ERYMNE Notitiæ antiquæ Græcæ. *Theodorus* Erumnenſium Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Conſtantinopolitano generali ſexto.

CASSVS eidem Notitiæ, Caſſæ Ptol. ibid. *Tueſianus* Caſſonenſis Pamphyliæ Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Conſtantinopolitano primo.

SEMNEVM Notitiæ eidem. Semneatanorum ciuitatis Epiſcopus *Conon* dicitur in Concilio quinto generali.

CARALLVS Notitiæ antiquæ Græcæ in Pamphylia, alijs Carallia. *Solon* Caralliæ Epiſcopus ſubſcripſit Concil. Epheſino.

CORACESIVM Ptolem. ibid. vulgò *Scandalor* Nigro eſt. Ex eius Epiſcopis *Theodulus* ſubſcripſit Concilio Conſtantinop. primo, & *Matidianus* Epheſino.

SYEDRA Ptol. ibid. non Syethra vt in Notitia antiqua alijs Syſdra. *Stratonicus* Syſdrorum ciuitatis Epiſcopus Concilio Conſtantinop. ſub Agapeto & Menna interfuit.

LYRBÆ Notitiæ & Ptol. ibid. *Caius* huius ciuitatis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Conſtantinopolitano primo, & *Taurianus* Epheſino.

COLIBRASSVS Notitiæ, Colobraſſus Ptolem. ibid. *Neſius* Epiſcopus

Colobrassi subscripsit Conc. Ephes. & *Longinus* Colobrassensis Constantinop. primo.

SELGA Strab. lib. 12. Selgæ Ptolem. ibid. nunc *Philadelphia* dicitur teste Nigro. *Nunechius* Selgæ Episcopus Concilio Ephesino interfuit. Quibusdam in Pisidia vicina Pamphyliæ est, sed Notitiæ antiquæ est in Pamphylia.

PAMPHYLIA ALTERA.

PERGÆ Ptol. lib. 5. cap. 5. vulgò *Pirgi* Sophiano. *Ioviani* huius Ciuitatis Episcopi meminit Theodoretus lib. 4. Hist. Eccles. cap. 14. & *Epiphanius* Pergæ Metropolis Pamphyliæ Episcopus est in Concilio Chalced. necnon *Hilarianus* in Constantinop. sub Agapeto & Menna.

TERMESSVS Ptolem. ibid. vulgo *Termes*. Ex eius Episcopis *Euresius* subscripsit Conc. Nicæno primo, & *Auxentius* Termissæ epist. Synod. huius prouinciæ ad Leonem Imperatorem.

EVDOXIAS Notitiæ antiquæ Termessi & Eudociadis Episcopus *Timotheus* subscripsit Concilio Ephesino act. 6. necnon *Innocentius* Pamphyliæ Eudoxianæ epist. Synod. huius prouinciæ.

MAXIMIANOPOLIS Notitiæ & Synodo Nicænæ primæ, in qua *Patricius* Episcopus Maximinopolitanus Pamphyliæ habetur, & *Theosebius* Maximinianopolis eidem Synodali epistolæ subscripsit.

PALÆOPOLIS eidem Notit. *Porphyrius* Palæopoleos Episcopus subscripsit eidem epist. Synodali huius Prouinciæ ad Leonem Imperatorem.

PENTENESVS libr. Conc. Pednelissus Ptol. ibid. *Midus* Pentenesensis Pamphyliæ Episcopus subscripsit Concilio Constantinop. primo.

DICIOZANABRVS eidem Notitiæ, dicitur Zenopolis Constantino Porphyrogennetæ. *Gennadius* eius Episcopus Synodo Constantinop. generali quintæ interfuit.

ARIASSVS Ptol. ibid. Ex eius Episcopis *Pammenius* subscripsit Concilio Constantinop. primo, & *Ioannes* epistolæ Synodali huius prouinciæ ad Leonem Imperatorem.

PVGLA, Pogla Ptol. ibid. *Paulus* eius Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi, & epistolæ Synodali huius prouinciæ ad Leonem.

ADRIANA eidem Notitiæ. *Miccus* Adrianopolis Pamphyliæ Episcopus subscripsit eidem epistolæ Synodali ad Leonem.

ATTALIA Ptol. ibid. vulgò *Satalia* Sophiano. *Theodorus* Attaliæ Episcopus Conc. Ephes. subscripsit, & *Ioannes* Synodo Constantinopolitanæ sub Hormisda.

MAGIDIS Ptol. ibid. *Aphrodisius* huius Episcopus subscripsit Conc. Nicæno primo, & *Conon* Collat. 8. quintæ Synodi generalis.

OLBIA Ptolem. ibid. Huius Episcopus *Diapherentius* subscripsit Concilio Chalcedonensi.

CORBASA Ptol. ibid. *Triphon* Corbaseus Pamphyliæ Episcopus subscripsit Concilio Constantinopolitano sub Agapeto & Menna.

LYSINIA Ptolem. vbi supra. *Diodotus* Lysinensis Episcopus subscripsit dictæ Epistolæ Synod. ad Leonem.

CORDYLVS, Stephano Pamphyliæ vrbs, *Marus* Cordylorum Antistes est in Concilio Chalcedonensi.

LAGANIA eidem Notitiæ. *Euphrasius* Laganiæ Episcopus eidem Concilio subscripsit.

PANEMOTICVS Notitiæ antiquæ Hieroclis. *Hierius* Panemotici Antistes legitur in Conc. Chalcedonensi.

GEONE Tomo primo Conciliorum forte Conane Ptolem. ibid. *Troilus* Geonensis Episc. Conc. Constantinop. 1. subscripsit.

COMMACVM Ptol. ibid. *Hesychius* huius Episcopus subscripsit. Conc. Constantinop. 1. Et *Ephesius*, epistolæ Synodali huius prouinciæ ad Leonem Imperat. vbi mendosè, vt reor, legitur Comanenus pro Commacenus, legitur tamē Comana in Notitia antiqua, sed mēdosè puto pro Conana.

SILVIVM Siluum Ptol. ibid *Theodulus* Siluiensis Pamphyliæ Episcopus subscripsit eidem Concilio.

PISINDA Ptol. ibid. *Epidaurus* Pisidensis Pamphyliæ Episcopus subscripsit Conc. Ancyrano primo. An eadem cum Isindo Notitiæ antiquæ sit, tu videris.

TALBONDA Ptol. ibid. *Polæmon* huius Episcopus subscripsit epist. Synod. ad Leonem Imper. vbi, vt opinor, mendosè legitur Tebennorum pro Talbondanorum.

VNZELA Ptol. ibid. *Theodorus* Vnzelæ Episcopus legitur in subscriptionibus Concilij Nicæni primi, vbi ex Pisidia dicitur, quæ contermina est Pamphyliæ, sed cum in Pamphylia sit apud Ptolemæum, nec adeo certa sit distributio subscriptionum per Prouincias in hoc Concilio, eam haud dubitantes in hac constituimus.

Subscripserunt etiam Epistolæ Synodicæ huius prouinciæ ad Leonem *Neon* Gilsatenus, & *Martinus* Pellensis, quorum vrbes non reperi apud Geographos in Pamphylia.

PISIDIA.

ANTIOCHIA Notitiæ antiquæ Græcæ, & Ptol. lib. 5. cap. 4. vulgò *Versacgeli* dicitur Turcis. *Optimi* huius Episcopi meminit Socrates lib. 5. hist. Eccles. cap. 8. *Pergamius* Metropolis Antiochiæ Pisidiæ legitur in subscriptionibus Concilij Chalcedonēsis, & *Theodorus* in Collat. 8. Synod. 5. generalis.

SAGALASSVS Notitiæ antiq. & Ptol. lib. 5. cap. 3. *Ionius* Sagalassensis Constantinop. 1. Conc. subscripsit, & *Fonteianus* Chalced. Ptol. in Lycia est, sed ex Notitia in Pisidia.

SOZOPOLIS Notitiæ eidem. *Longiani* Sozopolis Episcopi subscriptio est in Conc. Constant. primo, & *Politianus* Sozopolitanus in epistola Synodica ad Leonem Imperatorem.

APAMEA Cibotis Ptol. lib. 5. cap. 2. & dictæ Notitiæ. *Tarsitius* Apame-

nus Concilio Nicæno primo ſubſcripſit, & *Paulinus* epiſt. Synod. ad eundem Imperatorem.

TYTIASSVS Notitiæ antiquæ Piſidiæ Ciuitas. *Heraclides* Tituenſis in Concilio Conſtantinopolitano generali ſecundo legitur pro Tytiaſſenſis, vt reor, eſtque inter Epiſcopos Pamphyliæ Piſidiæ vicinæ.

BARIS Notitiæ, & Ptol. ibid. *Heraclius* Barenſis ex Piſidia Conc. Nicæno primo interfuit.

ADRIANOPOLIS Notitiæ eidem. *Themiſtius* huius Antiſtes in Piſidia Conc. Conſtantinop. primo ſubſcripſit, & *Florentius* Adrianopolitanus epiſtolæ Synodali ad Leonem Imperatorem.

LIMENOPOLIS libro Concil. Limenis dictæ Notitiæ. *Caſtinus* Limenopoleos eidem Epiſtolæ Synodali ad Leonem Imperatorem ſubſcriptus legitur.

LAODICEA Combuſta, Stephano in Galatia, ſed Notitiæ in Piſidia; *Liche* Incolis dicitur teſte Molano. *Meſſalini* huius Laodiceæ, vt reor, Præſulis memoria eſt in Concilio Chalcedonenſi.

SELEVCIA Notitiæ, & Ptolem ibidem. *Eutichius* Seleucienſis Epiſcopus Nicæno Conc. ſubſcripſit, & *Alexander* epiſt. Synod. ad Leonem Imperatorem.

ADADA Notitiæ, & Ptolem. ibid. in Cod. Palatino. *Ananij* Adadenſis meminit Conc. Conſtantinop. primum, & *Eutropij* Adadenorum ciuitatis Epiſcopi eadem epiſt. Synod. ad Leonem.

MALLVS dictæ Notitiæ, Malinopolis libro Conc. cuius Epiſcopus *Attalus* eidem epiſtolæ Synodali ſubſcripſit.

SINIANDVS dictæ Notitiæ. *Eugenius* Synnadorum pro Siniandorum Antiſtes legitur ſubſcriptus Synodicæ epiſtolæ ad Leonem Imperatorem.

METROPOLIS Notitiæ & Ptolem. lib. 5. cap. 2. *Euſthatius* eius ciuitatis Præſul ſubſcripſit Conc. Conſtantinopol primo, & *Minophilus* Metropolitanorum epiſt. Synod. ad Leonem Imperat.

PARALAVS Notitiæ & Ptol. lib. 5. cap. 6. Paralais. *Patricius* Paralienſis Conc. Conſtantinop. primo ſubſcripſit, & *Libanius* Paratenus pro Paralaitenus, vt arbitror dictus, Synod. epiſtolæ ad eundem Imperatorem.

BINDEVM Notitiæ, & Leuncl. Bendos, vt reor, iuxta Antiochiam huius prouinciæ Metropolim apud Ptolemæum. *Theodorus* Epiſcopus Bindei in Conc. Conſtantinop. generali ſexto legitur.

PHILOMELIVM Ptol. lib. 5. cap. 2. quibuſdam in Phrygia eſt. *Theoſebius* Philomelienſis ex Piſidia Concilio Conſtantinopolitano primo ſubſcripſit, & *Marcianus* Epiſcopus Philomelij Synod. epiſtolæ ad Leonem Imperatorem.

PROSTAMA Ptol. lib. 5. cap. 5. *Attalus* Proſtamenſis in Piſidia Antiſtes legitur in ſubſcriptionibus primi Concilij Conſtantinopolitani.

GORTENVS & Theodoſiopolitanus Epiſcopi præter modo dictos ſubſcripſerunt epiſt. Synod. huius prouinciæ ad Leonem Imperatorem, ſed à quibus ciuitatibus vix conijcio.

LYCAONIA.

ICONIVM Notitiæ antiquæ Græcæ, & Ptolem. lib. 5. cap. 6. vulgò *Cogni*, ciuitas Lycaoniæ, in qua Concilium circa baptismum hæreticorum celebratum fuisse tradit Eusebius lib. 7. historiæ Ecclesiasticæ cap. 6. *Amphilochius* Iconij Metropolis vrbis Lycaoniæ Antistes dicitur apud Theodoretum lib. 4. historiæ Ecclesiasticæ cap. 10. & *Nicomas* apud eumdem lib. 7. cap. 22.

LYSTRA Notitiæ eid. *Paulus* Episcopus Lystræ Concilio Constantinopolitano primo subscripsit.

ONASADE Notitiæ eidem. *Conon* Antistes Onasadæ habetur in Concilio Constantinopolitano generali sexto.

AMBLADA Strab. lib. 12. & Notitiæ eidem. *Diomedes* Ambladensis Episcopus Concilio Chalced. subscripsit, & *Seuerus* Constantinopolitano primo.

HONOMADA Notitiæ eidem. *Cyrillus* Honomadensis, Concilio Constantinopolitano primo interfuit, & *Tyrannus* Honomadorum, Chalcedonensi.

LARANDA Ptolem. vbi suprà: antiquum nomen hodie retinet, & *Neon* eius Antistes dicitur apud Eusebium lib. 6. historiæ Ecclesiasticæ. cap. 13.

BARATTHA Ptolem ibid. *Epiphanius* Baratthæus Lycaoniæ Præsul est in Concilio Constantinopol. sub Agapeto & Menna.

DERBE Notitiæ, & Ptol. ibid. *Daphnus* Derbensis Episcopus in Lycaonia legitur in Concilio Constantinopolitano primo.

HYDA Notitiæ eidem. *Theodosius* Hydensis Episcopus Concilio Constantinopolitano primo interfuit, & *Rufus* Hydæ, Chalcedonensi.

SABATRA Notitiæ eidem & Ptol. lib. 5. cap. 4. *Aristophanes* Sobarensis fortè pro Sabatrensis Episcopus Concilio Constantinopolitano primo subscripsit, & *Eusthatius* Sauatrorum, qui alijs Ebagenorum, Antistes dicitur act. 6. Concilij Chalcedonensis.

CANNA Ptolem. lib. 5. cap. 6. *Eustathius* Episcopus Cannensis adfuit Concilio Constantinopolitano primo, & *Eugenius* Cannorum, Chalcedonensi.

BERINOPOLIS dictæ Notitiæ: à qua Bereni populi. *Theodosius* Berenorum Episcopus dicitur in Concilio Constantinopolitano generali sexto.

ILISTRVM lib. Conc. Elistra Notitiæ antiquæ Græcæ. *Onesimus* Ilistri Episcopus in Concilio Chalcedonensi legitur sub Iconio.

PERTE Notitię antiquæ. *Leontius* Episcopus Pergensis, pro Pertensis, Concilio Constantinopol. primo subscripsit.

ARANA libro Conciliorum. *Eugenij* Episcopi Aranæ meminit Concil. Chalced. sub Onesiphoro Metropolitano Iconij.

ISAVRA Ptolem. lib. 5. cap. 4. alijs Isauropolis, *Æthius* Isauropolis in

Lycaonia Antiſtes in Concilio Chalcedonenſi legitur, & *Iluarius* in Conſtantinopolitano primo.

MISTHIVM Ptol. lib. 5. cap. 4. *Armatio* Miſthij Lycaoniæ Epiſcopus ſub Iconio dicitur Act. 6. Concilij Chalced. & *Darius* Conſtantinopolitano primo ſubſcripſit.

CORNA Ptol. ibid. *Inzus* Epiſcopus Cotnenſis pro Cornenſis, eidem Concilio Conſtantinopolitano primo interfuit.

PAPPA Ptolem. ibid. *Eugenius* Epiſcopus Paſpanenſis pro Pappanenſis in eodem Concilio Conſtantinopolitano habetur.

PONTVS.

CAPPADOCIA PRIMA.

CÆSAREA, quæ prius Mazaca Ptol. lib. 5. cap. 2. vulgò *Tiſaria* & *Caiſar.* Metropolis Cappadociæ dicitur apud Sozom. lib. 3. cap. 15. *Firmiliani* huius Antiſtitis meminit Euſeb. hiſtor. Eccleſ. lib. 6. cap. 20. necnon *Eulalij* Socrat. lib. 2. cap. 33. Et *Alypius* Cæſareæ Metropolis Cappadociæ primæ Epiſcopus legitur in Concilio Chalcedonenſi.

THERMÆ Antonino in Itiner. & Notitiæ antiquæ in Cappadocia prima. *Theodorus* Thermarum Cappadociæ ſecundæ, pro primæ, Epiſcopus habetur in Concilio Conſtantinopolitano generali ſexto.

NYSSA Antonino in Itinerario, & Notitiæ antiquæ. *Gregorius* huius Epiſcopus legitur apud Theodoretum lib. 4. hiſt. Eccleſ. cap. 28. & *Vuius* eiuſdem ſedis Antiſtes ſubſcripſit epiſtolæ Synod. huius Prouinciæ ad Leonem.

CAMVLIANA Cedreno, Iuſtinianopolis dicitur etiam Synodo quintæ generali, cui *Baſilius* Iuſtinianopolitanus Camulianorũ Præſul ſubſcripſit, qui in Collatione 8. eiuſdem Synodi dicitur Iuſtinianæ nouæ Camulianenſium Epiſcopus.

CISCISSA libro Conciliorum, Ciſciſus Notitiæ antiquæ. *Plato* Ciſciſſæ primæ Cappadocum prouinciæ Epiſcopus Concil. Conſtantinopolitano generali 6. ſubſcripſit, & ante eum, nullum huius vrbis Antiſtitem in Concilijs reperi.

THEODOSIOPOLIS Armeniæ Notitiæ antiquæ ſub Cæſarea in Cappadocia. *Olimpius* Theodoſiopolis magnæ Armeniæ Concilio Chalcedonenſi interfuit.

CAPPADOCIA SECVNDA.

THYANA Ptol. lib. 5. cap. 6. adhuc *Tyana* vulgò dicitur: Ex eius Epiſcopis *Eupſychius* ſubſcripſit Concilio Nicæno, & *Patricius* Tyanorum Metropolis epiſt. Synod. huius Prouinciæ ad Leonem Imperatorem, necnon *Euphratas* Tyanenſium Metropolita Collationi 8. Synodi Conſtantinopolitanæ generalis quintæ.

CYBISTRA Strab.lib. 12. vulgò *Armenacha*. *Timotheus* huius Episcopus subscripsit Concilio Nicæno primo, & *Cyrus* Cibistubæ, pro Cybistræ, epist. Synodali huius prouinciæ ad Leonem.

FAVSTINOPOLIS, Anton. in Itiner. *Daniel* Faustinopolitanus Episcopus subscripsit Concilio Ephesino.

SASIMI Anton. in Itiner. in Ciliciæ confinibus, vulgò *Sasum* teste Leunclauio. *Gregorius* Sasimorum, & postea Nazianzi Episcopus fuit ex Socrate lib. 7. hist. Eccles. cap.

IVSTINOPOLIS libro Conciliorum, vrbs Cappadociæ secundæ. *Patrophilus* Iustinopolis Episcopus Synodali Epistolæ huius prouinciæ ad Leonem Imperatorem subscripsit, & *Petrus* Iustinopolitanus Concilio Constantinopolitano sub Agapeto & Menna.

ASVNA secundæ Cappadociæ vrbs, eidem epistolæ Synodali ad Leonem, cui *Ambrosius* eius Episcopus subscripsit.

CAPPADOCIA TERTIA.

MOCISSVS Constant. Porphyrog. them. 2. dicto Armeniarum, Metropolis tertiæ Cappadociæ ab Imperatore Iustiniano facta, & ab eius nomine Iustinianopolis dicta. *Theodosius* Metropolis Iustinianopolitanorum Episcopus Concilio generali 5. subscripsit, & *Theopemptus* Mocissi, seu Iustinianopoleos Episcopus in secunda Cappadocia, Constantinopolitanò generali sexto.

NAZIANZVM Porphyrog. ibidem. *Gregorij* huius Episcopi meminit Socrates lib. 7. hist. Eccles. cap. 35. & *Theodosius* epistolæ Synodicæ ad Leonem subscripsit.

COLONIA, Colonea Porphyrog. ibid. *Aristomachus* Episcopus Coloniorum epistolæ Synodicæ Cappadociæ secundæ à qua maxime tertia extracta est, ad Leonem subscripsit, & *Euphrasius* Colonensis Concilio Nicæno primo.

PARNASSVS Porphyrog. ibid. *Eustathius* Parnassi Episcopus Conciliabulo Ephesino subscripsit, *Pancratius* Conciliabulo Sardicensi, & *Eustathius* Paterni, pro Parnassi (non enim legitur Paternum in hac Prouincia) dictæ epistolæ.

DOARA Gregorió Nazianzeno oratione 30. *Anebrius* *Doaræ* Episcopus subscripsit dictæ epistolæ Synodicæ, vbi mendozè legitur Doalæ.

ARMENIA PRIMA.

SEBASTA vel Sebastia Ptolem. lib. 5. cap. 6. vulgò *Saustia*. *Eustathius* eius Episcopus dicitur apud Theodoretum lib. 2. hist. Eccles. cap. 24. & Sozomenus *Meletij* eiusdem ciuitatis Episcopi meminit lib. 4. cap. 24. *Ioannes* autem Sebastæ Metropolis Armeniæ primæ Antistes subscripsit epistolæ Synod. huius prouinciæ ad Leonem Imperatorem.

SEBASTOPOLIS Ptol. ibid. vulgò *Suuas*. *Gregorius* huius sedis Episcopus subscripsit eidem epistolæ Synodali.

NICOPOLIS Ptol. lib. 5. cap. 7. vulgò *Gianich* teste Castaldo, & alijs *Chiorme*. *Ioannis* Nicopolitani Præsulis subscriptio habetur in Concilio Chalcedonensi, & in eadem epistola Synodali.

SATALA Ptol. ibid. *Euethius* Satalæ Episcopus subscripsit Concilio Nicæno primo, & *Epiphanius* Ataleni, pro Sataleni, eidem epistolæ.

BERISSE Notitijs antiquis Græcis. *Maxentius* Barissaræ pro Berisses Episcopus subscripsit eidem epistolæ Synodali ad Leonem.

ARMENIA SECVNDA.

MELITENE Ptol. lib. 5. cap. 7. vulgò *Malatia* teste Nigro. *Letoium* huius Episcopum habet Theodoretus lib. 4. cap. 10. & *Otreium* Socrates lib. 5. cap. 8. *Constantinus* vero Melitenæ Metropolis Armeniæ dicitur in Concilio Chalcedonensi.

ARCA Antonino in Itiner. *Lucianus* Arcorum Episcopus subscripsit Concilio Antiocheno apud Socratem lib. 3. hist. Ecclef. cap. 21. & *Ioannes* epistolæ Synodali huius Prouinciæ ad Leonem Imperatorem.

COMANA Anton. ibid. vulgò *Arminacha*. *Zotici* Comanensis Episcopi meminit Eusebius lib. 5. hist. Ecclef. cap. 15. & *Leontij* Socrates lib. 3. cap. 21. subscripsit etiam *Theodorus* Comanensium Armeniæ secundæ Præsul Collationi 8. Synodi quintæ generalis.

ARABYSSVS Anton. ibid. *Oterius* huius sedis Antistes subscripsit Concilio Constantinopol. primo, & *Adelphius* epistolæ Leonis Imp. ad Anatolium Constantinop. parte 3. Concilij Chalcedonensis.

COCVSVM Anton. ibid. *Domnus* huius Episcopus Concilio Chalcedonensi, & *Ioannes* quintæ Synodo generali subscripserunt.

ARIARATHIA Anton. ibidem. *Adelphius*, qui Arabiæ dicitur in Epistola huius prouinciæ ad Leonem, Ariarathiæ potius fuit, cùm Arabia ibi non extet; & *Acacij* huius sedis Episcopi mentio fit apud Euagrium lib. 2. hist. Ecclef. cap. 18. sed huius pluriumque aliarum situs cum Ptol. non conuenit.

AMASA Concilio Nicæno primo, cui *Eutichianus* Amasæus Antistes interfuit.

ZELONA libro Conciliorum. *Heraclius* Zelonensis in Armenia Episcopus Concilio Nicæno primo subscriptus legitur.

SOPHENE item lib. Conciliorum. *Arsaphius*. *Sophenensis* subscripsit eidem Concilio Nicæno primo.

DIOSPONTVM eidem libro Concil. *Acrites*, qui & alijs *Aristeus*, Diosponti Episcopus in eodem Concilio Nicæno primo habetur.

GALATIA PRIMA.

ANCYRA Ptolem. libro 5. cap. 4. vulgò *Anguri*, & Turcis *Enguri* teste Leunclauio: Metropolis Galatiæ dicitur apud Theodoretum lib. 2. cap. 7. *Basilij* huius Episcopi memoria est apud Sozom. lib. 3. cap. vltimo,

& *Anastasius* subscribens Chalcedonensi Concilio Ancyræ Metropolis Galatiæ Episcopus nominatur.

TABIA Notitiæ antiquæ Græcæ. *Dicasius* Episcopus Tabiensis Concilio Nicæno primo, & *Anastasius* Tabiæ vicem agens Dorothei Ancyræ Episcopi Concilio Constantinopolitano generali quinto subscripserunt.

IVLIOPOLIS seu Iliupolis lib. Concil. *Philadelphius* Iuliopolis Præsul adfuit Concilio Nicæno primo, & *Joannes* Iliupolis generali 6.

ASPONA Anton. in Itiner. *Palladij* huius sedis Episcopi mentio fit apud Socratem lib. 7. hist. Eccles. cap. 35. necnon *Eusebij* in Concilio Ephesino.

BERINOPOLIS Galatiæ primæ ciuitas libro Conciliorum & Notitiæ antiquæ: sed huius Episcopum non inueni ante *Stephanum*, qui Synodo Constantinopolitano generali 6. subscripsit.

CINNA seu Ciæna Ptol. lib. 5. cap. 4. Ex eius Episcopis *Gorgonius* subscripsit Conc. Nicæno primo, & *Acacius* Chalcedonensi.

ANASTASIOPOLIS Notitiæ antiquæ. *Theodorus* huius sedis Præsul Conc. Constantinop. generali sexto adfuit: nec prius alium inueni.

GALATIA SECVNDA.

PESSINVS, Ptol. lib. 5. cap. 4. vulgò *Possene* teste Theueto. *Demetrij* huius Episcopi meminit Sozomenus lib. 8. Hist. Eccles. cap. 17. *Theoctistus* Pissinuntis Ponti Galatiæ secundæ Metropolis Chalcedonensi subscripsit, & *Acacius* Pessinuntinus Metropolita Constantinopolitano sub Agapeto & Menna.

ORCISTVS Notitiæ antiquæ Græcæ. *Domnus* Orcistensis Episcopus subscripsit Conc. Ephesino, & *Longinus* Orcisti Chalcedonensi.

PETENISVS Ptolem. ibidem, vbi Petenessus in Cod. Palat. *Pius* Petenessensis Concilio Romano 6. sub Symmacho subscripsit.

TROCMI Ptolem. ibidem, Trocni antiquæ Notit. *Ciriaci* Trocmadorum Episcopi subscriptio habetur in Concilio Chalcedonensi, & *Theodori* Trocnadorum Concilio generali 6.

PONTVS POLEMONIACVS.

NEOCÆSAREA Ptol. lib. 5. cap. 6. vulgò *Nixar* Leuncl. dicitur. *Gregorij* huius Episcopi meminit Euseb. lib. 7. hist. Eccles. cap. 13. & *Euippus* Neocæsareæ Metropolis Antistes, epist. Synod. huius prouinciæ ad Leonem Imperatorem subscripsit.

TRAPEZVS Strab. lib. 12. vulgò *Trebisonda*. Ex eius Episcopis *Domnus* interfuit Concilio Nicæno primo, & *Atarbius* Chalcedonensi.

CERASVS Strab. ibid. vulgò *Chirisonda*. *Gregorius* Cerasuntis Ponti Polemoniaci Episcopus subscripsit Concilio Ephesino, & *Gratianus* epistolæ Synodali huius prouinciæ.

POLEMONIVM Ptol. vbi suprà, vulgò *Vatiza* dicitur Nigro. *Joannes* huius Episcopus in Concilio Chalcedonensi legitur, & in subscriptionibus epistolæ Synodalis ad Leonem Imperatorem.

COMANA PONTICA Ptol. ibid. vulgò *Com*, & incolis *Zabachzan* dicitur teste Nigro. Ex eius Episcopis *Prothymius* adfuit Concilio Ephesino, & *Petrus* in epist. Synodali huius prouinciæ legitur.

PTYVSA Ptol. ibid. nunc *Pitiusa* dicitur vulgò. *Stratophilus* Ptyusij Præsul subscripsit Concilio Nicæno primo inter Episc. Ponti Polemoniaci.

HELENOPONTVS.

AMASIA, Constant. Porphyrog. Them. 2. dicto Armeniaco, vulgò etiam *Amasia*. *Eulalius* huius sedis Antistes dicitur apud Sozom. lib. 7. hist. Eccles. cap. 2. & *Seleucus* Amasiæ Metropolis Helenoponti Episcopus subscripsit epistolæ Synodali huius prouinciæ ad Leonem Imperatorem.

AMISVS Constant. Porphyr. ibid. vulgò *Simiso* incolis, & *Hemid* Turcis, teste Leunclauio. *Erythrius* Episcopus Amisi subscripsit eidem epistolæ Synodali.

SINOPE Constant. Porph. ibid. *Sinabe* vulgò dicitur Turcis, Leunclauio teste, & alijs *Sinope*. Ex eius Episcopis *Antiochus* in actis Conc. Chalcedonensis legitur, & *Ælianus* in eadem epistola Synodali.

IBOREA Constant. Porph. ibid. *Pantophilus* huius Antistes subscripsit Conc. Constantinop. 1. & *Vranius* eidem epist. Synodali.

ANDRAPA, quæ & Claudiopolis Noua, Ptol. lib. 5. cap. 4. *Paralius* Andraporum Episcopus adfuit Concilio Chalcedonensi.

ZELA Notitiæ antiquæ Græcæ. Epistola Synodica Episcoporum Helenoponti ad Leonem Imperatorem, meminit *Hiperitij* Episcopi Tili, pro Zeli, vt puto, & *Atticus* Episcopus Zelorum subscripsit eidem Concilio Chalcedonensi.

PAPHLAGONIA.

GANGRA Sozomeno hist. Ecclesiast. lib. 3. cap. 13. qui hanc Paphlagonum Metropolim vocat, vulgò *Gangria* teste Leuncl. & *Kiengara* Turcis. *Petrus* Gangrenæ Metropolis Episcopus epist. Synod. huius prouinciæ ad Leonem subscripsit, & *Alexander* subscribens collationi 8. Concilij Constantinop. Gangrenorum Metropolis Episcopus dicitur.

IVNOPOLIS Constant. Porph. them. 7. Paphlagonica dicta. *Petronius* huius Antistes habetur in Conc. Nicæno primo, & *Rhenus* Chalcedonensi.

SORA Porphyrog. ibid. vel Sura epistolæ Synodali huius prouinciæ: in qua *Olympius* Episcopus Surenus, pro Sorenus, legitur.

POMPEIOPOLIS Strabo. lib. 12. *Sophronius* huius Episcopus vocatur apud Socratem histor. Eccles. lib. 2. cap. 31. *Philadelphus* Pompeiopolis Concilio Nicæno subscripsit, & *Ætherius* epistolæ Synodali huius prouinciæ.

AMASTRIS Strabo. ibid. vulgò *Famastro*. *Palmas* Amastridis Episcopus dicitur apud Eusebium lib. 3. hist. Eccles. cap. 22. & *Saturnellus* epist. Synodali Paphlagoniæ subscripsit.

HONORIAS.

HONORIAS.

CLAVDIOPOLIS Notitiæ antiquæ Græcæ, Bithynium dicitur Strab. lib. 12. vulgò *Castromena. Callicratis* huius ciuitatis Præsulis meminit Sozomenus lib. 3. hist. Eccles. cap. 21. vt autem Metropolim esse scias, *Calogerus* Claudiopolis Ponticæ Honoriadis Metropolis Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi, & *Epictetus* Constantinopolitano sub Agapeto & Menna.

HERACLEA PONTI Ptol. lib. 5. cap. 1. vulgò *Penderach. Eusebius* huius Episcopus legitur in actis Concilij Ephesini.

TIVM, Teium Strab. lib. 12. & Tion Ptol. vbi suprà. *Apragmonius* Tij Episcopus subscripsit eidem Concilio Ephesino.

CRATIA, quæ & Flauiopolis Ptol. ibid. *Epiphanius* Cratiæ Honoriadis Episcopus in eodem Concilio Ephesino habetur, & *Genethlius* in Chalced.

PRVSA Ptol. lib. 5. cap. 1. *Burech* hodie vulgò dicitur. *Hesichius* Prusensis iuxta Hippium fluuium Concilio Nicæno primo subscripsit inter Episcopos Bithyniæ Honoriadi vicinæ.

BITHYNIA.

NICOMEDIA Ptol. lib. 5. cap. 1. vulgò *Comidia. Anthimi* huius sedis Episcopi meminit Euseb. hist. Eccles. lib. 8. cap. 6. & *Eumonius* Nicomediensium Metropolitanus vocatur in Concilio Chalcedonensi.

CHALCEDON Strab. lib. 12. vulgò *Chalcedona*, & Turcis *Caltirin. Eusebius* eius Episcopus habetur apud Theodoretum lib. 5. cap. 7. & *Maris* ibidem qui subscripsit Concil. Nicæno primo. Metropolis quantum ad honorem in Conc. Chalced. facta est, vt in eius act. 13. legitur, vnde *Marianus* Metropolis Chalcedonensis Antistes dicitur in relatione Conc. Constantinopolitani ad Hormisdam.

PRVSA ad Olympum montem Ptol. ibid. Prusias lib. Conciliorum, hodie *Bursa* teste Bellonio, & *Cheris* Turcis. *Georgius* Prusiadis iuxta Olympum montem in Bithynia subscripsit Concilio Nicæno primo.

PRÆNETVM Notitiæ antiquæ Græcæ. *Sisinnij* Præneti Episcopi subscriptio habetur in quinta Synodo generali.

HELLENOPOLIS eidem Notitiæ. Helena Procop. lib. 1. de bello Persico: Drepanum est Ptolemæo vbi suprà. *Palladij* huius ciuitatis Præsulis mentio fit apud Socratem libro 7. hist. Eccles. cap. 35. & *Macrinus* Hellenopolis Bithyniæ subscripsit Concilio Nicæno primo.

BASILINOPOLIS eidem Notitiæ. *Gerontius* Basilinopolitanus Antistes interfuit Concilio Chalcedonensi.

APOLLONIAS eidem Notitiæ. *Gorgonium* Apolloniæ Bithyniæ Episcopum habet Concilium Nicænum primum.

HADRIANA eidem Notitiæ. Hadrianopolis lib. Concil. *Euethius* Hadrianopolis Bithyniæ Episcopus eidem Concilio Nicæno primo subscripsit.

CÆSAREA, quæ & Smyrdiana Ptol. vbi suprà. Ex eius Episcopis *Rufus* adfuit eidem Concilio Nicæno primo.

ARISTA dictæ Notitiæ, quæ Aristium libro Concil. *Paulus* Aristij ciui-

tatis Præsul subscripsit Concilio Chalcedonensi.

PATAVIVM Ptolem. lib. 5. cap. 1. vulgò *Polmen* teste Molano. *Stephanus* Patauij Asiæ Antistes Concilio Romano 5. sub Symmacho subscripsit.

DABLIS Ptolem. ibid. *Polichronius* huius ciuitatis Præsul in subscriptionibus eiusdem Concilij legitur.

NEOCÆSAREA, Stephano de Vrbib. *Olympius* Neocæsareæ Episcopus Concilio Constantinopolitano primo subscripsit inter Episcopos Bithyniæ.

CIVS Strab. lib. 12. *Cyrillus* Episcopus Cij subscripsit Concilio Nicæno primo.

BITHYNIA ALTERA.

NICÆA Strab. lib. 12. vulgò *Nichea* Sophiano teste. *Theognidis* & *Cristi* eius Episcoporum meminit Theodoretus lib. 1. hist. Eccles. cap. 20. Metropolis autem facta est in Concilio Chalcedonensi, vt in eius act. 13. videre est. Vnde *Anastasius* Relationi Synodi Constantinopolitanæ ad Hormisdam subscribens se Nicæensium Metropolitam nominat. Non tamen ab initio suffraganeos habuit, vt in eodem Concilio legitur: sed tantùm sæculis posterioribus & circa tempora Concilij generalis sexti, in quo Bithyniæ secundæ cui Nicænus Antistes præerat, memoria est.

APAMEA Ptolem. lib 5. cap 1. vulgò *Apami*. *Callinicus* Apameæ Bithyniæ Præsul in Concilio Chalcedonensi legitur.

LINOE Notitiæ antiquæ Græcæ. Sed eius Episcopum non legi ante *Anastasium*, qui Concilio generali sexto subscripsit.

GORDVS seruorum eidem Notitiæ antiquæ. *Isidorus* Gordi seruorum in Bithynia Concilio generali sexto interfuit.

Alias huius prouinciæ sedes recensent Notitiæ antiquæ huic operi subiungendæ, sed Episcoporum eiusdem nominis qui Concilijs antiquis subscripserint non memini.

IBERIA.

a Socrates lib. 1. c. 15.

IBeres, inquit [a] Socrates, ad Pontum Euxinum habitant: suntque Colonia deducta ab Iberibus qui Hispaniam incolunt. Ætate Constantini Christi fidem hac occasione amplexi sunt, quòd mulier Christiana diuina prouidentia ab ipsis capta Reginæ filium, & posteà Reginam ipsam à grauibus morbis oratione liberauit. Cùm enim hæc miracula Christo tribueret mulier illa, de eius fide statim Regina imò & Rex ipse edoceri voluit. Moxque Ecclesiâ instauratâ ad Constantinum Legatos miserunt vt Episcopum & sacrum Clerum acciperent, in Christum se sincerè & ex animo credere affirmantes.] Hæc ex Socrate. At quis ex his non infert apud illos saltem eo tempore sedem Episcopalem fuisse? Cõfirmaturque ex [b] Balsamone, dum hæc ait [Iberiæ Episcopum honorauit Antiochenæ Synodi dispositio. Dicitur enim quòd tempore sanctissimi Patriarchæ magnæ Antiochiæ, Domini Petri, fuit Synodica ordinatio, qua statutum est liberam esse ac principalem, & per se caput, Ecclesiam Iberiæ, sed tamen Antiocheno Patriarchæ subiectam.] In

b Balsamon in Can. 2. Synod. Gen. 2.


quanam autem ciuitate ſedem habuerit, haud clarè in Concilijs dicitur. Verum apud Artaniſſam fuiſſe ex hoc conijcio, quòd præcipua huiuſce Regionis Vrbs fuerit; de hac Ptolem. lib. 5. cap. 10. necnon Arrianus in ſuo maris Euxini Periplo: ſed huius Epiſcopum nullum in Concilijs, vt verùm fatear, reperi.

LAZICA.

COlchis apud Ptolemæum lib. 5. cap. 10. regio eſt ad Pontum ſita, quam Procopius libro 1. Perſicorum poſteà Lazicam dictam fuiſſe ſcribit. In ea prædicatū fuiſſe Euangelium ſicut in Iberia tempore Cōſtantini ex ipſius Iberiæ vicinia facilè conijcitur. Attamen Epiſcopum Phazidis huius regionis Metropolis, neminem in Concilijs legi ante Theodorum qui in generali 6. Phazidis Lazicæ prouinciæ dicitur. Ibidemque Ioannis ciuitatis Petrarum Prouinciæ Lazorum Antiſtitis etiam mentio fit.

Hactenus de ſedibus Epiſcopalibus ſub Patriarcha Conſtantinopolitano eique ſubditis Metropolitanis, conſtitutis. Eas autem tantò difficiliùs per ordinem digeſſimus, quòd in harum prouincijs aſsignandis Notitia antiqua, nec inter ſe, nec cum Ptolemæo, nec cum ſubſcriptionibus Conciliorum, nec ipſa ſubſubſcriptiones Synodicæ ſæpe numero inter ſe conueniant. Imò hic ſitus à Ptolemæo aſsignatus à Notitijs & Concilijs ita quandoque diſcrepat, vt quin multis in locis, aut tabula illius Geographica aut cætera antiquitatis monumenta librariorum incuria deprauata fuerint, dubitari non poſsit. Id autem licet de hoc Patriarchatu præcipuè dicatur, non tamen eſt quod alios à mendis ſimilibus prorſus immunes aſſeueremus. Quid nos in tanta ſententiarum varietate conſilij & ordinis cæperimus, ſi quæras, nos plurium authoritatem vnius ſententiæ ex hoc anteposuiſſe dicemus, quòd in ore duorum aut trium teſtium ſtet omne verbum.

Sed & Lectorem monere haud omittendum ducimus, quod licet admodum paucæ ex Barbaricis prouincijs ſedes Epiſcopales hic à nobis enumeratæ ſint, plurimæ tamen in ijs extitere. Omiſsionis noſtræ hancce rationem proferre poſſumus, quod regionum quæ extra Romani Imperij limites fuere, nulla peruenerit ad nos Eccleſiaſtica Notitia: ideoque has, in qua ciuitate primorum ſæculorum Patres poſuerint, ignoretur. Satis de re tam obſcura dicere nobis viſum eſt, ſi omnes vniuerſi orbis Eccleſiaſtici quarum, ſitus incertus habetur, vna ſerie ad calcem huius operis recenſeamus. Si quis perſpicacioris viſus Barbaricas ab alijs diſcernat, vel quarumdam locum proprium dignoſcat, haud inuidebimus, imò huius operam tanquam Notitiæ antiquæ Eccleſiæ adeo vtilem, laudabimus.



PATRIARCHATVS ALEXANDRINVS.

LIBER DECIMVS.

I. ÆGYPTI DESCRIPTIO.



AEGYPTVM, id solùm, inquit Strabo,[a] prisci vocauere, quod habitatur, & à Nilo irrigatur, à locis Syenæ proximis, incipientes vsque ad mare: recentiores verò ad hoc vsque tempus, omnes ferè Orientales partes assumpserunt, quæ inter Arabicum sinum sunt, atque Nilum; ab Occidente autem, loca vsque ad Anases quæ vocantur, & in ora maritima ab ostio Canopico, vsque ad eum locum, qui Catabathmus dicitur, & Cyrenœorum ditionem. Nam Ptolemaici Reges eousque dominationem protulerunt suam: vt & Cyrenaicam sub se haberent, & eam ab Ægypto Cyproque separarent. Romani qui postea successerunt, prouinciam Ægyptum prioribus finibus incluserunt.]

a Strabo lib. 17. Geogr.

Triangularis est, Eustathio[b] teste, ac litteræ Δ similis: vnde & pars illius Delta vocatur. Aiunt enim in Australi Ægypti parte duos esse montes, in quorum dextro sita est Orientalis prædicta Syene: tam propè autem esse montes inter se, vt vix septem stadijs ab inuicem distent: atque ab illis angustijs, incipere terram dilatari, versus Boreales partes, quæ sunt circa mare, veluti delta, idest forma triangulari. Est verò dicta arctior pars, delta, quæ ad 7. stadia patet, ex qua Nilus fluit, vt scribit Herodotus.

b Eustathius ad Dionysium.

Sed & præter maximum illud Delta, quod facit Ægyptus quatenus Thebaidem & Arcadiam & Ægyptũ complectitur, tria alia describit sic Ptolemæus.[c] Magnum Delta vocatur id iuxta quod diuertitur fluuius dictus Agathosdæmon, hoc est bonus genius, qui per ostium Heracleoticum defluit in amnem appellatum Bubasticum, qui effluit per ostium Pelusiacum.

c Ptol. lib. 4. cap. 5.

Vocatur & paruum delta id, iuxta quod scinditur Bubasticus fluuius in amnem Busiriticum, qui excurrit per Pathmeticum ostium. Vocatur & tertium Delta inter prædicta fermè id, iuxta quod scinditur Bubasticus ad fluuium per Thribeum oppidum excurrentem, & per Pineptimi ostium egredientem.

Sed ad limites Ægypti latè sumptæ redeamus. Terminos habet à Se-

ptentrione mare Ægyptiacum quod est inter Græciam, Asiam minorem & Ægyptum ipsam: ab Ortu Mare rubrum, vsque ad Rhinocoruram vrbem, quæ est vltima versus Palæstinam: à Meridie Æthiopiam, quæ non longè à Syene supra Nilum incipit: & ab Occasu Tripolitanam prouinciam, quæ est pars Africæ propriæ dictæ, à qua diuiditur per lineam ductam ab Aris Philænorum duorum fratrum, vsque ad Catabathmum, siue interiorem sinum Sirtis.

II. Ægypti divisio. a Amm. Marcell. lib 22.

Porro tres prouincias Ammiano [a] fertur habuisse temporibus priscis, Ægyptum ipsam, Thebaïdem & Libyam: quibus duas adiecit posteritas, nimirum Augustamnicam, ab Ægypto, & Pentapolim ab Lybia sicciore dissociatam. Sed posteà Arcadiam sextam prouinciam addidere ab Arcadio Imperatore nominatam.

b Ex Notit. Imp. Rom.

Eundem prouinciarum numerum habet in Ægypto Notitia Romani [b] Imperij, cuius verba sunt:

Sub dispositione viri spectabilis Præfecti Augustalis, prouinciæ infrascriptæ.

Libya superior.
Libya inferior.
Thebaïs.
Ægyptus.
Arcadia.
Augustamnica.

Quod continetur inter Agathosdæmonem & Bubasticum amnes, id propriè & specialiter Ægyptus dicitur, vt ex Nouella 8. Iustiniani discere est.

Augustamnica extra paruum Delta inter Nilum & Arabiam Petræam iacet: dicitur autem Augustamnica, quasi fluuialis prouincia, quippe quæ iuxta ripas fluminis sita erat.

Thebaïs à Thebis celebri ipsius antiqua Metropoli nomen habet: & vsque ad Syenem versus Meridiem, iuxta Nili ripas, extenditur.

c Ptol. ibidem.

Arcadia extra Delta est Libyam versus, Nilo tamen adhærens, à Ptolemæo [c] in Libya Marmarica collocatur, à quo & Heptanomis dicitur quòd septem haberet Præfecturas, quæ Nomi in Aegypto vocabantur sicut & Heptapolis à septem ciuitatibus Nilo adiacentibus, quæ variè à varijs numerantur.

Lybia scilicet exterior, duplex est, vna dicta Marmarica, quæ ab Ortu Ægypto terminatur, ab Occasu Cyrenaica, seu Pentapoli, à Meridie desertis Libyæ, & à Septentrionibus Ægyptiaco Pelago.

Altera Libya Pentapolis dicitur, à quinque eius præclaris vrbibus, Berenice, Arsinoë, Ptolemaïde, Apollonia & Cyrene, à qua etiam Cyrenaica vocatur; terminosque habet ab Occasu lineam ab Aris Philænorum ad Catabathmum ductam; à Septentrionibus Libycum mare; ab Ortu lineam ductam à Darnis versus Meridiem vsque ad deserta Libyæ interioris, quæ hanc terminant à Meridie.

d Iustinian. Nou. 8. ædit. 10. 14.

Attamen Ægyptus in duas prouincias posteà diuisa est, vtrique seruato Aegypti nomine, vt legitur apud Iustiniani. [d] qui etiam duas Augustamnicas ponit, licet vnam tantùm agnoscat Notitia, quam ab Aegypto Gratianus

Imperator [a] diuiserat; quamque plures quasi Augustamnicam, id est fluuialem prouinciam interpretantur. a l. 9 Cod. de Vectigal. & Commiss.

Cæterum Ægyptus supra omnem orbem viris sapientibus abundans legitur in Notitia antiqua Græca. [ex Metropoli quippe eius Alexandria, per omnes prouincias videas omnis generis Philosophos. Quare & cum aliquando certamen inter Aegyptios & Græcos obortum fuisset, vtris principatus deberetur, argutiores & perfectiores Aegyptij inuenti sunt, viceruntque, & Principatus eis adiudicatus fuit. Denique impossibile est in quocumque tanndem genere volueris sapientem talem inuenire, cuiusmodi Aegyptij sunt. Quare & omnes ij Philosophi, scientiamque litterarum adsecuti, qui ibi morati sunt, præstantiores euaserunt. Neque etiam vlli apud eos impostores sunt, verum singuli eorum quod pollicentur certo sciunt: eo quòd non omnes omnia, verùm singuli sua negotia per singularem disciplinam ornantes, perficiant.] Notitia antiqua Græca.

III. ALEXANDRIÆ ÆGYPTI METROPOLIS DESCRIPTIO.

Alexandriam Metropolim totius Ægypti diximus ex Notitia antiqua hæc autem apud Marcellinum [b], vertex omnium est ciuitatum, quam multa nobilitant, & magnificentia conditoris altissimi, & architecti solertia Dinocratis: qui cum ampla mœnia fundaret & pulchra, penuria calcis ad momentum parum repertæ, omnes ambitus lineales farina respersit: quod ciuitatem posthæc alimentorum vberi copia circumfluere fortuito monstrauit indicio. Inibi auræ salubriter spirantes, aer tranquillus & clemens: atque, vt periculum docuit, per varias collectum ætates, nullo penè die incolentes hanc ciuitatem solem serenum non vident. His accedunt altis sufflata fastigiis templa, inter quæ eminet Serapium, quod licet minuatur exilitate verborum, atriis tamen columnariis amplissimis, & spirantibus signorum figmentis, & reliqua operum multitudine ita est exornatum, vt post Capitolium, quo se venerabilis Roma in æternum attollit, nihil orbis terrarum ambitiosius cernat. In quo Bibliothecæ fuerunt inæstimabiles: & loquitur monimentorum veterum concinens fides, septingenta voluminum millia, Ptolemæis Regibus vigiliis intentis composita bello Alexandrino, dum diripitur ciuitas sub Dictatore Cæsare conflagrasse. Nequidem nunc in eadem vrbe doctrinæ variæ silent: nam & disciplinarum magistri quodammodo spirant, & nudatur ibi geometrico radio quicquid reconditum latet, nondumque apud eos exaruit musica, nec harmonia conticuit, & recalet apud quosdam adhuc licet atros consideratio mundani motus & siderum, doctique sunt haud numero pauci. Super his scientiam callent, quæ fatorum vias ostendit: Medecinæ autem, cuius in hac vita nostra nec parca nec sobria desiderantur adminicula crebra, ita studia augentur in dies, vt licet opus ipsum redoleat, pro omni tamen experimento sufficiat medico ad commendandam artis auctoritatem, si Alexandriæ se dixerit eruditum. Huius primùm incolæ longe ante alios, ad varia religionum incunabula (vt dicitur) peruenerunt, & initia prima sacrorum cautè tuentur condita scribis arcanis. Hac institutus prudentia Pithagoras colens secretius Deos, quicquid dixit aut voluit, auctoritatem esse instituit ratam, & femur suum aureum apud Olympiam sæpe monstrabat, & cum aquila colloquens subinde visebatur. Hinc Anaxagoras lapides è Cœlo lapsuros, & putealem limum contrectâs, tremores futuros prædixerat terræ. Et Solon sententiis adiutus Aegypti Sa-

b Marcellin. lib. 22

cerdotum, Latis iusto moderamine legibus, Romano quoq; iuri maximum addidit firmamentum. Ex his fontibus per sublimia gradiens sermonum amplitudine Iouis æmulus non visa Aegypto militauit sapientia gloriosa.

IV. ALEXANDRIA SEDES PRÆFECTI & PATRIARCHÆ.

In hac illustri ciuitate sedebat Præfectus Augustalis, quem Augustus Aegyptum sibi reseruans, huic vniuersæ præesse voluit. Eius munus & authoritas describuntur in Codice, Titulo de Officio Præfecti Augustalis, eique singuli, singularum Prouinciarum Aegypti Præsides parebant, inter quos nullus erat Consularis, Imperatoribus haud conueniens iudicantibus, vt Consulares Augustali Præfecto, qui ex ordine Equestri semper erat, pareret. Vicarij munere fungebatur, licet nomine diuerso, maiorique splendore, adeo vt penè omnia honoris insignia, quæ Orientis Præfecto concessa erant ipse etiam haberet, paucis exceptis.

Sedebat & in ea Patriarcha totius Aegypti, vt à ciuilibus ad Ecclesiastica transeamus, isque Alexandrinus ex hoc dicebatur, quod esset Episcopus Alexandriæ, quam hoc nomine cum regione vicina in spiritualibus regebat, sicut Aegyptum primam vt Metropolita, & vniuersam Aegyptum lata significatione sumptam, vt Patriarcha. Id autem muneris tanto cum splendore talique cum potentia obibat, vt per eum, inquit Socrates,[a] nonnihil de authoritate eorum, qui ab Imperatore ad Magistratus gerendos designati erant, detractum esset. Imò & ciuilem dignitatem Ecclesiasticæ addidit Cyrillus, cum huius regionis Patriarcha factus est, vt legitur apud eundem Socratem[b] his verbis. [Triduo post mortem Theophyli, Cyrillus in sede Episcopali collocatus, Episcopatu potitus est: maioremque principatum, quā vnquam Theophilus habuisset, pariter sibi assumpsit. Etenim ex illo tempore, Episcopus Alexandrinus, præter sacri Cleri dominatum, rerum præterea sæcularium principatum acquisiuit. Quapropter Cyrillus, statim cum Nouatianorum Ecclesias quæ erant Alexandriæ occlusisset, non modo omnem sacrum thesaurum qui in illis fuit penitus abstulit, verum etiam Theopemptum illorum Episcopum omnibus suis fortunis priuauit.]

a Socrat. li. 7. hist. Eccles. cap. 13. Ὅθεν καὶ συνέβη μέρος τι τῆς δυναστείας τῶν ἐπάρχων, ὅτι παρῃροῦντο, καὶ ἐξουσίας τῆς ἐκ βασιλέως ἀρχὴν τινὰ ἀφῄρουν.

b Idem eod. lib. c. 7. Ἐξ ἐκείνου ὁ ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας πέρα τῆς ἱερατικῆς τάξεως καταδυναστεύειν τῶν πραγμάτων ἔλαβε τὴν ἀρχήν.

V. MARCVS INSTITVTOR SEDIS PATRIARCHALIS ALEXANDRINÆ.

Huius Ecclesiæ Patriarchalis primus Institutor fuit Marcus Euangelista, qui à Principe Apostolorum Petro illuc missus, vt secundam sedem Apostolicam in prima post Romanam ciuitate constitueret, Euangelium prædicauit, Ecclesias extruxit, populosque doctrinam & politiam christianam edocuit, Eusebio teste[c] cuius verba sunt. [Aiunt Marcum primùm in Aegyptum traiecisse, & Euangelium quod ipse conscripserat illic prædicasse, primumque Ecclesiarum Alexandriæ institutarum authorem extitisse. Atque tantam hominum & mulierum fidem Christi amplexantium prima aggressione & conatu per graue in primis sanctum & seuerum eius viuendi exemplum, ibi cogebatur multitudo, vt Philo ipse eorum studia, exercitationes, mores, frequentes congressus, communem inter ipsos victus rationem, omnem denique viuendi institutionem suis scriptis persequi operæ pretium existimaret.] Qui autem huic successerint, inferius dicemus.

c Euseb. hist. Eccl. lib. 2. cap. 15. Τοῦτον δὲ μάρκον πρῶτόν φασιν ἐπὶ τῆς αἰγύπτου στειλάμενον, τὸ εὐαγγέλιον ὃ δὴ καὶ συνεγράψατο, κηρύξαι, ἐκκλησίας τε πρῶτον ἐπ' αὐτῆς ἀλεξανδρείας συστήσασθαι.

At hic non obmittendum ex Diuo Hieronymo[d], quod [Alexandriæ, à Marco Euangelista vsque ad Heraclam & Dionysium Episcopos, Presbyteri semper vnum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, Episcopum nominabant: quo modo si exercitus Imperatorem faciat; aut Diaconi eligant de se, quem industrium nouerint, & Archidiaconum vocent.] adeò

d Hieron. Epist. 85. ad Euagrium.

vt

vt vix quicquam aliud quod Presbyteri non haberent, Episcopus Alexandrinus primo Ecclesiæ sæculo obtinere videretur, quàm iurisdictionem in omnes, & ordinandi facultatem.

Hunc tamen verè Patriarcham ab initio fuisse, & Patriarchæ nomine donatum, clare insinuant verba Eusebij modo allata, quibus Marcum primum in Ægyptum traiecisse, & Euangelium quod ipse conscripserat illic prædicasse, primumque Ecclesiarum Alexandriæ institutarum authorem extitisse scribit. Quis enim proinde hunc [illegible] seu [illegible], hoc est Patrum seu Episcoporum, Christique familiarum, seu Ecclesiarum facile Principem non agnoscit? at de hoc satis sit.

Quænam esset Alexandrini Antistitis Patriarchalis Diœcesis, potius inquirendũ videtur. Varie à varijs descripta est, eique subiectæ prouinciæ nũc plures, nunc pauciores à Patribus & Concilijs assignantur. Concilium Nicænum [a] huic Aegyptum, Lybiam, & Pentapolim tantum subijcit. Thebaidem addere videtur Theodoretus, [b] omissa Pentapoli, Alexandriæ dignitatem sic describens. [Alexandria ciuitas est amplissima & maxima hominum multitudine frequentata, quæ non Aegypti solum, verum etiam Thebaidis & Lybiæ quæ Aegypto adiacent Principatum obtinens.] Sanctus Athanasius [c] Synodum ex vniuersa sua Diœcesi congregatam describens quatuor eius prouincias his verbis recenset: [Sancta Synodus Alexandriæ congregata ex Aegypto, Thebaide, Lybia & Pentapoli.] Sanctus tandem Epiphanius [d] longe plures enumerat, dum ait: [Hic mos inualuit, vt Alexandriæ Episcopus totius Agypti ac Thebaidis Mareotæque, ac Libyæ, Ammoniacæque & Mareotidis ac Pentapolis Ecclesiasticam habeat administrationem.] Ad idem tamen recidunt verba illa diuersa, eorumque varietas non ex distincto eorum sensu, sed ex diuersis acceptionibus nominis Aegypti solùm petenda est. Aegyptus aliquando sumitur apud antiquos pro Delta Aegyptiaco, mari mediterraneo & fluuijs Bubastico & Agathodæmone concluso, sicque Aegyptum primam & secũdam, & pene vtramque Augustamnicam continet. Aliquando verò pro maximo Delta, cuius anguli tres sunt Alexandria, Pelusium & Siene; sicque præter supradictas Prouincias, vtramq; Thebaidem priùs Aegyptum superiorem dictam, & Arcadiam complectitur. Tertiò pro tota Diœcesi Præfecti Augustalis, quæ licet Aegypti nomine designaretur vt à nobiliori sui parte, tamen vtramque Libyam, Mareotidem, Ammoniacam, cæterasque prouincias inclusit, quas ad senarium numerum reducens, vt diximus, Notitia ciuilis Imperij, Præfecto Augustali subijcit; quasque Patriarchalem Episcopi Alexandrini Diœcesim constituisse asseueramus, si tamen Indiam interiorem & Aethiopiam addamus, quas etiam huic paruisse non parum probabile est.

V. QVÆ FVERIT DIOECESIS PATRIARCHÆ ALEXANDRINI.

a Conc. Nicæn. Can. 6. [illegible]

b Theodoret. l. 1. Eccl. hist. cap. 2. [illegible]

c Athanas. Apol. 2. [illegible]

d Epiph. hæres. 8. [illegible]

De Aethiopia in Canonibus Arabicis Concilij Nicæni [e] legere est, dum his statuitur, non posse Aethiopes creare nec eligere Patriarcham, quin potius eorum Prælatum sub potestate eius esse qui tenet sedem Alexandriæ; ac licet apud eos loco esset Patriarchæ, & appellaretur Catholicus, non tamen ius habere constituendi Archiepiscopos, vt habebat Patriarcha; cùm ei nec nomen nec iura Patriarchæ concessa fuissent. Sed vt verum non diffiteamur cum hi Canones, incertissimæ fidei, sint, peritorũ iudicio, nõ tam ex iis Æthiopiam Alexandrino Episcopo subiectam fuisse suspicamur, quam quod eam

VI. ÆTHIOPIA PATRIARCHÆ ALEXANDRINO SVBDITA FVIT.

e Can. 36. Nicæni Concil. Arab.

Ll

ad alium Patriarcham spectasse ne quidem excogitari possit.

VII. INDIA INTERIOR ALEXANDRINO PATRIARCHÆ SVBIECTA.

a D. Athan. Apolog. 1 [illegible]

Quod autem ad Indiam, scilicet interiorem, pertinet, nam exteriorem Antiocheno paruisse certum est, Alexandrinum Patriarcham in eius Episcopos plebesque licet multum distantes, & quodammodo intra limites Antiocheni existentes, auctoritatem olim obtinuisse ex hoc coniicimus, quod in illam missus fuerit a Diuo Athanasio a Frumentius, qui Euangelium prædicauit, populos fidei luce illustrauit, Episcoposque apud illos ordinauit. Ratio in promptu est, quod apud priscos ille mos inualuisset, vt cuius Partriarchæ solicitudine & vigilantia prouinciæ Christo nomen dedissent, huic subditæ remanerent. Sed vt veritas hæc omnium oculis clarius subijciatur, res tota ab ouo ex Socrate b referenda est. [Gentes, inquit, quæ interiorem Indiam, & Iberiam incolebant, tunc primùm (*hoc est Constantini Imperatoris tempore*) Christi fidem receperunt. Quid verò causæ sit, cur interiorem Indiam adiunxerim, paucis explicabo. Cum Apostoli sortito iter ad Gentes suscepissent, Thomas Parthiam, in qua munere Apostolico perfungeretur, obtinuit: Matthæus Aethiopiam, Bartholomæus Indiam quæ huic finitima est, sortitione cœpit. India interior, quàm permultæ gentes barbaræ accolunt, linguis inter ipsas discrepantes, non ante tempora Constantini, verbo Christi, & eius religione illustrata est. Quæ verò causa eos ad Christi fidem amplectendã impulerit, iam dicturus venio. Meropius quidã Philosophus, genere Tyrius, studio Indorum regionem peruidendi incensus fuit: exemplo credo Metrodori Philosophi ad eam rem prouocatus, qui eamdem regionem ante lustrauerat. Meropius igitur duobus pueris consanguineis secum deductis, qui linguæ Græcæ neutiquam ignari erant, conscensa naue in eam regionem traiicit. Et cùm ea quæ videre desiderabat, esset contemplatus, domumque redire cuperet, rerum ad victum necessariarũ inopiâ adductus, ad locum in quo portus tutus & tranquillus erat, appulit. Accidit autem vt eo ferè momento fœdera inter Romanos & Indos rumperentur Indi igitur Philosophum, & eos qui cum eo nauigarant, comprehendunt: omnes, duobus illis pueris eius consanguineis exceptis, interficiunt. Pueros autem propter ætatem commiserati seruant incolumes: Regi Indorum adductos ei dono dant. Ille puerorum aspectu oblectatus alterum nomine Ædesium Pincernam, qui suæ ipsius mensæ pocula ministraret, constituit: alteri, qui Frumentius appellatus est, regiorum scriniorum curam commisit. Non longo tempore post Rex excedit è vita: filio admodum tenero, & vxori regni hæreditatem relinquit: Aedesium & Frumentium libertate donat Regina, cum filium valde paruulum relictum haberet, postulat ab his duobus vt vsque eò curam eius susciperent, quoad vir factus esset. Cui morem gerentes, adolescentuli Regis fortunis sedulò prospiciunt: & quidem Frumentius vel maximè, qui summam rerum administrauit. Iste magna cura ac studio à Romanis mercatoribus, qui ad eam regionem commeabant, quæsiuit, num quis Christianus inter eos esset. Cumque aliquot reperisset, ipsiusque & collegæ statum eos docuisset, orabat, vt loca separatim sibi sumerent, in quibus Christianorum more preces Deo funderent. Tempore pedetentim progrediente, templum adorandum exædificat Frumentius. Et Christiani illi quosdam ex Indis fidei principiis instituentes sibi adiungunt. Vbi verò filius Regis ad perfectam ætatem peruenerat, Frumentius & Aedesius fortunas regni a se probè admi-

b Socrat. lib. 1. hist. ap. 19. [illegible]

nistratas ei tradunt: petunt potestatem in patriam reuertendi. Cum autem Rex & mater enixe obsecrarent eos, vt manerent, & neutiquam persuadere possent: illi patriæ reuisendæ cupiditate incensi redierunt. Ædesius Tyrum contendit, vt parentes & cognatos viseret. Frumentius Alexandriam aduentans, Athanasio Episcopo, qui nuper cum dignitatis gradum acquisiuerat, omnem rem narrat: docet suæ profectionis euentū: spem bonam esse, Indos religionem Christianam recepturos ostendit: orat, vt Episcopum, & Clerum vna cō mittat, & minime eos qui ad viam salutis deduci possent negligat. Athanasius id, quod ad hoc negotium maxime accommodatum videretur animo complexus, ipsum Frumentium Episcopum designauit. dixitque se neminem habere ad illud munus eo aptiorem. Res ergo sic confecta est. Frumentius Episcopatus honorem adeptus, ad Indorum regionem reuertitur, Christi fidem prædicat, multas Ecclesias extruit: atque diuina gratia donatus multa miracula edit: multis hominum cum corporibus, tum animis medetur: Ista Ruffinus ab ipso Aedesio, qui etiam postea Tyrij Sacerdotij dignitatem obtinuit, se audiuisse narrat.]

Sed ex his, & ex Ruffino quænam regio per Indiam sit intelligenda nunc inuestigandum est. Quidam non aliam quam Aethiopiam, quæ sub Aegypto est, significari putant, eaque reuera Indiæ nomine donatur in Notitia antiqua Græca[a], vbi de Alexandria, cuius verba sunt. [Supra caput Thebaidos cum Indorum genus habeat, quæ inde accipit omnia, omnibus præstat.] Sed & sententiam suam ex hoc confirmant, quòd apud Athanasium[b] Frumentius Episcopus dicatur Auxumis, quæ Ciuitas Aethiopiæ est ex Ptolemæo,[c] & regia Candacis Reginæ, cuius Eunuchus à Philippo baptizatus dicitur Actor. 8. Veruntamen per Indiam interiorem Socratem eam intellexisse Indiam quæ intra Gangem est, mihi probabilius videtur. Etenim Socrates, distinctione posita inter Æthiopiam, Indiam quæ Æthiopiæ finitima est, & Indiam interiorem, hoc est intra Gangem sitam, scribit Aethiopiam ab Apostolo Matthæo in fide edoctam, Indiam Aethiopiæ vicinam hoc est exteriorem ab Apostolo Bartholomæo, Indiam autem interiorem non ante tempora Constantini verbo Christi & eius religione illustratam esse, curâ Athanasij, & ministerio Frumentij, quem Indiæ Episcopum ordinauit. Quid hac veritate clarius? ea sane vt intelligatur, vna Socratis lectione indiget. Cum vnā harum Indiarum ab ipsis Apostolis fide illustratam fuisse, disertis verbis scribat; aliam vero à Frumentio, hæcque omnino diuersa vni eidemque regioni haud conuenire possint. Vnde & alterius Auxumis, quam Æthiopiæ Frumentium illum ab Athanasio in Indiam missum Episcopum fuisse plane fatēdum est; eius nempe quam Ptolemæus[d], Αὔξουμα Interpretes vero Auxumim vocant, quamque in India interiori, siue intra Gangem, & ad latus Orientale Indi fluuij constituit his verbis. [Ab Orientali latere fluuij remotiores ab eo ciuitates hæ. Xodrace, Sarbana, Auxumis, Ausinda.]

VIII. De iuribus Patriarchæ Alexandrini et quis sit Canonis sexti Nicæni genuinus sensus.

Hæc de Patriarchali Diœcesi Alexandrini Antistitis. Iam qua authoritate, quibusve iuribus per eam polleret scribendū est. Eum in his cum Patriarchis Romano & Antiocheno conuenisse, iuxta quorundam sententiā, innuere videntur Patres Concilij Nicæni[e]. Quid enim, aiunt, aliud sonare videtur illorū verba, nisi vt Alexandrinus Episcopus omnem habeat potestatem per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, sicut Romanus per Romanam Diœcesim, & Antiochenus per Antiochenā? Nec pauci sanè cum Canonis sensum esse ar-

a Ex Notitia anti-qua Græca.
b Athanas. Apolog. 2. [illegible]
c Ptol. lib. 4 c. 8.
d Id. lib. 7. c. 2.
e Concil. Nicæn. can. 6. Ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις, τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις.

bitrati sunt. Verùm pace horum dixerim mihi, cum Eruditissimo viro Ioanne de Launoy, aliam videri mentem Nicænorum Patrũ. Ac vt ita esse probetur, testis erit Dionysius exiguus antiquus Canonum Collector & Interpres, qui non de comparatione iurium Patriarchalium inter Romanum, Alexandrinũ, & Antiochenum Episcopos, hoc agi Canone perspicuè docet, sed de seruandis antiquis consuetudinibus, non tantùm per tres eorum Patriarchatus, verum etiam per alias prouincias, à maioribus Metropolitis administratas. Vnde sic eum verbis Latinis exposuit. [Antiqua consuetudo seruetur per Aegyptum Libyã, & Pentapolim, ita vt Alexandrinus Episcopus horũ omnium habeat potestatẽ, quia & vrbis Romæ Episcopo parilis mos est. Similiter autẽ & apud Antiochiam, cæterasque prouincias, suis priuilegia seruentur Ecclesijs.] Idem planè confirmat altera Isidori editio his verbis expressa. Mos antiquus perduret in Aegypto, Libya & Pẽtapoli, vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam quidem & Episcopo Romano parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, cæterasque Prouincias honor suus vnicuique seruetur Ecclesiæ.] Etenim quis in his non aduertit à Patribus Nicænis non propriè comparari tres Patriarchas inter se, cùm aliarum etiam Ecclesiarum, quas Patriarchalibus exæquare absurdum esset, mentio fiat: sed præcisè statui, vt antiqui mores seruentur in Alexandrina Ecclesia, sicut in Romana, & Antiochena, necnon in alijs Ecclesijs? Hinc fit, vt in varijs editionibus huic Canoni præfixus sit titulus iste; *de priuilegijs Ecclesiarum*, qui sanè haud conueniret, si comparandorum trium Patriarcharum sola mens Cõcilij fuisset. Nec incassum ab ijs editum est in Canone, quod similiter alijs sua iura seruentur Ecclesijs, cum tunc plures Metropoles iura propria ex consuetudine haberent, ac inter eas Ephesina, vt inquit Euagrius, [a] Patriarchico frueretur.

a Euag. lib. 3. c. 6. ius patria. Ἐκαλλύνετο δὲ τῷ θρόνῳ, ἀπολέσασα δὲ τὸ ἱερέων, καὶ τὸ πατριαρχικὸν δίκαιον, ὅπερ αὐτῇ ἀφῄρηται ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ.

Sed quomodo in iure ordinandorum Episcoporum, super quo Canon ille conditus est, Romanum, Alexandrinum, & Antiochenum Episcopos iusta cum ratione Concilium Nicænũ comparasset, qui in his toto cœlo discrepabant? Siquidem Romanus Episcopus in pluribus suæ Diœcesis regionibus, nequidem Metropolitas propria manu ordinabat: Alexandrinus, per totum Patriarchatum Metropolitica iura, vt probabimus, habebat; & Antiochenus quasi media inter illos iura obtinebat, hoc est maiora Romano, quantum ad hoc, licet in alijs ipso multò inferior, eique subditus esset; & minora Alexandrino. Etenim & Orientis Metropolitas propria manu ordinabat, omniumque eiusdem tractus Episcoporum electionem, priusquam ordinarentur, assensu suo firmabat: quemadmodum Innocentius primus [b] ad Alexandrum Antiochenum ait, ei scribens, vt sicut Metropolitanos authoritate ordinabat singulari, ita impedire poterat, ne absque permissu conscientiaque sua, cæteri ordinarentur Episcopi. Equidem hisce rationibus ductus haud leuiter arbitror, non tam hoc Canone comparationem fieri inter Patriarchas quoad eorum iura, quam statui vt antiqui mores licet diuersi, apud eos omnes seruentur, sicut & in alijs Ecclesijs. Nec parùm in hoc confirmor à titulo in varijs editionibus huic Canoni præfixo *de priuilegijs Ecclesiarum*, qui sanè prorsus ab eo alienus esset, si de Patriarcharum comparatione, & non de priuilegijs ex consuetudine acquisitis in illo ageretur.

b Innoc. I. epist. 18

Vt autem circa Episcoporum ordinationes, tribus his Patriarchis simile ius non conuenisse clarius dignoscatur, non pauca propria Alexandrinũ conse-

quantum esse in obseruatione positum [illegible] Inter illas [illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible] habere Metropolitanum. [illegible] [illegible] [illegible] communiter [illegible] certo [illegible] ex Nouellis Iustiniani [illegible] [illegible] Patriarchas sui Metropolitanum [illegible] Diœcesim [illegible], alios vero non, sed Patriarchum tantum. In quo consistat Metropolitani [illegible] in hoc dici, quod [illegible] qui hoc potiebatur [illegible] nullus [illegible] posset Episcopus. Id enim generaliter clarum est, aiunt Patres Concilij Nicæni. [Verum quando] præter Metropolitani sententiam fuerit factus Episcopus, hunc magna Synodus definiuit Episcopum non esse oportere.] Quod autem [illegible] statutum sit, vt nō tantum per propiam Prouinciā, sed & per omnes alias [illegible] tus sui Alexandrinus Antistes, Episcopos omnes propria manu, vel propria speciali authoritate per alios ordinaret, non paucis argumentis probabo. Quid clarius apud Synesium? & quis apud eum non obseruauit Palæbiscæ Episcopū ex hoc legitimum non esse, quod Alexandrino constitutus non fuisset? Palæbisca autem vicus erat Pentapoleos Metropolitæ Ptolemaidis subditus: ipsaque Palæbisca sicut Hydrax in Erythri Episcopi ciuitatem, Alexandrini Patriarchæ decreto redacta sunt, eodem Synesio teste. Quis eundem non legit ad Theophilum Alexandrinum scribentem post Antonij in Episcopum Olbiatis vici electionem vnum adhuc ei superesse, sacram scilicet manum eiusdem Patriarchæ Theophili, a quo vno consecrandus erat.

Sed & ordinationem ipsius Synesij Episcopi Ptolemaidis electi, ad eundem Theophilum spectasse, ipsummet Synesium [d] dicentem audiamus. [Omnino plerique epistolam hanc lecturi sunt. Nam huius potissimum eam gratia dictaui, quo manifeste omnibus constaret me onus istud recommendare, vt quicquid acciderit, & apud Deum, & apud homines culpa omni careamus: imprimisque apud Patrem Theophilum.] Et post alia: [Nolo autem sermonem de me cuiquam præbere, quasi ignotus creationem illam occupauerim, sed tanquam rei totius gnarus Deo carissimus Pater Theophilus, ac quemadmodum probe omnia norit, perspicue mihi significans ita de me deliberet. Nec enim meo me in vitæ statu persistere, aut mecum Philosophari permittet, aut iudicij de me postea ferendi, meque ex Episcoporum numero expungi locum sibi nullum relinquet.] Quid plura? nec tamen vnum huius consuetudinis testem Synesium proferam. Adhibebo quoque Socratem, qui de Athanasio Alexandriam post exilium redeunte scribens hæc ait [Athanasius per Pelusium recta Alexandriam iter capit, & in singulis ciuitatibus ad quas aduentabat docuit; in quibusdam vero Ecclesijs etiam ordinationes fecit.] Adhibebo Sozomenū [f] qui narrans quomodo Meletius ex hoc in Concilio Nicæno damnatus fuerat, quòd, vt ait Epiphanius [g], tam in carcere, quam itinere, ad quamcumque regionem, locumque peragraret, Clericos, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos instituisset, ac priuatas Ecclesias fundasset, docet huncce Meletium, ministrorum ordinationes ad Petrum solum pertinentes, sibi arripuisse. Et quis apud eumdem Sozomenum [h] non legit Theophilum Alexandrinum Patriarcham venisse Geras, quæ pusilla ciuitas Augustamnicæ Prouinciæ à Pelusio plus minus quinquaginta stadijs distat, & hortatum esse Nilammonem Monachū, quem Geritæ Ec-

d Synes. ep. 11. [illegible Greek]

f Sozom. l. 1. c. 15. [illegible Greek]

g Epiph. hær. 68. [illegible Greek]

h Sozom. l. 8. c. 19. [illegible Greek]

clesiæ suæ Antistitem elegerant, vt ordinationem a se oblatam acciperet? Adhibebo & Isidorum Pelusiotam, qui de Martiniano Presbytero sub Eusebio Pelusij Episcopo degente ad Cyrillum Alexandrinum in Epistolis scribens hæc a [a]. [Nuper quidem aurum Alexandriam præmisit, Episcopatum aucupans. Quod cum sanctitas tua comperisset, per litteras comminata est, &c.] Et paulo post. [Litteris tuis minisque contemptis ac pro nihilo habitis Alexandriam perrexit, sibi quidem Episcopatum captans, tuæ autem famæ (vt qui sacras ordinationes pecunia addicas) labem inferens.] Argumenta alia his superaddere quis non superfluum existimabit, cum ex prædictis pateat Alexandrinum Patriarcham, non tantum in prima Aegypto, sed etiam in Augustamnica & Lybia Præsules ordinasse?

Addam potius cum eruditissimo viro non tantum Episcoporum, sed etiam omnium Ecclesiæ ministrorum ordinationem ad Alexandrinum Episcopum ex antiqua consuetudine spectasse. Nec leuiter sane, cum hæc sententia valde probabilibus nitatur argumentis. Inter illa duo potissimum apud Authores historiæ Ecclesiasticæ obseruare est, vnum quidem de iure, alterum de facto. Iuris, fide dignus testis est Sozomenus [b], dum temerarios Meletij conatus describens, ait ordinationes in vniuersum ab eo factas ad Petrum Alexandrinum solum pertinuisse. Græca editio [c] habet cum in canon Episcoporum χειροτονίαν sed χειροτονίας absolute a Meletio intentatam damnet. Nec re vera Episcopos solum ordinauerat Meletius, sed etiam Presbyteros, Diaconos, aliosque Ecclesiæ ministros, vt legitur apud Epiphanium. Quod autem de facto Alexandrinus Antistes per omnes Ecclesias, Clericos quoscumque ordinaret, clare indicat Theodoretus, vel potius Epistola Concilij Nicæni apud Theodoretum, [c] cùm dicitur Concilij Patres statuisse, vt si quis ex ministris a Meletio ordinatis ad idem ministerium postea assumeretur, id non sine consensu Episcopi Alexandriæ fieret, & in quacumque Ecclesia Ægypti constitueretur, nonnisi post alios ministros ab Alexandrino Episcopo ordinatos sederet. Quis enim ex his nō infert, Alexandrinum Episcopum pro singulis & in singulis Ecclesijs ministros ordinasse? Vnde cum Theophilus Alexandrinus Dioscorum Hermopolis Episcopum ordinasset, duos in eadem Ecclesia creauit Clericos, Socrate teste [d] [Theophilus, inquit, Alexandriæ Episcopus, eos amauit plurimū, mireque coluit. Proinde vnum horum, nempe Dioscorum, quasi vi à Monasterio abstrahens Episcopum Hermopolis designauit: alios duos obsecrauit vt ætatem simul cum ipso agerent; & cum verbis ægre illis persuadere posset, authoritate tamen, vt pote Episcopus, illud facere compulit: ac primum dignitate Clericorum eos cohonestare, deinde administrationem Ecclesiæ illis concredere cœpit.]

Præterea apud Alexandrinos, inquit Sozom. [e] solus ciuitatis Episcopus docet. Aiunt tamen hanc consuetudinem non prius inoleuisse, quam ex quo Arius presbyter de doctrina differens insolitā introduceret. Nouum & illud apud eosdem Alexādrinos est, quod Episcopus dū recitatur Euangelium nō assurgat: quod apud alios vsquam fieri equidem neque comperi, neque audiui. Additurq; in actis Cōcilij Chalc. [f] omnes Aegypti Episcopos ita Patriarchæ detulisse, vt hoc vita functo quidquam decernere non auderent. Vnde

a Isid. Pelus. l. epist. ... Alexandr. ... &c.

b Sozom. l. 1. c. 15 vt supra.

c Theod. l. 1. hist. Eccl. c. 9.

d Socrat. hist. Eccl. l. 6. c. 7.

e Sozom. hist. Eccl. l. 7. c. 19.

f Act. 4. Concil. Chalced.

cùm his quidam suadere conarentur vt in Concilio Chalcedonensi, epistolæ Leonis subscriberent, necnon anathema Eutychi, eiusque erroribus denunciarent, ipsi inquit, [Dixerunt multos esse in Aegypto Episcopos, seque non posse absentium personam suscipere, rogaruntque Concilium vti expectarent suum Archiepiscopum, quo, sicut mos postulat, illius sententiæ morem gererent. Quod si ante primatis electionem aliquid transigerent, Episcopos Aegyptiacæ Diœceseos in illos impetum facturos. Cum autem multum precarentur, & Concilium illis admodum resisteret, fit sermo, vt spatium Aegyptijs Episcopis vsque eò daretur.]

Habuit etiam Alexandrinus Patriarcha ex statutis antiquorum Patrum & Conciliorum curam inuestigandæ diei, qua Pascha celebrandum erat; probaturque ex magni Leonis[a] epistola ad Marcianum Augustum his verbis: [Studuerunt itaque sancti Patres occasionem huius erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino Episcopo delegantes quoniam apud Aegyptios huius supputationis antiquitus tradita esse videbatur peritia, per quam, quãuis singulis dies prædictæ solemnitatis eueniret, sedi Apostolicæ indicaretur, vt huius scripti ad longinquiores Ecclesias iudicium generaliter percurreret.] Ad Romanum enim Pontificem spectabat, post acceptum ab Alexandrino consilium, diem Paschæ per vniuersum orbem intimare iuxta Canonem primum Arelatensis Concilij primi, quo sic patres alloquuntur Siluestrum: [Primo loco de obseruatione Paschæ Dominici, & vno die, & vno tempore per omnem orbem à nobis obseruetur, & iuxta consuetudinem, literas tu ad omnes dirigas.]

a Leo mag ep 63. ad Marcian Imp.

Nec prætermittenda est alia consuetudo Patriarcharum Alexandriæ, iuxta quam, inquit Liberatus[b], [ille qui defuncto successurus erat, excubias super defuncti corpus agebat, manumque dexteram eius capiti suo imponens à sepulto manibus suis accipiebat Beati Marci pallium colloque apponebat, & tunc legitimè sedere censebatur.]

b Liberatus in Breu. cap. 20.

IX.
QVÆ PROVINCIÆ METROPOLES ALEXANDRINÆ PATRIARCHÆ SVBDITÆ FVERINT.

De iuribus consuetudinibusque Alexandrini Patriarchæ hæc satis sint: nunc quot sub eo fuerint Ecclesiæ & Metropoles Ecclesiasticæ obseruandum est. Quamuis penes eum summa rerum Ecclesiasticarum esset per totius Ægypti prouincias, singulis tamen singuli præficiebantur Metropolitæ, qui de omnibus ad communem prouinciæ vtilitatem spectantibus sola Ministrorum ordinatione excepta, sub eiusdem Patriarchæ authoritate ordinarent. Testis erit Meletius Lycopolis in Thebaide Archiepiscopus de quo hæc ait Epiphanius[c]. [Atque ille quidem Meletius cæteris Ægypti Episcopis antecellens, secundum à Petro dignitatis locum obtinebat, vt pote illius adiutor; sed eidem tamen subiectus, & ad ipsum de causis Ecclesiasticis referens.] Testis quoq; erit Synesius[d] Lybiæ Cyrenaicæ Metropolita, qui, vt ex eius Epistolis diximus, electioni Episcopi Olbiatis hoc nomine præfuit, necnon Antonium ex maiori suffragiorum numero electum esse Theophilo Alexandrino retulit. Quot autem fuerint non facile dictu est. Decẽ iam suo tempore extitisse indicat Theodosius Iunior[e] in epistola ad Dioscorum Alexandrinum, quæ actione prima Concilij Chalcedonensis reperitur huic verba illa scribens: [Tua sanctitas sumptis secum decem reuerendissimis Metropolitis Episcopis, qui sub tua degunt Diœcesi, & alijs similiter decem Episcopis &c. Ephesum Metropolim Asiæ conuenire absque vlla dilatione

c Epiph hæres. 68. Ἐδόκει δὲ καὶ ὁ Μελήτιος τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον προεστάναι, καὶ δευτερεύων τῷ Πέτρῳ κατὰ τὴν ἀρχιεπισκοπήν, ὡς δὲ ἀντιλήψεως αὐτῷ χάριν, ὑπ' αὐτὸν δὲ ὤν, καὶ ὑπ' αὐτὸν τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἀναφέρων.

d Synes epist. 76 vt supra.

e Epist Theod. ad Dioscor. Καὶ ἡ σὴ τοίνυν θεοσέβεια παραλαβοῦσα σὺν ἑαυτῇ δέκα μητροπολίτας ἐπισκόπους τῶν ὑπὸ τὴν αὐτῆς διοίκησιν τελούντων, ἑτέρους δὲ δέκα ἐπισκόπους

festinet.] Et quamuis in sola Ægypto tot non fuerint prouinciæ Ciuiles, totidẽ tamen admittendæ in Antistitis Alexãdrini Patriarchatu videntur Ecclesiasticæ, cum singulis singuli Metropolitæ semper præfuerint. In Ciuilibus duæ Iustiniani ætate repeiiuntur Aegypti,[a] duæ item Augustamnicæ. Prima quæ consularem habuit. Secunda quæ Correctorem. Duæ item Thebaides.[c] Duæ Libyæ, & vna Arcadia, vt apud ipsum Iustinianum legitur, nec alias reperi. Totidemque fuisse in Ecclesia discere est ex antiqua Ecclesiastica Notitia Græca, quam ex Bibliotheca Regis Christianissimi dabimus, in qua numerus idem obseruatur; nimirum duæ Ægypti, duæ Augustamnicæ, duæ Thebaides, Arcadia vna, & Libyæ duæ, scilicet Pentapolis & Marmarica. In hac Alexandria Metropolis nominatur primæ Aegypti, & Cabasa secundæ. Pelusiũ Augustamnicæ primæ, & Leontus secundæ, Oxyrinchus Arcadiæ, Antinoë Thebaidis primæ, Ptolemais Thebaidis secundæ, Darnis Libyæ Marmaricæ, & Sosuza Pentapoleos. Quamuis autem, vt verum fatear, mẽda plurima in Notitiam illam irrepsisse non parum ex hoc probabile sit, quod Lycopolis procul dubio prima Metropolis Thebaidis fuerit, cùm Meletius huius Archiepiscopus bis dicatur ab Epiphanio,[d] & secundus Aegypti Antistes, necnon Ptolemais Pentapoleos, cum Synesius huius Episcopus Metropolitani munus obiret, vt superiùs obseruatum est, non tamen plures veros Metropolitas in Aegypto fuisse facilè crediderim, quandoquidem prouinciarum Ecclesiasticarum numerus nunquam contractus, sed semper posterioribus sæculis vbique auctus videatur. Quod si alios præter hos Metropolitas extitisse ex Nouella Theodosij cõtendas, Archiepiscopũ Aethiopiæ decimum recensendum esse dicam, & non paucos honorarios; ideò Metropolitas dictos, quod in Metropolibus Ciuilibus præfecturarum sederent, vt sæpius in Patriarchatu Constantinopolitano & alijs accidisse diximus.

a Nouella 8. & Edicto 14.
b Nouella 8.
c Edicto 13. Iustiniani, cap. 22.
d Epiphan. hær. 68. vt supra.

Cur verò tã paucæ Metropoles prouinciæque Ecclesiasticæ in hoc Patriarchatu fuerint, & cur Ecclesia ipsa tam angustis limitibus arctata manserit, si quæras; vnam aut alteram rationem assignabimus. Prima est, quod mirum in modum Aegyptij superstitionibus Gentilitijs addicti essent, & nonnisi magno cum labore ad fidem Christianam conuerti potuerint. Patet ex Notitia antiqua[e] Græca, Constantij tẽporibus vt volunt facta, in qua hæc de Alexãdria leguntur. [Dij quoque coluntur eximiè, & tẽplum Serapis ibi est, quod quidẽ singulare est toto orbe visu spectabile opus: nullibi quippe terrarum talem aut structuram, aut templi dispositionem, aut cultus inuenire est, quin huic principatus debetur.] Et infrà. [Diuina, inquã, quo à Dijs desumpto elogio nullũ maius puto: sanè enim cum ibi, vt antea diximus, bene Deos colãt, visui maxima quæque offerunt. Etenim omnia fana & templa vndique exornata sunt: Neocori etiam, vt Sacerdotes & ministri, & Aruspices, & Adoratores, & optimi Vates apud eos abundant: sed & omnia ritè fiunt: quare inuenias ibi aras semper igne splendentes, & sacrificiis thureque plenas: serta etiam & thuribula aromatibus plena sacrum ritum spirantia.] Et quis apud Ciceronem[f] hæc non obseruauit? [Aegyptiorum, inquit, morem quis ignorat? quorum imbutæ mẽtes prauitatis erroribus, quamuis Carnificinam priùs subierint, quã Ibim aut Aspidem, aut Felem, aut Crocodilũ violent.] Tantus adhuc illis erat Constantij ætate zelus pro suis delubris, vt cùm Imperator

e Notitia antiqua Græca.
f Thuscul. quæst. lib. 5.

perator ille locum Christianis pro ædificanda Ecclesia addixisset, in quo Gentilium mysteria recondebantur, Gentiles, ait Socrates, [a] Alexandriæ degentes impetum facere cœperint, hos gladiis, illos fustibus, aliosque lapidibus vsque ad necem cædentes, Georgiumque Episcopum ab Ecclesia raptum ad Camelum alligarint, discerpserintque, & ipsum vnà cum bestia combusserint. Nec minor fuit sub Valentiniano iuniore & Theodosio, cùm iussu Imperatorum Patriarcha simulachra Deorum diruit, vt narrat idem Socrates. [b] Nam ex communi (inquit) consensu omnes vno impetu in Christianos ruere, cædem cuiusque modi illis inferre cœperunt: Christiani se defendère: malum malo additum: pugna vsque eo creuit, quo ad cædis faciendæ satietate tumultus sedaretur. Interierunt in ea dimicatione pauci Gentilium, Christianorum permulti, ex vtraque parte sauciati pene innumerabiles. Hæc autem cum essent, vix per sexcentos annos Ecclesia Aegyptiaca crescere potuit, & nouas sedes Episcopales instituere. Post hæc Heraclio imperante, anno scilicet Christi 634. Saraceni Aegyptum sub tributo reddidere inquit Theophanes, [c] in Saracenicis, & ab hoc tempore Ecclesia graues passa est iniurias: tantum abest, vt nouas sedes Episcopales aut Metropoles erigere potuerit. Altera ratio est ingens numerus Iudæorum in Aegypto degentium, & quasi innatum Aegyptiis in ipsos odiũ. Cùm enim Ecclesia Alexandrina à Marco ex Iudæis potius, (quorum decies centena millia hoc ipso tempore Aegyptum habitasse scribit Philo [d]) quàm ex Aegyptiis caoćta esset, Ægyptijque Iudæis, à quibus solis vt vicinis aut accolis edoceri poterant, semper infensi fuerint, eodem Philone [e] teste, adeo vt Marcum ipsum Iudæum varijs affecerint contumelijs, tandemque crudeliter necarint, vix ad Christi fidem ferendaque Ecclesiæ incrementa adduci valuerunt.

Porro quæ sub antedictis Metropolibus sedes essent Episcopales deinceps narrandum est, si tamen priùs Patriarcharum Alexandrinorum, qui per huius Notitiæ tempora degerunt, ex historiæ Ecclesiasticæ scriptoribus nomina retulerimus.

a Socrates li. 3. c. 2. [illegible], &c.
b Idem li. 5. cap. 16. [illegible], &c.
c Theoph. Chron.
d Philo, li. in Flaccum. [illegible], &c.
e Idem eodem lib. [illegible]

ALEXANDRINORVM
PATRIARCHARVM SERIES
ex authoribus historiæ Ecclesiasticæ.

Aiunt *Marcum* primùm in Ægyptum traiecisse, & Euangelium quod ipse conscripserat, illic prædicasse, primumque Ecclesiarum Alexandriæ institutarum authorem extitisse, atque tanta hominum & mulierum fidem Christi amplexantium ex prima aggressione & conatu, per graue in primis sanctum & seuerum eius viuendi exemplum ibi cogebatur multitudo, vt Philo ipse eorum studia, exercitationes, mores, frequentes congressus, communem inter ipsos victus rationem, omnem denique viuendi institutionem, suis scriptis persequi operæ pretium existimarit. Euseb. Hist. Eccl. lib. 2. cap. 15.

Quarto anno Domitiani, *Anianus* primus Ecclesiæ Alexandrinæ præ- Idem lib. 3. cap. 14.

fuit, qui, cùm annos viginti duos in eo munere compleuiſſet, exijt è vita.

Euſeb. Hiſt. Eccl. lib. 3. cap. 21. In cuius locum ſuffectus eſt *Abilius.*

Id. lib. 3. cap. 16. Primo [Neruæ] anno cum Abilius decem & tres annos Eccleſiæ Alexandrinæ præfuiſſet, *Cerdo* eo dignitatis gradu potitus eſt.

Id. lib. 4 cap. 1. Annum circiter duodecimum imperij Traiani, Epiſcopus Eccleſiæ Alexandrinæ, cuius paulo ante feci mentionem, vitam cum morte commutat, ac quidam nomine *Primus* ab Apoſtolis ſucceſſione quartus, miniſterium Eccleſiæ illius ſortitò capit.

Id. ibid. cap. 4. Anno 3. Imperij Adriani Primus. Alexandriæ Epiſcopus cum 12. annos illi Eccleſiæ præfuiſſet morte occumbit.

Id. ibid Quem ſequutus eſt *Iuſtus.*

Id. ibid. cap. 5. *Eumenes*, ſimul atque Iuſtus, qui ante illum id muneris fuiſſet executus, vndecim annos in Epiſcopatu tranſegerat, ad Eccleſiam Alexandriæ moderandam ſextus ordine deſignatus eſt.

Idem lib. 4. cap. 10. Apud Alexandriam, vbi Eumenes decem & tres annos integros adminiſtrationis ſuæ compleuerat, *Marcus* Paſtor & Epiſcopus declaratur: qui decem annos eo munere perfunctus, mortem obit, &

Id. ibid. *Celadion* Alexandrinæ Eccleſiæ ſuſcipit gubernationem.

Ibid. cap. 18. Vbi Celadion quatuordecim annis Eccleſiam Alexandrinam procurauerat, *Agrippa* (qui & Agrippinus dictus eſt) eam capeſſit.

Id. lib 5. cap. 9. Primo anno regni, Commodi, vbi duodecim annis Agrippinus fuiſſet Alexandriæ Epiſcopatu perfunctus, *Iulianus* in eius locum ſurrogatus eſt.

Ibid cap. 21. an. 10. Commodi. Vbi Iulianus decimum miniſterij ſui annum compleuerat, Eccleſiarum Alexandriæ procurationem capeſſit *Demetrius*

Id. lib. 6. cap. 3. ſub Seuero. *Heraclas* cum præclarum vitæ, diuinæ ſapientiæ ſtudio addictæ, & piæ exercitationis ſpecimen dediſſet, poſt Demetrium Alexandriæ Epiſcopatu donatus eſt.

Ibid. cap. 18. Cum Heraclas miniſterium Eccleſiæ Alexandrinæ vndecim annis executus, è vita deceſſit, eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopatum obtinuit *Dionyſius.*

Id. lib. 7. cap. 22. Dionyſius, cum iam decem & ſeptem annis Epiſcopatum Alexandriæ adminiſtraſſet, duodecimo anno Imperij Galieni moritur: huic ſucceſſit *Maximus.*

Ibid. cap. 26. ſub Diocletiano. Poſtquam Maximus decem & octo annos Epiſcopatu Alexandriæ poſt mortem Dionyſij fuerat perfunctus, *Theonas* eius potitur loco.

Ibidem. Poſt Theonam, cum decem & nouem annis Eccleſiam adminiſtraſſet, in Epiſcopatum Alexandriæ ſuccedit *Petrus.*

Socrat. hiſt. Eccl. lib. 1. cap. 5. Alexandriæ, poſt Petrum illius Eccleſiæ Epiſcopum, qui Diocletiano regnante martyrio occubuerat, *Achyllas* capeſſit Epiſcopatum.

Ibid. Quo mortuo, *Alexander* Epiſcopus delectus eſt:

Id. ibid cap. 11. ſub Conſtantino. Non multo poſt, Alexandro Alexandriæ Epiſcopo mortuo, illi Eccleſiæ præficitur *Athanaſius*: qui multoties hæreticorum inuidia in exilium pulſus, multoties in ſedem Alexandrinam irrumpentes hæreticos ferre coactus eſt.

Id. lib. 2. cap. 6. Dum falſa criminatio Athanaſio illata eſt, *Euſebium* cognomento Emiſenum Epiſcopum Alexandriæ deligunt.

Id. ibid. cap 7. Cumque Euſebius Antiochiæ eſſet Epiſcopus Alexandriæ delectus, & eò proficiſci extimeſceret, *Gregorio* illum Epiſcopatus gradum deferunt.

Gregorius, ab ipsis Alexandrinis cæsus occubuit. Constantius interim iubet D. Athanasium, non exilio solum, sed morte mulctari, & *Georgio* lupo alteri illarum ouium grex commissa est: qui maiorem in eas crudelitatem quam quisquam lupus, aut vrsus, aut pardus in oues exercere solet, exercuit.

Athanasius vero fuga elapsus ad Imperium Iuliani, apud quandam sacratam virginem in ipsa vrbe Alexandria latitauit, sed nunciata Constantij morte, noctu in Alexandrina Ecclesia visus est. Quæ res omnibus permagnam ideo admirationem excitabat, quod adeo repente præter expectationem omnium acciderat. Populus autem Alexandrinus maximo ob hanc rem exultans gaudio, Ecclesias illi reddidit. Quare Ariani inde eiecti, priuatis in ædibus separatim conuentus egerunt: atque *Lucium* pro Georgio, suæ hæresis Episcopum designarunt. Siquidem Georgius iam casu fuerat interfectus.

Athanasius verò post multa pro Ecclesia confecta certamina, cum Episcopatum quadraginta sex annos, non absque multis grauibusque periculis administrasset, decessit e vita, Gratiano II. & Probo consulibus: *Petrumque*, virum valde pium & eximium, reliquit successorem. Socrat. hist. Eccl. lib. 4. cap. ...

Quem primum B. Athanasius suo suffragio designarat: eiusque electioni ab omnibus tam Sacerdotibus quam Magistratibus assensum est. Populus quoque vniuersus acclamationibus, quantū lętitiæ percepisset, demōstrauit. Theod. hist. Eccl. lib. 4. cap. 18

Ariani Petrum comprehensum, in custodiam tradunt: & alijs clericis, alio in alium amandatis, *Lucium* in sede Episcopali collocant. Socrat. eiusd. hist. lib. 4. cap. 16.

Populus litteris Damasi, Petri creationem firmantibus, confisus expellit Lucium: *Petrum* autem in eius locum introducit. Lucius itaque sine mora Constantinopolim traijcit. Petrus ad exiguum tempus vitam protrahens, moritur. successorem fratrem suum *Timotheum* relinquit. Id. ibid. cap. 30.

Timotheo successit *Theophilus*, vir cùm summa prudentia, cum animo valde excelso præditus, cuius opera vrbs Alexandria errore in simulachris colendis liberata est. Theod. hist. Eccl. lib. 5 cap. 22.

Cyrillus, filius sororis Theophili Alexandriæ Episcopi, fuit auunculi in eo præsulatu successor. Id. ibid. cap. 35.

Dioscorus, in Alexandriæ Episcopatum post Cyrillum successit. Euagr. hist. Eccl. lib. 2. cap. 10

Dioscorus ad Gangrenam vrbem Paphlagoniæ incolendam condemnatus, & *Proterius* communibus Concilij suffragijs ad Episcopatum Alexandriæ gerendum delectus fuit. Sozom. eiusd. hist. lib. 2. cap. 5.

Proterio sanctissimo Episcopatus munere, vt moris est, persungēte, *Timotheus* (*Ælurus*) assumptis sibi duobus Episcopis dignitate Episcopali abdicatis, & Clericis itidem exilio mulctatis, a duobus illorū creatur Episcopus, nullo omnino Episcoporum Orthodoxorum ex diœcesi Ægyptiaca, sicut in creando Episcopo Alexandrino fieri solet, præsente: & ita cathedram Archiepiscopatus, sicut ipse putabat, obtinet. Beatus ille Proterius nihil aliud facere poterat, quam dare locum iræ, sicut scriptum est, & quò impetum eorum, qui ad necem illi inferendam accurrebant, effugeret, ad venerandum se recipere baptisterium: quem locum maxime omnium etiam barbari & agrestes homines, qui sacratum eius decus & gratiam inde emanantem, penitus ignorant, violare extimescunt. At isti tamen, qui propositum ab initio Timotheo consilium reipsa perficere nitebantur, ne in puris & inuiolatis Euagr. hist. Eccl. lib. 2. cap. 8. Ibid.

Turcis dicitur, & *Aleſſandria* Italis. *Alexander* Alexandriæ Antiſtes ſubſcripſit Concilio Nicæno 1. *Timotheus* Conſtantinopolitano primo, & *Cyrillus* Epheſino.

HERMOPOLIS parua Notitiæ antiquæ Græcæ. *Dracontius* eius Epiſcopus dicitur apud Athanaſ. in epiſtola ad Antiochenſes, & *Eſaias* Concilio Chalcedonenſi ſubſcripſit.

METELIS Ptol. ibid. *Roſetto* Italis, & *Raſchit* Turcis, *Macarius* Metelitarum Antiſtes ſubſcripſit Concilio Epheſino.

COPRITHIS Notitiæ antiquæ Græcæ, vulgò *Cana*. *Siluanus* Epiſcopus Coprithidis in eodem Concilio legitur.

SAIS Ptol. vbi ſupra, vulgò *Sahid*. *Adelphius* Epiſcopus Saenſis eidem Conc. ſubſcripſit, & *Paphnutius* Saeωs apud D. Athanaſium in epiſt. ad Antiochenſes legitur.

LETVS Ptol. ibid. quæ Latonæ ciuitas Interpretibus, & Latopolis lib. Conciliorum, *Derote* hodie dicitur. *Ioannes* Epiſcopus Latopoleωs in Concilio Chalcedonenſi nominatur.

NAVCRATIS Ptol. ibid. Naucratia dictæ Notitiæ. *Arpocration* Epiſcopus Naucratiæ in Concilio Nicæno legitur, & *Eſaias* in Chalcedonenſi.

ANDROPOLIS Ptol. ibid. quæ Andromena, vt arbitror, Diuo Athanaſio in Epiſt. ad Antioch. in qua *Zoilum* eius Epiſcopum legere eſt.

NICIVM Ptol. vbi ſupra, vulgò *Fuoa*. *Pulſaminon* Niciotorum ciuitatis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Chalcedonenſi.

ONVPHIS Ptol. ibid. *Adelphius* Epiſcopus Onupheos in Concilio Chalcedonenſi legitur.

TAVA Ptol. ibid. *Iſaac* Epiſcopus Tauæ eidem Concilio ſubſcripſit.

CLEOPATRIS Notitiæ antiquæ Græcæ. *Alexander* Epiſcopus Cleopatridis Concilio Epheſino interfuit, & *Theophilus* Chalcedonenſi.

MAREOTIS dictæ Notitæ antiquæ. *Iſchyras* Epiſcopus Mareotis legitur apud Socratem lib. 2. cap. 16.

MENELAI ciuitas Canobus Ptol. ibid. *Agathodemon* Epiſcopus Schediæ & Menela in epiſt. D. Athanaſij ad Antiochenos vocatur.

SHEDIA Notitiæ antiquæ Græcæ & Straboni lib. 17. quibuſdam *Raſchit*. *Atlas* Epiſcopus Shediæ ſubſcripſit Concilio Nicæno inter Epiſc. Thebaides, ſed mendoſe; & *Agathodemon* Schediæ & Menelaiti Antiſtes, dicitur apud D. Athanaſium in epiſtola modo citata.

PHTHENOTI nomus Ptol. ibid. *Heraclius* Phthenetenſis in actis Concil. Chalced. legitur, & *Pininuthes* Phthenegi apud D. Athanaſ. in Breuiario Meletij huius forſan Antiſtes fuit.

NITRIA Nicephoro Calixto lib. 11. cap. 30. *Iſidorus* Nitriæ Epiſcopus legitur in epiſt. 27. D. Hieronymi.

AVGVSTAMNICA PRIMA.

PELVSIVM Ptol. lib. 4. cap. 5. Metropolis Auguſtamnicæ 1. eſt in Notitia antiqua. *Dorotheus* Peluſianus Antiſtes adfuit Concilio Nicæno 1. & *Pancratius* Sirmienſi apud Socratem hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 24.

SETHRÆTES Notitiæ antiquæ Nomus eſt Ptol. cuius Metropolis Her-

culis parua ciuitas est. *Theon* Herculis Sethræti Episc. Conc. Eph. subscripsit.

TANIS Ptol. ibid. *Tanes* adhuc dicta. *Paulus* Episcopus Taneos in Consilio Chalcedonensi dicitur, & *Hermion* in epistola D. Athanasij ad Antiochenses.

THMVIS Ptol. ibid. *Aristobulus* Episcopus Thmuecos in Conc. Ephesino legitur, & *Serapion* apud Sozomenum histor. Eccles. lib. 3. cap. 13.

RHINOCORVRA Ptol. ibid. *Hermogenes* Episcopus *Rhinocorura* Concilio Ephesino subscriptus est, & *Melanis* memoria est apud Sozomenum in hist. Eccles. lib. 6. cap. 31.

OSTRACINA Ptol. ibid. vulgò *Stragioni*. *Abraham* Episcopus Ostracinæ in Concilio Ephesino nominatur.

PHACVSA Ptol. ibid. *Moyses* eius Episcopus dicitur apud D. Athanasium in Breuiario Meletij.

CASSIVM Ptol. ibid. *Lampetius* Episcopus Cassij in Augustamnica, Concilio Ephesino subscripsit.

APHNÆVM lib. Conciliorum, fortè Daphnis Antonini in Itiner. non longè à Pelusio, pro qua Apthæum mendosè in dicta Notitia. *Hieraces* Aphnæitarum Episcopus dicitur in subscriptionibus Concilij Ephesini.

HEPHÆSTVS dictæ Notitiæ antiquæ. *Joannes* Episcopus Hephæsti in Augustamnica Concilio Ephesino interfuit.

PANÆPHYSVS Ptol. ibid. *Philippus* Panæphysi Antistes subscripsit Concilio Nicæno, & *Ammonius* Ephesino.

GERRVM Ptol. ibid. seu Gerus dictæ Notitiæ, vnde Geritæ Populi. *Stephani* Episcopi Geritarum seu Geruntis meminit Conciliũ Chalcedonense.

THENNESVS eidem Notitiæ, & lib. Conciliorum. *Heron* Episcopus Thennesi Concilio Chalcedonensi interfuit.

SELA Ciuitas Augustamnicæ Concilio Ephesino, cui *Alipius* eius Antistes subscripsit. Sila dicitur Antonino.

AVGVSTAMNICA SECVNDA.

LEONTOPOLIS seu Leonum Ciuitas Ptol. vbi suprà, Metropolis dicitur in dicta Notitia antiqua. *Metrodorus* Leontorum Episcopus subscripsit Concilio Ephesino, & *Ianuarius* Chalcedonensi.

ATRIBIS Ptolem. ibidem, mendosè Atreces Notitiæ antiquæ *Strategius* Episcopus Atribidis Augustamnicæ dicitur in actibus Concilij Ephesini.

ONII Ptolem. ibid. D. Athanasio Ilium, ciuitas Episcopalis, cuius in Breuiario Meletij meminit, *Melam* eius Episcopum nominans.

BABYLON Ptolem. ibid. *Cyrus* Babylonis Episcopus in actibus Ephesinis act. 1. Concilij Chalcedonensis legitur.

BVBASTVS Ptol. ibid. hodie *Azioth*. *Malchi* Bubasti Episcopi memoria est in Concilio Chalcedonensi.

PHARBÆTHVS Ptolem. ibid. *Alberion* Pharbæthi Episcopus subscripsit Concilio Nicæno.

HELIOPOLIS Ptol. ibid. hodie *Bethsemes*. *Marinus* Heliopolis Antistes in actis Concilij Ephesini legitur.

SCENÆ Mandrorum Antonino. *Petrus* Scinorum Mandrorum præsul in actis Chalcedonensibus legitur parte 3.

THOV Antonino inter Pelusium & Memphim. *Athanasius* Episcopus Thoitorum in Epist. Episcoporum Ægypti ad Leonem Imperatorem legitur.

ANTITHOV Tom. 2. Concil. *Apollo* Episcopus Antithorum in eadem est epistola.

PROVINCIA SECVNDA ÆGYPTI.

CABASA Ptol. lib. 4. cap. 5. hodie *Thebasse* prima inter Ægypti secundæ ciuitates recensetur in dicta Notitia antiqua. *Theopemptus* Cabasorum Antistes in Concilio Ephesino reperitur, & *Macarius* in Chalcedonensi.

PHRAGONEA eidem Notitiæ. *Paulus* Episcopus Phragoneæ in Concilio Ephesino legitur, & *Agatho* apud D. Athanasium in epist. ad Antiochenses.

PACHNEMVNIS Ptol. vbi supra. D. Athanasio ciuitas Ægypti, cuius *Ammonium* Episcopum nominat in epist. ad Antioch. quem non toti Elearchiæ præfuisse vult, cùm eius pars altera Episcopo Schædiæ & Menelaiti subesset.

ELEARCHIA Ciuitas Ægypti dicitur in Concilio Chalcedonensi act. 1. & in dicta Notitia. Regionem tamen fuisse ex hoc conijcio quod ad plures sedes Episcopales pertinuerit. *Agatho* Phragoneos & Elearchiæ Episcopus dicitur apud D. Athanasium in epist. ad Antioch. & *Isaac* Elearchiæ Præsul Concilio Ephesino subscripsit.

DIOSPOLIS dictæ Notitiæ. *Apollonius* Episcopus huius forte Diospoleos Concil. Constantinop. generali 5. interfuit.

SEBENNYTHVS Ptol. ibid. & Notitiæ. *Ausonius* Episcopus Sebennythi dicitur in Concilio Chalcedonensi.

CYNVS dictæ Notitiæ, & Straboni lib. 17. in Busiritica Præfectura. *Sergius* Episcopus Cyni, seu Cynopoleos Concilio Constantinopolitano generali 5. interfuit, & *Philumenus* Chalcedonensi.

BVSYRIS Ptol. ibid. vulgò *Bosirè*. *Hermeon* in Cyno & Busiride Episcopus apud D. Athanasium in Breuiario Meletij legitur, & *Athanasius* in Concilio Chalcedonensi.

PARALVS dictæ Notitiæ antiquæ, *Paralium* libro Conciliorum. *Athanasius* Episcopus Paralij Concilio Ephesino inter Ægypti Episcopos numeratur.

XOES Ptolem. ibid. dictæque Notitiæ. *Macedonius* Episcopus Xoensis Concilio Ephesino interfuit.

BVTVS Ptolem. ibidem. *Ammon*, Buti Episcopus subscripsit Concilio Ephesino.

HIPSELE Ptol. ibid. *Arsenius* Hipseles Episcopus dicitur ex Arsenij epistola ad D. Athanasium, in huius operibus.

APOLLINIS ciuitas parua Ptol. ibid. vulgò *Munsia. Pabisco* Apollinis Antistes in Conc. Ephesino reperitur: sed an magnæ, quæ Thebaidis secundæ est in Notitia, vel paruæ sit, non dicam.

ANTÆVM Ptol. ibid. *Macarius* Antæi Episcopus, eid. Conc. subscripsit.

PANOPOLIS Ptol. ibid. *Sabini* Panis, seu Panopolis memoria est in eodem Concilio.

PROVINCIA THEBAIDIS SECVNDÆ.

PTOLEMAIS Hermij Ptolemæo lib. 4. cap. 5. Metropolis est huius prouinciæ in dicta Notitia. *Ammonius* Ptolemaidis, & Diospolis Episcopus dicitur apud D. Athanas. in Breuiario Meletij, & *Euoptius* eiusdem sedis fortè est Antistes, qui legitur in Concilio Ephesino.

THIS Stephano Thebaidis ciuit. in Thinite Nomo. vt credibile est, seu Thinis Tom. 1. Conc. *Heraclius* Thineos Episc. in Conc. Ephesino legitur.

COPTVS Ptol. ib. *Phœbamnon* Copti Antistes Conc. Ephes. subscripsit.

TENTYRA Ptol. vbi suprà. *Photinus* Tentyræ Episcopus Concilio Chalcedonensi adfuit, & ante eum *Tiberius* Nicæno.

MAXIMIANOPOLIS Notitiæ dictæ. *Pachymes* eius Episcopus dicitur & Tentyræ apud D. Athanas. in Breuiario Meletij.

LATOPOLIS Ptol. ibid. *Paulus* Latopoleos Episcopus dicitur à D. Athanasio in Breuiario Meletij ad Alexand. An alterius eiusdem nominis nescio.

HERMONTHES dictæ Notitiæ. *Cales* Episcopus Hermetis legitur apud D. Athanasium in Breuiario Meletij forte pro Hermonthis.

THEBAIS magna dictæ Notitiæ, quæ Iouis magna ciuitas dicitur Ptol. vbi supra *Marochius* Episcopus Thebaïdis magnæ seu Diospolis magnæ subscripsit Concilio Constantinopolitano generali quinto.

THERENVNTHIS Tom. 1. Conc. Terenuthis Steph. dictæ Notitiæ Trimuntis sed mendosè. *Eulogius* Episc. Terenunthidis Conc. Ephes. interfuit.

PHYLÆ Ptol. ibid. *Marci* Phylorum Antistitis sermo est apud D. Athanasium in epistola ad Antiochenses.

THOI Ptol. ibid. *Athanasius* Episcopus Thoicenæ ciuitatis subscripsit epistolæ Antistitum Ægypti ad Leonem.

OMBI Ptol. ibidem. *Syluanus* eius Episcopus, dicitur apud Theophilum epist. 1. Paschali.

TATHYRIS Ptol. ibid. *Ammonius* Tathyridis Episcopus dicitur apud D. Athanasium, vt superiùs annotatum est.

DIOSPOLIS parua Ptolem. ibidem. *Ammonij* Episcopi Diospolis paruæ meminit D. Athanas. in Breuiario Meletij.

PROVINCIA LYBIÆ PENTAPOLEOS.

PTOLEMAIS Ptol. lib. 4. cap. 4. hodie *Tolometta* metropolis est apud *Synesium* huius Præsulem in epist. 76. *Secundus* eiusdem Sedis Antistes dicitur apud Sozomen. lib. 1. hist. cap. 20.

SOZVSA Notitiæ antiquæ & Epiphanio vrbs Pentapolis, qui huius Episcopum *Heliodorum* nominat.

LEMANDVS Anton. *Heron* eius Antistes est in epist. 1. Pasch. Theophili.

CYRENE Ptol. ibid. *Ruffus* Cyrenensis Episcopus dicitur in act. Ephes. qui in Chalced. extant.

TEVCHYRA Ptol. ibid. *Zenon* Teuchyræ seu Arsinoës Præsul in Concilio Ephesino reperitur.

BERENICE Ptol. ibid. vulgò *Bernich. Dathes* Episcopus Berenices in Concilio Nicæno dicitur.

TICELIA libro Conciliorum. *Theodulus* Episcopus Ticeliæ Pentapoleos subscripsit Concilio Chalcedonensi.

APTVCHI FANVM Ptol. ibid. *Lungifarié* Incolis *Fœlix* Episcopus Aptuchi legitur in Concilio Romano sub Melchiade.

ERYTHRA Tom. 2. Concil. Erythron Ptol. ibid. vulgò *Furcelli. Theophilus* Episcopus Erythræ Conc. Chalcedonensi adfuit.

BARCE Ptol. ibid. *Zephyrij* Barces Episcopi meminit Concilium Nicænum, & *Zenobius* eiusdem sedis Antistes subscripsit Concilio Ephesino.

HYDRAX Synesio epist. 67. ad Theophilum, qui Ciuit. Episcopalem fuisse asserit, & postea sub Episcopo Erythræ redactam.

DISTHIS Tom. 2. Conciliorum, fortè Thintis Ptolemæi vbi sup. *Samuel* Episcopus Distheos Concilio Ephesino subscripsit.

PALEBISCA vicus Pentapoleos Synesio in dicta epistola, apud quem *Paulus* studio populi desideratus Episcopus dicitur.

OLBIA Synesio epist 76. qui *Antonium* huius Episcopum electum fuisse ad Theophilum Alexandrinum scribit.

PROVINCIA ALTERIVS LIBYÆ.

DARNIS Ptol. lib. 4. cap. 4. Libyæ secundæ Metropolis in dicta Notitia vocatur. *Daniel* Episcopus Darnis subscripsit Concilio Ephesino.

PARÆTONIVM Ptol. ibid. hodie *Portoraffo*, alijs *Borton. Caius* ex Parætonio proximo Libyæ Episcopus apud D. Athanasium in epist. ad Antiochenses legitur, & *Titus* Parætonij Antistes Concilio Nicæno subscripsit.

ANTIPYRGVS Ptol. ibid. vulgò *Lucho. Æmiliani* Antipyrgi Antistitis meminit Concilium Constantinop. generale quintum.

ANTIPHRA Ptol. ibid. *Serapion* eius sedis Præsul subscripsit Conc. Nic.

MARMARICA dictæ Notitiæ, nunc *Barcha. Theonas* Arianus Marmaricæ dicitur Episcopus apud Socratem lib. 1. cap. 6.

ZAGYLIS Ptol. ibid. vulgò *Cazales. Philocalus* Zagyli Episcopus dicitur in actibus Ephesinis qui in Chalcedonensibus extant.

ZYGRIS Ptolem. ibidem. *Marcum* eius Ciuitatis Episcopum habet D. Athanas. in epistola ad Antiochenses.


Episcopatus incertæ positionis in Ægypto.

Theonas Vantenæ in epist. Episcoporum Ægypti ad Leonem.
Harpocras Gauæorum ibidem.
Nestor Flagonitorum ibidem.
Maurion Cotenopolis ibidem.
Maximus Gazulæ ibidem.
Poemen Elesmatis ibidem, nisi legas Clismatis.
Ioannes Psynchi in Concilio Chalcedonensi.



PATRIARCHATVS ANTIOCHENVS SIVE ORIENTIS.

LIBER VNDECIMVS.



ORientis nomine Prouincias illas veteres Romani designarunt, quæ præ cæteris totius Imperij maximè Orientales erant; quæque in ciuilibus à Comite Orientis regebantur, de quo hæc Notitia Imperij. I. ORIENTIS DESCRIPTIO ET DIVISIO.

Sub dispositione Comitis Orientis, Prouinciæ infrascriptæ.

Palæstina, Phœnice, Syria, Cyprus, Cilicia prima, Palæstina secunda, Palæstina Salutaris, Phœnice Libani, Euphratensis, Syria Salutaris, Osrhoëna, Mesopotamia, Cilicia secunda, Isauria, Arabia.

Antiocheno Patriarchæ subiectas descripturi, tres Palæstinas omittimus, cùm huic ablatæ fuerint, & pro Diœcesi Hierosolymitana assignatæ. At quod ad cæterarum Notitiam pertinet, eas tot numero primis temporibus hacce in Regione non fuisse imprimis ex Ptolemæo [a] videtur obseruandum, sed quinque tantum, nimirum Ciliciam, Syriam, Mesopotamiam, Arabiam & Cyprum, ex quibus postea duodecim factæ sunt. Vna prius Cilicia fuit, quæ tandem in duas diuisa est, nec non intra suos limites Isauriæ ortum dedit. Item vnica Syria, quæ postea diuisa est in Syriam primam, Syriam Salutarem, vtramque Phœniciam, & Euphratensem seu Comagenam; sicut Osrhoëna ex Mesopotamiæ parte constituta dicitur: quibus Arabia & Cyprus additæ duodenarium numerum conficiunt. Singularum autem termini sic describi possunt.

[a] Ptolem. lib. 5. cap. 8, 15, 17, &c.

Isauria, quæ olim erat pars Ciliciæ, habet ab Occasu Pamphyliam, à Septentrione Lycaoniam & Taurum montem, ab Ortu Ciliciam primam, & mare Cyprium à Meridie.

Cilicia prima Campestris & Trachæa dicta terminatur ab Occasu Isauria, à Septentrione Tauro monte, ab Ortu altera Cilicia, à Meridie mari Cyprio.

Ciliciæ secundæ limites sunt ab Occasu Thrachæa, à Septentrione Taurus, ab Ortu Comagena, & à Meridie sinus Issicus.

Euphratensis seu Syria Comagena ad Euphratem porrigitur, habetque

ab ortu Euphratem & Syriam salutarem, ab occasu Syriam primam; & à Septentrione Taurum & Euphratem.

Syria olim Tetrapolis dicta est à quatuor præclaris vrbibus in ea sitis, Antiochia, Laodicea, Apamea, & Seleucia, sed nunc quæ dicitur prima angustior est: Amano monte clauditur à Septentrione, mari Syriaco ab Occasu, Comagena ab Ortu, & Phœnicia à Meridie.

Syria salutaris, quæ & Palmyrena dicitur, habet à Septentrione Euphratem, ab Ortu Arabiam desertam, à Meridie Arabiam petræam, ab Occasu Euphratensem, Phœniciam, & Palæstinam.

Phœnicia Libani incipiens à monte Libano habet ab Occasu Phœniciam, à Septentrione Syriam primam, ab Ortu Syriam Salutarem à Meridie Palæstinam.

Phœniciæ alterius fines sunt ab ortu Phœnicia Libani & fons Eleutherus, à Septentrione Syria, ab Occasu mare Syriacum, & à Meridie Ptolemais & Palæstina prima.

Mesopotamia inter Tygrim & Euphratem sita est, habetque à Meridie Euphratem, quo ab Arabia deserta separatur, ab Ortu eumdem Euphratem, quo à Babilonia diuiditur, & à Septentrione Tygrim, qui eam ab Assyria diuidit, & ab Occasu Osrhoënam.

Osrhoëna verò, quæ olim Adiabena dicebatur, inter Amanum & Masium montes sita finitur ab Ortu Mesopotamia, cuius olim erat pars, à Meridie verò Euphrate & Palmyrena.

a Ptol lib. 5 c. 14.

II. De Magistratibus Provincias Orientis administrantibus.

Cyprus, inquit Ptolemæus[a], quaquaversus Pelago terminatur, est enim Insula; ab Occasu Pamphyliam respicit, à Meridie habet mare Ægyptiacum, ab Oriente Syriacum, & à Septentrione angustum Ciliciæ fretum.

Restat Arabia, petræa scilicet, quæ sola Romanis parebat, claudebaturque à Septentrione Syria salutari & Ægypto, à Meridie mari rubro & Arabia fœlice, & ab Ortu Arabia deserta.

b Leg 24 Cod. de pœnis. & l. 12. Cod. Theod. de Decurionibus.

c Zosim. lib. 5 hist. [illegible]

Hæ omnes, inquam, Prouinciæ à Comite Orientis regebantur qui Præfecti Prætorio Vicarius erat, vt in Codice[b] dicitur, & cuius authoritas ea fuit, inquit Zosimus[c], vt omnibus Prouincias Orie̅tis administrantibus præesset, & quæcumque non agebantur, vt par erat, corrigeret. Ex his quatuor Co̅sulares erant, sex præsidiales, & duæ perfectissimis duobus subditæ. Quatuor Consulares fuere, Phœnicia, Syria, Cilicia & Cyprus. Sex per præsides administratæ, Phœnicia Libani, Euphratensis, Syria Salutaris, Osrhoëna, Mesopotamia, & Cilicia secunda: Arabia verò & Isauria sub perfectissimis iudicibus erant, hoc est Senatoribus, qui venia ætatis impetrata, priuilegia quædam honoris obtinebant, minimarumque Prouinciarum administratione donabantur; vt in Notitia Imperij Romani videre est.

III. Antiochiæ descriptio.

d D. Hieronym.

e Ammian Marcellin. lib. 14 & 22.

f D. Chrysost hom. 3. ad pop Antioch. [illegible]

Is autem Comes, cùm Præfectus Prætorio in curia Imperatorum Constantinopoli moraretur, sedebat Antiochiæ, quam D. Hieronym.[d] in epistolis totius Orientis Metropolim appellat; quam Ammianus[e] Marcellinus describens vocat Syriæ decus, Orientis apicem pulchrum, & mundo cognitam ciuitatem, cui non certauerit alia, aduectitijs affluentem copijs & internis; quam & Diuus Chrysostomus[f] Ciuitatum sub Oriente positarum, caput & Matrem appellat, & de qua in Notitia Græca, quam temporibus Constantij Imperatoris factam volunt, hæc scribuntur. [Tota

Syriæ regio in tres Syrias diuiditur, Phœnicem, Palæstinam & Cœlem; & habent eæ varias & excellentes vrbes & maximas, quibus ex parte memoratis cognoſcendi cupidos delectabo. Prima eſt Antiochia, vrbs regia, beata in omnibus, vbi & Dominus orbis terrarum ſedet; decora ea & operibus publicis eximia eſt, quæque cum multitudinem hominum vndique excipiat, omnes tamen ſuſtinet, vt potè omnibus bonis abundans, eſt in omnibus voluptatum generibus abundans; maximè autem Circenſibus. Quare autem quæſo omnia ibi ſunt? quia ſcilicet, cùm ibi Imperator ſedeat, neceſſe eſt & omnia ibi eſſe propter eum.] Hancce vrbem ſedem Imperij ſui vel Alexandriam deſtinabat Geta imperium diuidens, vt potè (inquit[a] Herodianus) vrbes magnitudine haud longe infra Romam. Sed & quòd apud eam Imperator aliquando ſederit, id de Conſtantio & Valente tu potiſſimùm intellige. De Conſtantio quidem, cum de eo Socrates[b] hæc ſcribat: [Cogitur itaque Concilium Antiochiæ, præſente Imperatore Conſtantio, Marcello & Probino Conſſ.] & alibi[c]: [Dum Imperator Conſtantius Antiochiæ verſabatur, Iulianus Cæſar in Gallia cum multis Barbaris hominibus confligit.] De Valente autem, quòd apud eam per multos annos moratus ſit, docent Codex Theodoſianus & Zoſimus[e]. Porro dicta eſt Theopolis id eſt Ciuitas Dei, inquit Euagrius[f]; vnde Domnus ſubſcribens Concilio Conſtantinopolitano generali quinto, ſe Theopolitanæ, id eſt Antiochiæ magnæ Patriarcham nominat. In hac primùm Chriſti diſcipuli Chriſtiani dicti ſunt vt legitur in actis Apoſtolorum[g], necnon apud Leonem magnum[h] dum ait. [Antiochenæ Eccleſiæ, in qua primùm, prædicante Petro, Chriſtianum nomen exortum eſt, in paternæ conſtitutionis ordine perſeueret.] Vnde huius rei memoriam ſingulari cum honore venerâri cupiens Conſtantinus Imperator permagnificum templum apud eam inſtaurari curauit. Quapropter Euſebius[i] hæc in eius vita ſcribit. [Ciuitates quæ apud cæteras gentes videbantur, vel maximè propter ſplendorem excellere, templis egregiis magnificiſque exornandas curauit; ſicut ex præcipua vrbe totius Orientis, quæ nomen traxit ab Antiocho, conſtare poterit, in qua, tanquam in ciuitate illius gentis ac regionis primaria, Eccleſiam tum propter pulchritudinem maximè eximiam Deo dicauit. Quippe vniuerſum templum longis porticibus extrinſecus adiectis circumdedit, ſanctuarium autem interius ad infinitam erexit altitudinem; quod quidem ad ſpeciem ſolij octangularis fabricatum multis ædiculis, exedriſque vndique conſtructis, compluribus item tabulatis ſuper terram eminentibus, denique fornicibus ſuper eamdem additis, ex omni parte circumſepta fuit: quam etiam per magna auri æriſque copia & reliquæ pretioſæ materiæ ornamentis decorauit.] Elegans ſanè deſcriptio, cui aliam ex Sozomeno[k] Daphnæi huius regiæ ciuitatis ſuburbij addere non diſplicebit. [Daphne, inquit ſuburbium eſt Antiochiæ percelebre, nemore multis cupreſſis veſtito cinctum, aliiſque arboribus cupreſſis admixtis variatum, ſubter arbores autem terra, pro temporum viciſſitudine alios aliis ſuccedentes flores benè olentes cuiuſque generis producit. Locus autem vndique ramorum & foliorum denſitate, quæ ſolis radios ad ſolum vſque terræ haud penetrare ſinit, velut tecto, vel vmbra potius circumfuſus eſt. Eſt etiam tum propter abundantiam & pulchritudinem aquarum, tum propter temporum æquabilitatem, tum deni-

a Herod. hiſt. l. 4. [illegible]

b Socrat. hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 5. [illegible]

c Id. ibid. cap. 37. [illegible]

e Zoſimus Hiſt. lib. 4. [illegible]

f Euagr. hiſt. Eccl. lib. 1. cap. 1. [illegible]

g Actuum Apoſt. 11.

h Leo Epiſt. 53 ad Anatol.

i Euſeb. de vita Conſtantini lib. 3. cap. 44. [illegible]

k Sozom. lib. 5. hiſt. Eccl. cap. 18. [illegible] &c.

que propter placidorum ventorum flatum peramœnus & ad oblectationem valdè accommodatus.] Sed ad Ecclesiastica transeamus.

IV.
ANTIOCHIA SEDES PATRIARCHÆ ORIENTIS.

a Euseb in Chron Idem ibid. an. 2. Claudij. Πέτρος ὁ κορυφαῖος τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ πρώτην θεμελιώσας ἐκκλησίαν εἰς Ῥώμην ἄπεισι κηρύττων τὸ εὐαγγέλιον.
b Innoc. I. ep. 18 ad Alex. Antioch.
c Leo serm. 1. in nat. Apost. Petri & Pauli.

In hac tam illustri ciuitate primus Antistes sedit Apostolorum Princeps Petrus, antequam supremum vniuersalis Ecclesiæ Thronum Romæ constitueret. Disces ex Eusebio[a] hæc in Chronico scribente. [Cum primùm Antiochenam fundasset Ecclesiam, Romam proficiscitur.] Disces ex Innocentio primo[b] hæc de eiusdem ciuitatis Ecclesia proferente: [Aduertimus non tam pro ciuitatis magnificentia, hoc eidem attributum, quam quod prima primi Apostoli sedes esse monstretur, vbi & nomen accepit religio Christiana, & quæ conuentum Apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit, quæque vrbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se, consummatumque gaudet.] Disces ex Leone magno[c], qui non tantùm Petrum hic sedisse docet, sed & Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam Bithyniamque ad fidem Christi conuertisse. [Iã populos, inquit, qui ex circumcisione crediderant erudieras: Iam Antiochenã Ecclesiam, vbi primum Christiani nominis dignitas est orta fundaueras. Iam Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam atque Bithyniam legibus Euangelicæ prædicationis impleueras.] Disces tandem ex D. Hieronymo[d] hæc narrante. [Simon Petrus Princeps Apostolorum post Episcopatum Antiochensis Ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum qui de circumcisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia, secundo Claudij anno, ad expugnandum Simonem Magum, Romam pergit.] Vnde factum esse duco, vt Euagrius[e] Antiochenam Ecclesiam Apostolicam in historia Ecclesiastica nominet; necnon vt idem Apostolorum Princeps epistolam suam primam ad populos Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ quasi à se in Christo genitos direxerit.

d D. Hieronym. lib. de viris illustr.
e Euagr. hist. Eccl. lib. 4. cap. 6. Καὶ τὸν ἀποστολικὸν καὶ ἀρχιερατικὸν θρόνον [illegible]

V.
DE ANTIQVIS PATRIARCHATVS ANTIOCHENI LIMITIBVS.

f D. Hieronym. epist. 61.
g Act. 14 Concil. Chalced. Καὶ διὰ τοῦτο [illegible] τῆς ἐξάρχου [illegible] διοικήσεως κληθείς.
h Theod. hist. Eccl. lib. 5. cap. 23. [illegible]
i D. Hieronym. aduers. Vigil.
k Epiph. hæres. 70. Audianorum Ἐπὶ χρόνοις Πολυκάρπου καὶ Βίκτορος, ὅτε ἡ ἀνατολὴ πρὸς τὴν δύσιν διεφέρετο, εἰρηνικὰ παρ' ἀλλήλων οὐκ ἐδέχοντο.

Iam verò qui fuerint antiquitus huiusce Patriarchatus limites inquirendum est. Orientem huic Patriarchæ subditum fuisse nemo nescit, & si cui dubium foret, facilè probaretur, imprimis ex Diuo Hieronymo[f] Ioannis Hierosolymitani Palæstinam Theophilo Alexandrino Patriarchæ subijcientis errorem sic redarguente. [Tu, inquit, qui regulas quæris Ecclesiasticas, & Nicæni Concilij canonibus veteris, & alienos Clericos cum suis Episcopis cõmorantes tibi niteris vsurpare, responde mihi, ad Alexandrinum Episcopum Palæstinæ quid pertinet? Ni fallor, hoc ibi decernitur, vt Palæstinæ Metropolis Cæsarea sit, & totius Orientis Antiochia.] Idque si non esset satis, adderem in actis Concilij Chalcedonensis[g] Ioannem Episcopum Antiochenum principem Orientalis diœcesis vocari: necnon apud Theodoretum,[h] Flauiano Antiocheno principatum inter Episcopos Orientis tribui.

Sed quasnam Prouincias Oriens olim complexus sit, non ita facilè dignoscitur. Norunt enim antiquitatis quam minimùm periti aliquando per Orientem Asiam vniuersam ab Hellesponto ad Tigrim vsque designari, vt apud sanctum Hieronymum,[i] cùm Vigilantium hæreticum sic interrogat? [Quid facient Orientis Ecclesiæ, quid Ægypti, & Sedis Apostolicæ.] necnon apud sanctum Epiphanium,[k] dum ait Polycarpi & Victoris temporibus, cum Oriens ab Occidente dissideret, litteras pacificas ab inuicem Episcopos non accepisse. Quemadmodum enim orbẽ Ecclesiæ vniuersum in tres Ecclesias prædictis verbis partiri videtur D. Hieronym. sic in duas sanctus Epi-

phanius ex quibus Orientalis, Asiam & Pontum procul dubio continebat, cum in eis plures Episcopi Romanæ consuetudini circa diem Paschæ celebrandũ aduersarentur. At si hæc ita sunt, non tamen minus certum est apud alios, Orientem pro ea tantum Asiæ parte sumi, quæ a Lycaoniæ finibus ad Tigrim extenditur distinguiturque ab Asia & Ponto. Patet id euidenter ex sola lectione Notitiæ vtriusque Imperij, in qua, vt iam à nobis in huius libri exordio dictũ est, Oriens in quindecim tantùm huiusce regionis Prouincias diuiditur. Nec minus id clarè aduertere est in canonibus Concilij Cõstantinopolitani primi generalis, in quorum secundo[a] Patres huiusce Concilij Episcopos Orientis ab Episcopis Asiæ, Ponti & Thraciæ verbis expressis distinguunt. Vnde cum dicitur Orientem totum Antiocheno Patriarchæ pro diœcesi tributum fuisse, non paucis ex peritioribus dubium est, an Oriens latè pro Asia ab Hellesponto ad Tigrim vsque sumendus sit, an verò strictè pro ea tantùm parte Asiæ, quæ circa Antiochiam est, & quæ postea in quindecim Prouincias à Romanis Imperatoribus diuisa reperitur. [a] Can. 2. Conc. Const. primi.

His ergo positis, quid de antiquis Patriarchatus Antiocheni limitibus sentiendum sit exponamus. Imprimis haud diffitebor Apostolorum temporibus nomine Orientis, qui Antiocheni Episcopi Diœcesis Patriarchalis erat, Asiam, Pontumque intelligi vniuersumque illum tractum qui propriè & specialiter Oriens vocabatur. Etenim si Patriarchæ ex hoc dicti sunt, quod primi Patres familiarum Ecclesiæ Christi, vel principes Patrum siue Episcoporum essent: quis Patriarchæ Asiæ & Ponti nomen authoritatemque Petro Apostolorum Principi, dum adhuc apud Antiochiam versaretur, negabit conuenisse? cum antequam Romam proficisceretur, Pontum, Asiam, Cappadociam & Bithyniam fide Christi illustrarit, ac proinde in ijs Episcopos instituerit, consecraritque; quorum Princeps ex vi solius Ordinationis, etsi ab ipsomet Christo Principatum totius Ecclesiæ nõ accepisset, facilè ab omnibus fuisset agnitus. Iam Patriarchalium sedium originem ab initiis fidei educendam esse multoties ex hoc diximus, quod primi Euangelij prædicatores in iis Regionibus, quas fide illustrarunt, primos earum Episcopos consecrarint, ac proinde ratione ordinationis sibi subiecerint. Vnde cùm Petrus Apostolus Asianos, Ponticosque in fide edocuerit, quin etiã apud eos primos Episcopos ordinarit, qui sibi vt eorum Principi ratione ordinationis subiecti manserint, nemini dubium esse potest. Sane prima Ecclesiæ ætate magnus ille Apostolus tribus Orbis Regionibus tres Antistites, qui harũ Episcoporumque illas in spiritualibus administrantium, Patres & Principes essent præfecit: & quemadmodum vniuersæ Europæ Romanus Pontifex præfuit, Alexandrinus Africæ saltem ex maiori parte, sic Antiochenus toti Asiæ & Ponto. Nec mirum equidem, cùm in Asia septem tantùm hisce temporibus essent Episcopi, vt in Apocalypsi[b] legere est, nec maiorem eorum numerum in Ponto tunc fuisse probabile sit. [b] Apocalip. cap. 1.

Attamen posterioribus sæculis alij Patres & Principes per Ecclesias Orientis latè sumpti cõstituti sunt, siue propter maximũ earum numerum, siue quod ob persecutionis sæuitiam, itinerisque longitudinem, facilè ab Episcopis Antiochenus Patriarcha consuli, consulentibusque responsa dare vix posset. Inter eos primi præcipuique Cæsariensis & Ephesinus fuere; quippe qui Ponto, Asiæque præfuerint vsque ad Concilium Chalcedonen-

se. Idcirco Exarchorum nomine, vt superiùs diximus, donati sunt, hoc est Primatum, seu Principum. Et quod reuera in harum Diœceseon ordinario regimine præcipuam authoritatem habuerint, nullo negotio probatur ex Concilijs Nicæno primo, & Constantinopolitano primo. Nicænum [a] quidem statuit non tantum Romano, Alexandrino & Antiocheno, seruandas esse antiquas consuetudines, sed & aliis Ecclesiis scilicet Metropolitanis: vt in editione Dionysij exigui, & Codice manuscripto apud eruditissimum Iustellum asseruato legere est. Quæ autem fuerint Metropoles à Patriarchalibus sedibus distinctæ, explicat Concilium Constantinopolitanum generale primum [b] dum hoc statuit. [Episcopi, qui extra Diœcesim sunt ad Ecclesias, quæ extra terminos eorum sunt, non accedant, neque confundant & permisceant Ecclesias: sed secundum regulas constitutas, Alexandriæ quidem Espicopus ea quæ sunt in Ægypto, tantùm gubernet; Orientis autem Episcopi solius Orientis curam gerant, seruatis honoribus Primatus Ecclesiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicænæ Synodi continentur. Sed & Asianæ Diœcesis Episcopi ea quæ sunt in Asia, & quæ ad Asianam tantummodo Diœcesim pertinent, gubernent. Ponti autem Episcopi Ponticæ tantum Diœcesis habeant curam: Thraciæ verò, ipsius tantummodo Thraciæ.]

a Conc. Nicæn. Can. 6. Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει &c.
Et paulo post, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις, τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις.
b Conc. Constantinop. 1 Can. 2. Τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους, ταῖς ὑπερορίοις ἐκκλησίαις μὴ ἐπιέναι, μηδὲ συγχέειν τὰς ἐκκλησίας. ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας, τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον τὰ ἐν Αἰγύπτῳ μόνον οἰκονομεῖν. τοὺς δὲ τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπους, τὴν ἀνατολὴν μόνην διοικεῖν. φυλαττομένων τῶν ἐν τοῖς κανόσι τοῖς κατὰ Νίκαιαν, πρεσβείων τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ, καὶ τοὺς τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως ἐπισκόπους τὰ κατὰ τὴν Ἀσιανὴν μόνην οἰκονομεῖν, καὶ τοὺς τῆς Ποντικῆς, τὰ τῆς Ποντικῆς μόνον, καὶ τοὺς τῆς Θρᾳκικῆς τὰ τῆς Θρᾳκικῆς μόνον οἰκονομεῖν.

Viden quomodo solius Orientis Episcopi primatum Antiocheno Patriarchæ in ordinaria huiusce Regionis administratione tribuere ex hoc decreto tenerentur: necnon quomodo ad solos Asiæ & Ponti Episcopos harum Diœceseon regimen ordinarium spectaret. Verba ita perspicua sunt vt lucem addere quasi superfluum sit: addam tamen ideo Euagrium [c] ius Patriarchicum Ephesino Episcopo vsque ad Concilium Chalcedonense tribuere, quod de rebus ordinariis per Asiam ad modum Patriarchæ iudicaret statueretque. Addam nec alia ratione Ephesinum, Cæsariensemque Antistites Concilia vocasse, Episcopos ordinasse, pluraque alia Patriarcharum munia per suum Exarchatum obijsse. Vnde & Patriarcharum nomen ipsi aliquando Exarchi sortiti sunt: imo & alij Metropolitæ, cùm iisdem iuribus vti cœperunt, quemadmodum apud Socratem [d] legitur, qui varios Patriarchas dinumerans, Antiochenum soli Orienti, quatenus ab Asia & Ponto distinguitur, temporibus Conc. Constant. 1. præfuisse scribit. [Ponticæ, inquit, Diœcesis Patriarchatus Helladio Cæsareæ Cappadociæ post Basilium Episcopo: Gregorio Nyssæ (hæc est vrbs etiam Cappadociæ) fratri Basilij: & Otreio Melitinæ, quæ est in Armenia, contigit. Patriarchatum item Asianum Amphilochius Episcopus Iconij, & Optimus Antiochiæ Pisidiæ sortitò capiunt. Ægypti Diœcesis Timotheo Alexandriæ Episcopo tribuitur. Ecclesiarum denique versus Orientem Diœcesim ijdem Episcopi qui antea, Pelagius scilicet Episcopus Laodiceæ, & Diodorus Tarsi obtinent: honoris prærogatiua Ecclesiæ Antiochenæ reseruata, quam Meletio tum præsenti tribuerunt.]

c Euagr. hist. Eccl. lib. 3. cap. 6. Ἐκπτώσεως δὲ τὸν θρόνον, ἀποδέδωκε δὲ τῷ ἱερείῳ, καὶ τὰ πατριαρχικὰ δίκαια, ὅπερ αὐτὸν ἀφεῖλεν ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος.
d Socr. hist. Eccl. lib. 5 cap. 8. Τῆς δὲ Ποντικῆς διοικήσεως Ἑλλάδιος ὁ μετὰ Βασίλειον Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν ἐπίσκοπος, Γρηγόριος ὁ Νύσσης, ὁ Βασιλείου ἀδελφός &c.

Nec aliud huius eximiæ authoritatis Exarchorum argumentum omittam repetere, nimirum quod adhuc post Patriarchæ Constantinopolitani institutionem, ad ipsos non minus quam ad Patriarcham liberum esset appellare, quando cum prouinciæ Metropolitano cuiquam clerico lis erat, vt in actis Concilij Chalcedonēsis [e] dicitur. Si enim adhuc eo tempore, quo cæterorum Orientis Antistitum dignitas noui Patriarchæ splendore quasi extincta fuit, talem

e Conc. Chalced. Can 9. Εἰ δὲ πρὸς τὸν τῆς ἐπαρχίας μητροπολίτην, ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς ἀμφισβητοίη, καταλαμβανέτω ἢ τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως, ἢ τὸν τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως θρόνον, καὶ ἐπ' αὐτῷ δικαζέσθω.

talem authoritatem seruarunt: quin prius eandem, imo & maiorem sortiti sint vix potest existimari, quin vt prioribus sæculis ius Patriarchicum, vt ait Euagrius, obtinuerint.

Nec tamen est, quòd Exarchas illos eò potentiæ venisse, priusquam Constantinopolitano Patriarchæ subijcerentur, ausim asseuerare, vt ab Antiocheni authoritate immunes censerentur. Etenim Patriarchales sedes omnes tanquam protothronos semper venerati sunt, primorũque Patriarcharum sententiæ omnino parendum erat, inquit Iustinian. a nec contra horum decreta locum esse appellationi (*nisi in causis maioribus*) à Patribus nostris constitutũ est. Primo quidem Ecclesiæ sæculo, integræ magnæq; regionis vna tantũ, vt arbitror, Metropolis erat. Sic Italia vniuersa Romam vnam, tota Ægyptus vnam Alexandriam, totus Oriens pro Asia sumptus vnam Antiochiam, harumque Metropoleωn Antistites vnici Metropolitæ agniti sunt. Cum autem postea sub ijs diuersas Metropoles, pluresque Metropolitas Patres instituère, is ordo vbiq; seruatus est, vt posteriores siue Metropoles, siue Metropolitæ prioribus subijcerentur. Sic in Italia Mediolanensis, Syracusanus, & Caralitanus Metropolitæ Romano subiecti mansère. Sic in Ægypto, etiam ante Concilium Nicænum, ita Metropolitæ huiusce regionis ab Alexandrino pendebant, vt eo inconsulto, nihil quod alicuius esset momenti, prorsus exequi possent. Vnde cum Antiochenus Metropolita seu Patriarcha eiusdẽ esset conditionis, quin parem in omnes Asiæ latè sumptæ Metropolitas post ipsum & ab ipso institutos authoritatem haberet, non est quod in dubium reuocemus. Idque non parùm euidenter confirmat Innocentius b dum ait Antiochenam Ecclesiam iuxta mentem Nicæni Concilij super Diœcesim esse constitutam, non super aliquam prouinciam: his verbis satis indicans Antiochenum Patriarcham non vni tantum prouinciæ, vt simplicem Metropolitã præfectum fuisse, sed integræ Diœcesi, nimirũ Asiæ latè sumptæ, ex multis prouincijs cõpositæ, quarũ singulæ à singulis Metropolitis regerẽtur. Id autem ita non intellige apud Innocent. quasi Nicæn. Conciliũ huncce Patriarchã instituerit, eiq; prędictas Diœceses subiecerit: cũ disertis verbis Nicæni Patres statuerint c non quidem morẽ antiquũ immutandũ esse, sed seruãdũ: hoc est, prouincias illas ab eo administrari debere, quæ prius ipsi paruerãt.

a Iustinianus ... [illegible]

b Innoc. 1, ep 18.

c Can. 6 Nicæni.

Attamen non nisi ad Concilium vsque Chalcedonense ordo ille stetit: cùm non multò post Concilium Constantinopolitanum generale primum, in Chalcedonensi, Asia & Pontus cum Thracia & Barbaricis prouincijs Constantinopolitano Patriarchæ pro Diœcesi tributæ fuerint, vt superius de illo agentes annotauimus. Vnde ex tribus Diœcesibus Præfecto Prætorio Orientis parentibus, Oriens vnus Antiocheno Antistiti subiectus mansit. Immò & ei tres Palæstinæ ablatæ sunt, ab eodem Concilio, & Hierosolymitano, vt ab ipso regerentur, concessæ: sicut postea Seleuciensis Metropolita in Isauria cum viginti quatuor Episcopis Suffraganeis Constantinopolitano Præsuli subditus fuit, vt in Notitia antiqua Græca dicitur. Ne tamen existimes intra limites tam angustos cõclusum fuisse Antiochenum Patriarcham: audi quos huic præscribat antiqua Notitia Græca, quam ex vetusto codice Vaticano habui. [Sãctissimus & Apostolicus Thronus Antiochiæ & Patriarchicus, ac Coriphæi Apostolorum Petri prima sedes, complectens versus ortum solis iter LXXXVII dierum, versus Iberiam

& Abasgiam, atque Armeniam, & vsque ad interius desertum Corozaim, Persas, Medos, Chaldæos, indeq; ad extrema Arabicæ Præfecturæ, Parthos, Elamitas & Mesopotamios. Vulturni, Subsolani, & si quis est alius Orienta-lis ventus, climata comprehēdit. Habet autem Metropoles duodecim &c.]

VI. De Primate Seleuciensi. a Can. Niceno Arab. 35.

Ac vt scias quomodo & per quem tam longè distantes prouincias regeret, addā Seleuciensem Primatem eius per illas Vicarium fuisse, eamque dignita-tē obtinuisse, quæ in Can. Arabicis Conc. Nic. tributis sic descripta est.[a] [Si cōuenerint Episcopi ad habendū Conciliū in Græcia, & fuerit præsens Præ-latus Seleuciæ, qui est in Prouincia Babyloniæ, in aditu Zabur, quæ hodie vocantur ciuitatulæ, oportet honorare eum multum, & magnificare, atque extollere supra omnes Episcopos Græciæ. Siquidem ipse tenet locū Patriar-chæ in Oriente, & sedes eius in Concilio debet esse sexta post Episcopatum Hierosolymitanum, & quicumque hanc constitutionem violauerit, Syno-dus cum excommunicat.] Huius Primatis sedes erat Seleuciæ, non in Isauria sed Assyria, quæ cùm non longè à Ctesiphōte pago distaret, Seleuciæ & Cte-siphontis simul Episcopus Symeon, qui sub Sapore Persarum Rege mar-tyrum subijt, apud Sozomenum[b] dictus legitur. De his ita Strabo[c] in Geogra-phia. [Babylō olim Assyriæ fuit Metropolis, nunc Seleucia est, quæ ad Tigrim dicitur. Propè eam pagus maximus est nomine Ctesiphon, in quo Parthorū Reges hyemabāt, Seleuciæ parcētes, ne Scythicæ & militaris nationis hospi-tio assiduo opprimeretur. Hic pagus vrbis potentia ac magnitudine est, cùm Parthorum multitudinem & apparatum omnem recipiat, ac venalia & ne-cessaria artificia illis suppeditet. Ibi Parthorum Reges in hyeme propter aeris temperiem degere solebant: æstatem verò in Hyrcania, & Ecbatanis agunt, propter antiquam loci & adhuc durantem famam: & quemadmodū Baby-loniam regionem vocamus, sic indigenas Babylonios dicimus, non ab vrbe sed a regione: à Seleucia non item, etsi ibi nati sint, vt Diogenes Philosophus Stoicus, qui Babylonius vsurpatur.] Hæc Strabo de eius Primatis sede. Quā-uis autē Vicarius Patriarchæ Antiocheni esset per Oriētem, necnon Primas supra multos Metropolitas huiusce regionis cōstitutus, huic tamen Conciliū ex vniuersa Perside congregare sine consensu Patriarchæ Antiocheni prohi-bitum erat, vt in dictis Canonibus Arabicis[d] his verbis legitur: [Quod non fa-cilè habenda sit magna Synodus in prouincia Persidis sine consensu & au-thoritate Patriarchæ Antiocheni, ne qua in re leges Ecclesiasticæ detrimentū patiantur. Quod si Episcopi illius prouinciæ, aliquem propter beneuolentiā erga eum, à quo labore aliquo & persecutione liberati fuerint, & quietē ac tranquillitatem consequuti, loco Patriarchæ Antiocheni substituerint, ne li-ceat istis in statutis & legibus Ecclesiæ quicquam soluere aut ligare: quin potius in omnibus obediant Metropolitanis & cunctis Patriarchis.]

Ex his disce haud eamdem ei concessam fuisse per Orientis Diœcesim au-thoritatem, ac cæteris Primatibus, quibus ex sua Exarchia Synodos conuo-care ordinarium fuit. Non tamen certum est hunc ordinem diu stetisse, cùm ex aduerso apud Oriētalium rerum scriptores legatur, in huius regionis Epi-scopos, qui pro maiori parte hæresi Nestoriana infecti sunt, Babylonium Primatem qui Seleuciensi successit, penè omnem authoritatem habuisse. Si-quidem Seleucia deficiente & quasi ad pagum redacta, Babylonis Episco-pus Primatum obtinuit, Exarchique munia per illum tractum obijt.

b Sozom. l. 2. c. 8. Συμεώνην τὸν [illegible]

c Strabo lib. 16.

d Can. Nic. Arab. 35.

Porrò quot in Seleuciana Diœcesi essent prouinciæ, Metropoles, sedesque Episcopales prorsus ignoratur; nec mirum, cum regionum extra Romanum Imperium sitarum vix vlla Notitia Ecclesiastica ad nos peruenerit. Vnum discimus ex Sozomeno, non paucos in Persarum Imperio, [a] quo Seleuciam collocat, Episcopos fuisse, dum martyria Christianorum in Persia sub Sapore describens ait. [b] [Eodem die centum alios quoque, qui erant in carcere, rex itidem obtruncari iubet. Ad extremum Symeonem, cùm cæterorum omnium mortem oculis aspexisset, trucidari. Horum pars Episcopi, pars Presbyteri, pars ex alio Clericorum ordine fuerunt.] Nec tamen est quod asseuerem hacce in regione ab Ecclesiæ incunabulis plures prouincias Ecclesiasticas fuisse, cùm nonnisi sub Honorio & Theodosio à Marutha Mesopotamiæ Episcopo, vt scribit Socrates, [c] fides Christiana incrementa magna susceperit, & tunc solum in ea plures prouincias Ecclesiasticas sub Seleuciensis Primatis regimine institutas fuisse probabile sit.

[a] Sozom. lib. [illegible] Συμεώνην [illegible] ἀρχιερέα [illegible] Περσίδι [illegible]

[b] Lib. [illegible] cap. 9. Κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν [illegible]

[c] Socrat. li. 7 cap. 8. Ἐν τούτῳ [illegible]

VII. An Patriarchæ Antiocheno Cyprus subiecta fuerit.

De Cypro Insula vna superest discutienda controuersia. [Hanc, inquit Marcellinus, [d] inter municipia crebra, vrbes duæ faciunt claram, Salamis & Paphus, altera Iouis delubris, altera Veneris templo insignis. Tanta, tamque multiplici fertilitate abundat rerum omnium eadem Cyprus, vt nullius externi indigens adminiculi indigenis viribus, à fundamento ipso carinæ ad supremos vsque carbasos ædificet onerariam nauem, omnibusque armamentis instructam mari committat.] Hæc licet ab initio Antiocheno Patriarchæ in omnibus subiecta fuerit, sicut aliæ Orientis prouinciæ, attamen Cyprij habita ratione tempestatum, propter quas in hyeme nonnisi cum periculo mare traijci poterat, se ex hoc immunes ab authoritate Antiocheni Patriarchæ ostendere conati sunt, quod tres Episcopi Constantiæ Metropolis, qui sibi inuicem successerant, à nullo fuerant ordinati, præterquam à Suffraganeis huius prouinciæ Episcopis. Addebāt quod non à B. Petro, sed à B. Barnaba, cuius corpus, vnà cum Euangelio S. Matthæi pectori imposito, & S. Barnabæ manu descripto, in Insula repertū fuerat; Euāgeliū accepissent. Hisque rationibus suadere tentarunt Patribus Concilij Ephesini αὐτοκεφάλειαν illam à tempore Apostolorum viguisse, quamuis à dicta ratione primum originē duxisset. Ipsi tamen vix fidem adhibentes, in eorum fauorem Decretum istud conditionatum statuerunt. [e] [Quoniam cōmunes morbi maiore egent remedio, eo quòd maius damnum afferant, si non est vetus mos, quod Episcopus Antiochenus ordinet in Cypro, sicut libellis & proprijs vocibus docuerunt religiosissimi viri, qui ad sanctam Synodum accesserunt, habebunt ius suum intactum & inuiolatum, qui sanctis in Cypro Ecclesijs præsunt, secundum Canones sanctorum Patrum & Veterum consuetudinem, per se ipsos ordinationes religiosissimorum Episcoporum facientes.] Sic litem hanc absolutè non definierunt Ephesini Patres; nec immentò equidem, cum ex Arabica Nicænorum Canonum collectione euidenter pateat, olim Archiepiscopum Cypri non nisi à Patriarcha Antiocheno, vel saltem ex eius consensu ordinatum fuisse. Hæc habet: [f] [Si Episcopus Cypri diem suum in hyeme obierit, & populi non potuerint propter tempestatem maris mittere Antiochiam, vt Patriarcha Antiochenus eis ordinet Archiepiscopum in locum mortui, debent scribere ad Patriarcham, & petere, vt vnus aliquis fiat Archiepiscopus, quem ipsi desiderant: neque debet hoc prohibere Patriar-

[d] Ammianus Marcellin. lib. 14.

[e] Conc. Ephes. Act. 7. Ὅσῳ ἐπειδὴ τὰ κοινὰ τῶν παθῶν μείζονος δεῖται τῆς θεραπείας, ὡς καὶ μείζονα τὴν βλάβην φέροντα, καὶ μάλιστα εἰ μηδὲ ἔθος ἀρχαῖον παρηκολούθησεν, ὥστε τὸν ἐπίσκοπον τῆς Ἀντιοχέων πόλεως τὰς ἐν Κύπρῳ ποιεῖσθαι χειροτονίας, καθὰ διὰ τῶν λιβέλλων καὶ τῶν οἰκείων φωνῶν ἐδίδαξαν οἱ εὐλαβέστατοι ἄνδρες, οἱ τὴν πρόσοδον τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ποιησάμενοι, ἕξουσι τὸ ἀνεπηρέαστον καὶ ἀβίαστον, οἱ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν τῶν κατὰ τὴν Κύπρον προεστῶτες, κατὰ τοὺς κανόνας τῶν ὁσίων πατέρων, καὶ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν, δι' ἑαυτῶν τὰς χειροτονίας τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων ποιούμενοι.

[f] Can. 13 Arab. Nic.

cha, cum ad eum scriptum fuerit. Quis enim scit an defuncto Archiepiscopo, propter tempestatem hyemis sine capite remaneant, an aliquis fortassis ex tredecim Episcopis de vita decedat, atque ita fiat vt toto illo anno Archiepiscopo careant? Ob hanc causam Synodus hunc Canonem constituit, cui, qui contradixerit, hunc Synodus excommunicat.]

Id cum ita per Concilium Nicænum statutum esset, haudpostea cunctatus est Petrus Fullo Antiochenus Patriarcha Cyprias ordinationes sibi vendicare: sed re ad Zenonem Imperatorem relata, Petrus causa cecidit, & Cypri metropolis αὐτοκέφαλος declarata: non tam quod honorem illum ab Apostolis accepisset, inquit Cedrenus in Zenone, quã quod hæresis Euthychianæ fautor esset Petrus ille: licet eo sub prætextu, quòd apud Cyprios S. Barnabæ reliquiæ iuuentæ, cum huius insulæ Apostolum fuisse testarentur. Vnde hæc habet Theodorus lector: [a][Reliquiæ Barnabæ Apostoli inuentæ sunt in Cypro, sub arbore Ceratea, habentes sub pectore Euangelium Matthæi, manu ipsius Barnabæ scriptum: qua occasione Cyprij victores euaserunt, vt Metropolis ipsorum liberum habeat Episcopatum, nec Antiocheni Episcopi iurisdictioni subsit. Euangelium autem illud Zenon in Palatio sub alia corona condit.] Hæc de prouincijs Antiochenæ diœcesis, iam de Patriarchis dicamus.

[a] Theodor. lector. lib. 2. Collectionũ. Βαρνάβα τοῦ ἀποστόλου τὸ λείψανον εὑρέθη ἐν Κύπρῳ ὑπὸ δένδρον κερατέαν, ἔχον ἐπὶ στήθους τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον ἰδιόγραφον τοῦ Βαρνάβα. ἐξ ἧς προφάσεως καὶ περιγεγόνασιν οἱ Κύπριοι, τὸ αὐτοκέφαλον εἶναι τὴν κατ' αὐτοὺς μητρόπολιν, καὶ μὴ τελεῖν ὑπὸ Ἀντιόχειαν. τὸ δὲ τοιοῦτον εὐαγγέλιον Ζήνων ἀπέθετο ἐν τῷ παλατίῳ, ἐν τῷ ἄλλῳ στεφάνῳ.

ANTIOCHENI PATRIARCHÆ.

Ex authoribus Historiæ Ecclesiasticæ.

D. Hieronym. de viris illustr. — Petrus Apostolus natione Galilæus Christianorum Pontifex primus Antiochenam Ecclesiam fundauit.

Eusebius hist. Eccl. lib. 3. cap. 16. sub Domitiano. — *Euodius* primus post Petrum Antiochiæ fuit Episcopus.

Id ibid. cap. 30. sub Traiano. — *Ignatius*, post Petrum successione secundus Episcopatum Antiochiæ sortitò capit:

Id ibid. cap. 32. — Cui in Episcopatum Ecclesiæ Antiochenæ successit *Heros*.

Id. lib. 4. cap. 19. — Antiochenæ Ecclesiæ, cum post Heronem *Cornelius* quartus ab Apostolis præfuisset (quo mortuo, *Heros* quintus ordine Episcopatum obtinuit) *Theophilus* sextus Episcopus designatus fuit.

Id. ibid. cap. 25. — Huic Theophilo *Maximinus*, qui Episcopus Ecclesiæ Antiochenæ septimus ab Apostolis erat, successit.

Id. lib. 5. cap. 21. — *Serapion*, octauus ab Apostolis Ecclesiæ Antiochenæ Episcopus, magno apud omnes in honore fuit.

Id. lib. 6. cap. 10. — Ecclesiæ Antiochenæ, Serapione morte consopito, Episcopatum capessit *Asclepiades*: qui persecutionis tempore, ob constantem fidei confessionem, multùm laudis & gloriæ adeptus est.

Id. ibid. cap. 15. — Asclepiade mortuo, *Philetus* in Ecclesiæ Antiochenæ rectionem succedit.

Id. ibid. cap. 17. — Antiochenæ Ecclesiæ post Philetum, ministerium capessit *Zebinus*.

Id ibid. cap. 25. — Simul ac Zebinus Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus è vita decesserat, *Babylas* Ecclesiæ rectionem suscipit.

Babyla Antiochiæ post fidei confessionem in vinculis vitam deferente, Fabius ibi Ecclesiæ præficitur. Idem ibid. cap. 39.

Antiochenam Ecclesiam post Fabium rexit *Demetrianus*. Id lib. 7. cap. 13.

Demetriano Antiochiæ vitam deferente, *Paulus* ex Samosata Episcopatus dignitatem assequitur. Id. ibid. cap. 22.

Vbi Paulus simul cum Orthodoxa fide Episcopatum amisisset, *Domnus* ministerium Ecclesiæ apud Antiochiam suscipit. Id. ibid. cap. 24.

Per id temporis Episcopatum Antiochiæ, post Domnum mortuum, obtinuit *Timæus*; cui *Cyrillus*, successit. Id. ibid. cap. 26.

Cyrillo vita defuncto, *Tyrannus* Ecclesiæ Antiochenæ Episcopatum assequitur. Id. ibid.

Antiochiæ autem Episcopatum mortuo Tyranno, cùm pax iam in Ecclesiis vigere inciperet, obtinuit *Vitalius*: qui Ecclesiam ibi à tyrannis dirutam, in Palæa ædificauit. Theod. hist. Eccl. lib. 1. cap. 3. sub Constantino.

Huic successit *Philogonius*, qui & temporibus Licinij singulare studium in veræ pietatis defensione declarauit, & quæ videbantur Ecclesiæ illius ædificio deesse, sua opera adijcienda curauit. Id. ibid.

Paulus, à Nicephoro in Cronographia, inter Philogonium & Eustathium constituitur.

Eustathius magnus, Philogonio ex hac vita ad aliam meliorem translato Episcopatum Ecclesiæ Antiochenæ obtinuit. Id. ibid. cap. 7.

Cùm persuasissent Imperatori crimen Eustathio intentatum verum esse, & æquam abdicationis sententiam, perfecerunt vt Eustathius pietatis & castitatis athleta, velut adulter simul & tyrannus in exilium pelleretur. Id. ibid. cap. 21.

Post discessum Eustathij, *Eulalius* Episcopus Antiochiæ pro illo deligitur. Quo paulò post mortuo, Antiocheni habebant in animo Eusebium Episcopum Cæsareæ ad se transferre. Verùm cum Eusebius ab vno Episcopatu ad alterum transferri recusasset: & Imperator illud ipsum fieri vetuisset *Euphronium* elegerunt. Id. ibid. cap. 22.

Quo etiam vita defuncto Ecclesiæ illius Episcopatus *Placentio* delatus est. In horũ omniũ animis similiter delituit Ariana labes. Quapropter quãplurimi, tum ex clero, tum ex populo, quibus propositum erat Deum sanctè & syncerè colere, relictis publicis Ecclesiæ conuentibus, separatim per se conuentus agere cœperunt. Quos quidem Eustathianos omnes propterea nuncupauêre, quòd post Eustathij abitum, in vnum coiuissent. Id. ibid.

Leontius Imperatoris Constantij voluntate ac studio, Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus, post *Stephanum*, qui Placito (seu *Placentio*) successerat, creatus est. Socrat. hist. Eccl. lib. 2. cap. 21. sub Constantino.

Germaniciæ Ecclesiæ Antistes *Eudoxius*, simul vt Leontium mortuum intellexit, contendit Antiochiam illiusque vrbis Episcopatum per ambitum arripit. Theod. hist. Eccl. lib. 2. cap. 25.

Episcopi Acacium cum suis Seleuciam accersiuere: quò non solùm de Cyrillo, verùm etiam de illis reis, qui ad partes Acacij confugissent, decideretur. At vbi sæpius accersiti non venerunt, illum ipsum Acacium, Georgium etiam Episcopum Alexandriæ, Vrsacium Tyri, Theodorum Cheretaporum vrbis Phrygiæ, Theodosium Philadelphiæ quæ est in Lydia, Euagrium Mitylenes insulæ, Leontium Tripolis Lydiæ, & *Eudoxium*, qui primùm Germaniciæ Episcopus fuit, postea Episcopatum Antiochiæ, quæ est Socrat. hist. Eccl. lib. 2. cap. 34.

in Syria callidè adeptus est, abdicarunt. Quibus rebus confectis litterisque ad abdicatorum Ecclesias, quæ illas de ipsis certiores facerent, datis, *Anianum* loco Eudoxij Episcopum Antiochiæ constituunt: quem factio Acaciana comprehendens Leonæ & Lauricio tradit. Illi eum in exilium eiiciūt.

Id.ibid.cap.14. Eudoxium verò, qui iam secundò ab vno ad alterum Episcopatum se transtulerat, in sede Episcopali Constantinopolis, Acacius eiusq; familiares collocauerunt, & in ea re suis ipsorum dogmatis sunt magnopere aduersati.

Id.ibid.cap.14. Mox Concilio Constantinopoli conuocato, Antiocheni, cū pro certò intellexissent, Eudoxium ipsorū Ecclesiam contēpsisse, & Constantinopolim diuitiarum causa se contulisse, *Meletium* Beroea accersitum in sede Episcopali Ecclesiæ Antiochenæ collocant. Ille quamquam primò de fidei dogmatis concionari supersedit, suisque auditoribus, ea solum quæ ad mores rectè informandos spectabant, proposuit: tamen tempore progrediente, fidem illis explanauit, verbumque Consubstantiale docuit. Quæ cum accepisset Imperator, eum iubet exterminari: *Euzoiumque*, qui anteà simul cum Ario fuisset abdicatus, Episcopum Antiochiæ designari mandat. Verum qui erant probè erga Meletium affecti, derelicta prorsus Ariana factione, conuentus separatim facere cœperunt.

Eodem tempore *Euzoius* qui sectæ Arianæ Antiochiæ Episcopus fuit, extremum vitæ diem confecit ad quintum Consulatum Valentis, Valentiniani autem iunioris primum: in cuius locum *Dorotheus* suffectus est.

Sozom. lib. 5. c. 12. Lucifer Calaritanus Antiochiam tunc proficiscitur, ibique cum Meletius nondum reuertisset ab Exilio, Paulinum designauit Episcopum: Vnde Ecclesia Antiochena in tres factiones diuisa fuit, nam quasdam Ecclesias *Dorotheus* Arianus post Euzoium rexit, alias partim *Paulinus*, partim *Meletius* ab exilio reuocatus, gubernarunt.

Socrat. hist. Eccl. lib. 5. cap. 5. Paulinus Antiochiæ Episcopus propter eximiam pietatem minimè eiectus fuit in exilium: Meletius vero à Iuliano in patriam accersitus deinde cùm à Valente denuò esset relegatus, regnante Gratiano reuocatus est: qui cum rediret Antiochiam, Paulinum reperit iam senio prope confectum, confestim itaque omnes qui fauebant Meletio, operam dederunt, vt cum Paulino sedis Episcopalis particeps fieret. Cùm autem Paulinus diceret contra Ecclesiæ canones esse, vt quisquam ab Arianis Episcopis designatus, ad sedem Episcopalem participandam admitteretur, populus vi rem conficere statuit. Atque in Ecclesia quadam in suburbijs sita, illum in Episcopali sede collocare parant. Quo facto permagna excitatur contentio. Postea verò populus sub eiusmodi conditionibus ad concordiam reductus fuit. Cùm omnes qui Episcopatum petere videbantur in vnum coëgissent, reperiunt eos esse numero sex, inter quos erat Flauianus. Istos iureiurando astringunt, vt nemo illorum tum Episcopatus administrationem capesseret, cùm alteruter ex his duobus Episcopis, Paulinum & Meletium dico, è vita exiret: sed ei soli qui superesset, demortui locum obtinendi facerent potestatem. Quare iureiurando ad hunc modum dato, populus pacato & tranquillo animo, vnus erga alium esse cœpit, nec deinceps mutuò discordare. Ob quam causam qui à Lucifero stabant, ab Ecclesia recessere, quod Meletius ab Arianis designatus, ad Episcopatus illius dignitatem admissus erat.

Socrat. hist. Eccl. lib. 5. cap. 9. Eodem tempore Meletius Episcopus Antiochiæ, in morbum delapsus,

decessit è vita. Quo quidem tempore Gregorius frater Basilij funebrem orationem in eius mortem recitauit. Corpus autem Meletij eius necessarij Antiochiam transportarunt. Rursus qui Meletio erant addicti, à Paulino gubernari noluerunt, sed in locum Meletij *Flauianum* substituerunt.

. Cum Paulinus morte occubuit, populus illius Ecclesiæ Flauianum detestatus est: & propterea *Euagrium* suæ ipsius factionis Episcopum designari constituit. Quo, non longo tempore vitam protrahente, nemo alius in eius locum delectus fuit: sic enim erat res à Flauiano comparata. Quotquot igitur Flauianum propter iusiurandum violatum auersabantur, separatim conuentus fecerunt. Flauianus autem omnem (vt dicitur) mouebat lapidem, vt eos etiam sibi subijceret. Quod quidem haud diu post perfecit, odio Theophili Episcopi Alexandriæ tum versus ipsum placato. Quo circa, communione Flauiano ad hunc modum reddita, populus Antiochenus pedetentim tempore progrediente ad concordiam reducitur. Atque res Antiochenæ administratæ hunc habuêre exitum. Ariani verò ab Ecclesijs expulsi in suburbijs conuentus celebrarunt. Socrat. eccl. Eccl. lib. 5. cap. 15. Ibidem. Id. cap. 9 lib. 7.

Antiochiæ mortuo Flauiano, *Porphirius* in illum successit Episcopatum.

Durauit verò dissentio octoginta quinque annos, ad Præsulatum videlicet *Alexandri* omnibus laudis insignibus meritò exornandi: qui Ecclesiæ Antiochenæ clauum obtinens, omnes indagare vias & omne studium alacritatemque animi conferre non destitit, quo concordiam constitueret, & membrum segregatum cum reliquo Ecclesiæ corpore conglutinaret. Theod. hist. Eccl. lib. 5. cap. 5.

Alexander verò, cuius pia vitæ ratio pulchre cum Episcopatu consentiebat, successit Porphyrio, qui post Flauianum, Ecclesiæ Antiochenæ clauum tenens, multa suæ benignitatis monimenta post se reliquit. Theod. hist. Eccl. lib. 5. cap. 35.

Antiochiæ autem Diuo Alexandro vita defuncto, *Theodotus* continentiæ velut margarita, Ecclesiæ Præsulatum obtinuit: vir mansuetudine insignis, & accurata vitæ institutione egregiè exornatus. Qui sectam Apollinaris vt se cum reliquo Christi grege iungeret, cæteris Ecclesiæ ouibus aggregauit. Id. ibid cap. 38.

Ioannes Episcopus Antiochiæ à Nicephoro post Theodotum collocatur. Niceph. in Chronographi.

Domnus, Ioanne mortuo, Antiochiæ creatur Antistes. Euagr. hist. Eccl. li. 1. cap. 10

Maximus Episcopus Antiochiæ ab eodem Nicephoro post Domnum recensetur: & post eum Basilius, Acacius & Martyrius. Niceph. in Chron.

Cum *Martyrius* Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus esset, & ad Imperatorem venisset studio & adhortatione Gennadij, multo est cum honore dimissus. Antiochiam verò reuersus, cum Antiochenos tumultuationibus & seditionibus delectari, & Zenonem ad hoc illis esse subsidio cerneret, Episcopatui renuntiauit, dicens in publica Ecclesia: Clero immorigero, & populo rebelli, & Ecclesiæ contaminatæ renuncio, seruata interim mihi Sacerdotij dignitate. Theod. Collectan. lib. 1.

Post secessum Martyrij *Cnapheus* sedem Episcopalem tyrannicè inuasit, & statim Ioannem quendam antea depositum Apamiæ Episcopum ordinauit. Quo cognito, Gennadius Imperatori cuncta significat, qui Cnapheum in exilium ablegari iubet. Ille autem cum id præsciisset, fuga elapsus exilium euasit, *Iulianus* verò communibus suffragijs Episcopatu potitur. Theod. Collectan. lib. 1.

Euagr. hist. Eccl. lib. 3 cap. 10.

Iulianum hunc Euagrius omittens ait, Petro (scilicet Cnaphæo) Ecclesia Antiochena exturbato, *Stephanus* illius sedem capessit: quem Antiocheni calamis ad similitudinem hastarum præacutis, vt scribit Ioannes Rhetor, confecerunt. Quo extincto, *Calandio* illius sedis clauum suscipit, *ait Euagrius, qui quomodo sibi ipsi conueniat, non ita facilè dignoscitur, cùm postea hæc scribat.*

Recensentur duo Stephani successiuè à Baronio. An. 479

Id lib. 3 cap. 23. Palladius Eutichianus fuit, & ab hæreticis Petro Cnaphæo substitutus. Ibidem.

Athanasius Alexandrinus litteras de communione ad *Palladium*, qui post Petrum (*scilicet Cnaphæum*) Antiochiæ rexit Episcopatum, misit.

Palladio Episcopo Antiochiæ morte extincto, *Flauianus*, in eius locum suffectus est.

Id ibid cap. 33.

Flauiano in exilium eiecto, *Seuerus* ad Episcopatum Antiochiæ delatus fuit, anno quinquagesimo sexagesimo primo, post nomen ciuitati impositum.

Seuerus Acephalorum dux fuit.

Idem lib. 4, cap. 4.

Ex sua Episcopali sede Seuerus fugit Gorpiæo mense, quem Latini Septembrem vocant, anno quingentesimo sexagesimo septimo post nomen vrbi Antiochiæ impositum:

Idem ibid.

In cuius sedem successit *Paulus*, cui dabatur mandatum, vti Concilium Chalcedonense palam prædicaret. Qui sua sponte decedens Antiochia, certo iam vitæ cursu confecto, commune vniuersæ carnis iter ingreditur. Cuius Episcopatus sedem *Euphrasius* Hierosolymis Antiochiam profectus, capessit.

Idem ibid.

Idem cap. 5.

Incendio & terræ motu Antiochiam occupante, Euphrasius cladibus oppressus interijt. Tumque salutaris Dei prouidentia *Euphraimium* Orientis præfecturam gerentem ad curam de vrbe Antiochena suscipiendam exsuscitauit, quò nulla res ei deesset necessaria. Quem Antiocheni propterea vehementer amplexati Episcopum suum deligunt.

Id. ibid. cap. 6.

Id. ibid. cap. 18.

Domnmus in sede Antiochena successit Euphraimio, Domninoque *Anastasius.*

Domninus alijs Domnus dicitur.

Id. ib. lib. 5. cap. 5.

Iustinus porrò Anastasium his illi obiectis criminibus, primùm quod sacrum thesaurum extra modum & in nullum vsum necessarium profuderat, deinde quòd conuicia in ipsum ejecerat, sede Antiochena exturbauit.

Id. ibid. cap. 6.

Post illum *Gregorius* ad sacrum Episcopatus gradum elatus fuit, qui ob Poëticam facultatem magnam apud omnes gloriam consecutus est.

Id. lib. 6. cap. 23.

Non longo tempore post Gregorius podagra correptus, qua maximè torquebatur, cum medicamentum ex Hermodactylo (sic enim vocatur) confectum, quod medicus quidam ei dederat, ebibisset, exijt è vita.

Ibidem.

Eo tempore *Anastasius* Antiochiæ post viginti tres annos ad suam sedem restitutus fuit.

NOTITIA

NOTITIA PATRIARCHATVS ANTIOCHENI.

SYRIA PRIMA.

ANTIOCHIA Ptolem. lib. 5. cap. 15. quæ & Theopolis super Oronte Flu. nomen antiquum retinet apud nostrates Europæos, apud Turcas verò *Antacchia* dicitur, teste Leunclauio. *Eustathius* huius Episcopus subscripsit Concilio Nicæno 1. & *Maximus* Episcopus Magnæ ciuitatis Antiochiæ in actis Concilij Chalcedonensis dicitur.

SELEVCIA Pieria dicta Ptolemæo ibid. ad Ostia Orontis Flu. sita, vulgò *Soldin* Nigro, & *Seleuche Ielber*. *Geruntbius* huius Episcopus subscripsit epist. Synod. primæ Syriæ ad Leonem Imperatorem.

BERROEA Ptol. ibid. vulgò *Aleppo* teste Zonara, Cedreno & alijs. *Theosistus* Episcopus Berrœæ est in eadem epistola.

CHALCIS Chalcidicæ regionis caput, Ptol. ibid. vulgò *Chinserim* teste Leon. Episcopo Sidon. *Domnus* huius Episcopus in eadem legitur epist.

ONOSARTA Syriæ primæ vrbs lib. Concil. cuius Episcopus *Cyrus* subscripsit eidem epistolæ.

GABBVS lib. Concil. *Gabba* Plinio lib. 12. cap. 17. *Petri* huius Episcopi mentio fit in eadem epistola.

SYRIA II.

APAMEA ad Orontem Ptolemæo lib. 5. cap. 15. vulgò *Hamous* Bellonio, *Hama* Leunclauio, & alijs *Haman*. *Domnus* huius Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi, & *Thomas* Apamenorum Metropolis ciuitatis Præsul est in actis Conc. generalis quinti.

ARETHVSA Notitiæ antiquæ Græcæ. *Fornacusam* hodie dici ferunt. *Eusebius* huius Episcopus subscripsit epistolæ Synod. Syriæ secundæ ad Leonem Imperatorem.

EPIPHANIA Ptolem. vbi suprà, vulgò *Mapia* teste Cuspiniano, Nigro verò *Aman*. *Epiphanius* huius Episcopus ibidem nominatur.

LARISSA Ptolemæo ibid. adhuc *Laris* dicta teste Leon. Sidon. *Diogenes* huius Episcopus in eadem epistola dicitur.

MARIAMA Ptolemæo ibid. *Magnus* huius Episcopus in eadem epistola legitur.

RAPHANEA Ptolem. ibid. *Lampadium* Raphaneæ Præsulem habet Concilium Chalcedonense.

SELEVCIA penes Belum Ptol. ibid. Seleucobelus Straboni, vulgò *Divertigi*. *Elias* Seleuciæ Antistes dictæ epistolæ Synod. subscripsit.

Pp

THEODORIAS.

LAODICEA Ptol. lib. 5. cap. 15. Metropolis dicitur in Notitia antiqua Græca Theodoriadis prouinciæ à Syria extractæ, *Rhamata* Hebræis, vulgò *Lichè*. *Stephanus* Laodiceæ Metropolis Theodorianorum Antistes in actis Concilij gener. 5. legitur.

GABALA Ptol. ibid. Gibel Guill. Tyrio teste. *Flauianus* huius Episcopus habetur in epist. Synodica primæ Syriæ ad Leonem Imperatorem.

PALTOS Ptolem. ibid. *Sabas* huius Episcopus est in eadem epistola.

BALANÆA Ptol. ibid. vulgò *Valania* Nigro, & *Bagnias* Postello. *Timothei* Balanææ Episcopi memoria est in Concilio Cholcedonensi.

CILICIA PRIMA.

TARSVS Ptolemæo lib. 5. cap. 8. vulgò *Tarso* Europæis, *Terassa* incolis, & *Tersia* Turcis. *Lupus* huius Episcopus subscripsit Conciliis Ancyrano, & Neocæsariensi, & *Theodorus* Tarsi Metropolis Antistes in Concilio Chalcedonensi legitur.

POMPEIOPOLIS quæ & Soloe Ptolemæo ibid. nunc *Palesoli* dicitur. *Philomusum* huius Episcopum habet Concilium Constantinopolitanum primum, & *Matronianum* Chalcedonense.

SEBASTE, quæ & Augusta, Ptolemæo ibid. & Notit. antiq. nunc *Seuesta* dicitur. *Theodori* Augustæ Episcopi memoria est in Concilio Chalcedonensi inter Episcopos Ciliciæ.

CORICVS Ptol. ibid. vulgò *Curch* & *Curco* teste Nigro. *Germanus* Coryci Episcopus est in Concilio Constantinopolitano primo.

ADANA Ptol. ibid. vulgò *Adena* apud Curopalatem. *Cyriacus* Episcopus Adanæ in Concilio Constantinopolitano primo habetur.

MALLVS Ptol. ibid. *Mallo* adhuc Mola. & Theu. *Chrisippi* Malli Episcopi memoria est in Concilio Chalcedonensi.

ZEPHYRIVM Scylaci in Periplo, & Notitiæ antiquæ Græcæ. *Hipatius* huius Episcopus eidem Concilio interfuit.

CILICIA SECVNDA.

ANAZARBVS. Notitiis antiquis & lib. Conc. vulgò *Acsar*, siue *Acserai* teste Leunclauio. *Oresti* Anasarbi Ciliciæ secundæ Episcopi memoria est in Concilio Chalcedonensi, & *Ætherius* Anazarbensium siue Iustinianopolitanorum Metropolita subscripsit generali quinto.

MOPSVESTIA Ptol. l. 5. c. 8. Mopsi ostia vel Lares, Mopsus Plinio, vulgò *Malmista*, aliis *Mebsisse*. *Baßianus* huius Episcopus in Conc. Chalced. legitur, & *Theodorus* Mopsuestiæ apud Theodoret. lib. 5. c. 39.

ÆGÆ Ptol. ibid. Ægæa Straboni lib. 14. *Alexander* Ægeæ Antistes eidem Concilio Chalcedonensi adfuit.

EPIPHANIA Ptol. ibid. *Amphion* huius Episcopus subscripsit Concilijs Ancyrano, Neocæsareensi & Nicæno primo, idemque Epiphaniæ Cilicum Præsul apud Sozom. lib. 1. cap. 10. dicitur.

IRENOPOLIS. Ptolemæo ibid. prius Neronias Theodoret. lib. 1. cap. 7. qui *Narcissum* eius Episcopum nominat.

FLAVIOPOLIS Ptolem. ibid. quæ & Flauias, vulgò *Fispoli* ex tabula recenti. *Nicetas* Flauiadis Episcopus subscripsit Conc. Nic. 1. & Antioch. 1.

CASTABALA Ptolemæo ibid. *Moyses* huius Episcopus subscripsit Concilio Nicæno primo, & *Theophilus* Castabalorum Præsul apud Socratem hist. Eccl. lib. 3. cap. 21. dicitur.

ALEXANDRIA penes Issum Ptolemæo lib. 5 cap. 15. in Syria, Ciliciæ vicina, & Notitiæ antiquæ Græcæ in Cilicia secunda, Italis *Alessandretta* dicitur teste Nigro, Turcis verò *Scanderona* teste Leunclauio. *Iuliani* huius Episcopi mentio fit in Concilio Chalcedonensi.

ROSSVS Ptol. lib. 5. cap. 15. in Syria, & dictæ Notitiæ antiquæ in Cilicia secunda. *Eustathius* Risorum pro Rossorum Antistes dicitur in eodem Conc. estque sub Anazarbi Metropolita.

ISAVRIA.

SELEVCIA cognomento aspera, Ptolemæo lib. 5. cap. 8. vulgò *Seleuca*, & *Salefica* Nigro teste. *Basilius* Seleuciæ Metropolis Isauriæ Episcopus subscripsit epistolæ Synod. Isauriæ ad Leonem Imperatorem.

CELENDERIS, Colenderis Ptolemæo ibid. vulgò *Palopoli* teste Nigro, & *Candeloro* Molano. *Julius* Celēderis, Antistes in eadem epist. nuncupatur.

ANEMVRIVM Ptol. ibid. vulgò *Scalmura* vel *Scalemuro* teste Nigro. *Euphronius* eius Episcopus legitur in eadem epistola.

LAMVS Ptolemæo ibidem vulgò *Lamo*. *Nunechius* huius Episcopus subscripsit eidem epistolæ Synodicæ.

ANTIOCHIA ad Tragum Ptolemæo ibid. vulgò *Antiochetta* teste Nigro, Minorque dicitur apud Porphyrogennetam. *Acacius* eius Episcopus in eadem epistola dicitur.

SELENVS vrbs ad ostium Selinuntis fluuij Ptol. ibid. Traianopolis etiam dicta teste Xyphilino, quod ibi Trajanus Imperator decesserit. *islenos* hodie Turcis est teste Leunclauio. *Neon* eius Præsul est in Concilio Constantinopolitano primo.

IOTAPE Ptolemæo ibid. vulgò dicitur *Lombardo*, teste Nigro & aliis. *Ammonius* Iotapenus in eadem epistola reperitur.

DIOCÆSAREA Ptolemæo ibid. *Montanus* Diocæsareæ Præsul subscripsit eidem Epistolæ Synodicæ.

PHILADELPHIA Ptol. ibid. vulgò etiam *Filadelphia*. *Athanasius* Philadelphiæ Episcopus est in eadem epistola.

DOMITIOPOLIS Ptolemæo ibid. vulgò *Domezopoli*. *Orentio* eius Antistes dicitur in eadem epistola.

TITIOPOLIS Constantino Porphyrogennetæ in Themate Seleuciæ. *Artemius* Titopolis Episcopus est in Conc Constantinopolitano primo.

HIERAPOLIS Notitiæ antiquæ Græcæ. *Paulus* huius Episcopus in eadem epistola reperitur.

NEPHELIS Ptolem. vbi supra. *Antonij* Nephelidis Episcopi memoria est act. 6. Conc. Chalcedonensis.

DALISANDVS eidem Notitiæ. *Stephani* Dalisandi Præsulis mentio fit in eadem epistola Synodica.

CLAVDIOPOLIS Constantino Porphyrogennetæ in Themate Seleuciæ. *Montanus* huius Episcopus adfuit Concilio Constantinopolitano primo.

GERMANICOPOLIS eidem Constantino ibid. *Terannus* eius Episcopus in eodem Concilio legitur.

SBIDE dictæ Notitiæ antiquæ, Bida libro Conc. *Conon* Bidæ Antistes act.6. Conc. Chalced. dicitur, qui in alijs editionibus Isidis Episc. nominatur.

CESTRVS Notitiæ antiquæ Græcæ, Caystrus Ptol. lib. 5. cap. 8. *Epiphanius* eius Episcopus subscripsit dictæ epistolæ Synodicæ Isauriæ.

OLBVS Straboni lib. 14. Olbasa Ptolem. lib. 5. cap. 8. vulgò *Albistauerati* Molano. *Paulus* Olbi Episcopus in eadem epistola dicitur.

LYBIAS vrbs Episcopalis Isauriæ est in dicta epistola Synodica, cui *Conon* huius Antistes subscripsit.

HERMOPOLIS vrbs Episcopalis eiusdem prouinciæ in eadem epistola, in qua *Iulianus* eius Episcopus nominatur.

IRENOPOLIS dictæ Not. antiq. ab Irenopoli quæ in Cilicia est, diuersa. *Menodaurus* Irenopolis Antistes ex Isauria, in actione 6. Cōc. Chalc. legitur.

SEBASTE vrbs Episcopalis Isauriæ est in dicta epistola, cui *Sebastianus* Sebastenus Episcopus subscripsit. Sed mendosè syngrapham illam superadditam esse ex hoc conijcimus, quod ciuitas illa ex Cilicia sub Tarso sit, vt iam Notitijs antiquis, & Ptolemæo annotauimus.

EVPHRATENSIS.

HIERAPOLIS in Cyrrestica regione Ptolem. lib. 5. cap. 15. vulgò *Haleppo* Bellonio. Sed contra mentem Zonaræ & Cedreni, qui hoc nomen Berœæ tribuunt. *Stephanus* Metropolis Hierapolis Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi.

CYRRHVS Ptol. ibid. hodie *Quars* vel *Carin* dicitur. *Theodoretus* eius Episcopus est in eodem Concilio, & *Isidori* Cyrrhi Antistitis memoria est apud Theodor. lib. 5. cap. 4.

SAMOSATA Ptolem. ibid. vulgò *Scemsat*. *Antiochus* huius Episcopus subscripsit Concilio Constantinop. 1. & *Andreæ* Samosateni Præsulis mentio fit apud Theod. hist. lib. 2.

DOLICHE Ptolem. ibid. nomen antiquum retinet. *Maris* eius Antistes in Concilio Constantinopolitano primo legitur.

GERMANICIA Ptol. ibid. vulgò *Adata* teste Manass. *Salomonis* huius Præsulis memoria est in Concilio Nicæno.

ZEVGMA Ptol. ibid. *Bassus* huius Episc. subscripsit Conc. Antiocheno.

PERRE Anton. in Itiner. *Sabinianus* Episc. Perrhæ adfuit Conc. Chalc.

EVROPVS Ptol. ibid. quæ & Amphipolis & Thapsacum teste Plinio. *Dauid* huius Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi.

VRIMA Ptolem. ibid. Orimi dictæ Notitiæ antiquæ. *Mara* Orimorum Episcopus dicitur in Concilio Chalcedonensi.

CÆSAREA dictæ Notitiæ antiquæ, Neocæsarea libro Concil. vrbs Episcopalis in Euphratensi. *Paulus* Neocæsariensis ex Syria Coele Euphratensi vicina Concilio Nicæno subscripsit.

SERGIOPOLIS Procop. lib. 2. de bello Persic. *Abrahamius* eius Antistes subscripsit Concilio Constantinopolitano generali quinto, vbi Metropolis dicitur, sed quantum ad honorem intellige.

SVRA Ptol. vbi sup. *Vranius* Surorum Episc. Conc. Chalced. interfuit.

MARIANOPOLIS vrbs Episcopalis sub Hierapoli in Conc. Chalcedonensi, in quo *Cosma* huius Episc. dicitur, sed alijs est sub Apamea in Syria 2.

OSRHOENA.

EDESSA Ptolem. lib. 5. cap. 18. Callirhoe teste Procop. & postea Iustinopolis dicta est, vulgò autem *Rhoas* & *Rhoasse* Nigro, & *Orfa* P. Gyll. *Nonus* huius Episcopus primus ordine subscripsit epistolæ Synodicæ huius prou. ad Leon. Imp. & *Amazonius* Edessenorum Metropolis Antistes in Concilio generali quinto nuncupatur.

CARRE Ptol. ib. vulgò *Orfa*. *Ioannes* Episc. Carræ in ead. est epistola.

CIRCESIA dictæ Notitiæ Græcæ, Circisium in epistola Synodica Osrhoënæ prou. ad Leonem, cui *Abrahamius* eius Antistes subscripsit.

NICEPHORIVM Ptol. ibid. vrbs Episcopalis Osrhoenæ, quæ & Constătina à Const. Imp. postea dicta est, vulgò *Nasiuancasi* Castaldo, *Nephrũ* autem Pincto est. *Thomas* Const. Episc. subscripsit Synodo Constant. gen. 5.

BATHNÆ dictæ Notitiæ antiquæ & Antonino. *Abrahamus* eius Episcopus interfuit Concilio Constant. generali quinto, & *Basilius* Antistes Baliæ pro Bathnæ, in epist. Synod. Osrhoënæ ad Leonem reperitur.

CALLINICVS alias *Leontopolis* dictæ Notitiæ Græcæ. Epistola Synod. Osrhoënæ prouinciæ habet *Damianum* huius Episcopum.

MARCOPOLIS eidem Notitiæ. *Cyrus* Marcopolis Antistes Conciliabulo Ephesino interfuit, & *Cajuma* Chalcedonensi.

HIMERIVS eidem Notitiæ, Himeria lib. Concil. *Ausonius* Himeriæ Episcopus est in subscriptionibus Conciliabuli Ephesini, & *Vranius* Himerorum ciuitatis Osrhoënæ adfuit Chalcedonensi.

DAVSARA Stephano. *Monus* Episcopus Dansaræ in actis Concilij Constantinop. generalis 5. legitur.

MESOPOTAMIA.

AMIDA Metropolis Mesopotamiæ dictæ Notitiæ Græcæ, vulgò *Caramit*. *Maras* huius Episcopus primus ordine subscripsit epistolæ Synodicæ huius prouinciæ ad Leon Imp. & *Cyriacus* Amydenorum Metropolis Episcopus in Concilio generali quinto dicitur.

NISIBIS Ptol. lib. 5. cap. 18. vulgò *Nisbin* ex tabula Geograph. recenti: dicitur etiam Antiochia Mygdoniæ apud Theodoretum lib. 1. hist. Eccl. cap. 7. vbi *Iacobus* huius Episcopus nuncupatur.

RHESINA Ptol. ibid. *Antiochus* Rhesinatis Episcopus subscripsit Concilio Antiocheno primo.

MARTYROPOLIS dictæ Notitiæ. *Zebenno* Martyropolis Præsul in Concilio Chalcedonensi nominatur.

CASCHARA Socrati historiæ Eccles. lib. 1. cap. 17. qui *Archelaum* Caschare Episcopum appellat.

PHOENICIA I.

TYRVS Ptol. lib. 5. cap. 15. vulgò *Sur* Nigro & Postello testibus. *Dorotheus* huius Episcopus subscripsit epist. Synodi Phœniciæ 1. ad Leon. Imp. & *Epiphanus* Tyriorum Metropolis Antistes in Conc. Constantinop. sub Agapeto & Menna reperitur.

SIDON Ptolem. ibid. vulgò *Said* Nigro & Postello testibus. *Magas* huius Episcopus etiam dictæ epist. subscripsit.

PTOLEMAIS Ptol. ibid. olim Ace & Ancon Hebræis, nunc autem *Aca* & *Acone*. *Æneas* huius Præsul est in Concilio Nicæno.

BERYTVS Ptol. ibid. vulgò *Baruti*. *Eustathius* Beryti Episcopus in dicta epistola Synodica dicitur.

BYBLVS Ptol. ibid. vulgò *Giblet* Brochardo, Nigro verò & Postello *Gibellet*. *Basilides* eius Episcopus adfuit Concilio Constantinop. primo.

TRIPOLIS Ptol. ibid. vulgò *Tripoli di Soria* Europæis, Turcis verò *Tarapolo* Leuncl. teste. *Theodorus* huius Episc. dictæ subscripsit epistolæ.

ARCA Ptol. ibid. vulgò *Archis* Tyrio teste, *Heraclitus* huius Antistes in eadem epistola reperitur.

ORTHOSIA Ptol. ibid. *Nonnus* eius Episc. ibid. subscripsit.

BOTRYS Ptol ibid. *Botrum* vulgò dicitur apud Postell. incolis verò *Boteron*. *Porphyrius* Botrorum Episcopus Concilio Chalcedonensi interfuit.

ARADVS insula Syriæ adiacens Ptol. ibid. *Mocimus* eius Episcopus in Concilio Constantinopolitano primo nuncupatur.

ANTARADVS Ptol. ibid. vulgò *Tortosa*. *Alexander* huius Episcopus est in Concilio Chalcedonensi.

PORPHYRIVM lib. Concil. vulgò *Caypha* Postello. *Christophori* Porphyrionis in Phœnicia Antistitis memoria fit in Conc. Constantinop. sub Agapeto & Menna, & *Thomæ* in Chalcedonensi.

PANEAS Ptolem. Cæsarea Paniæ, vulgò *Belinas* Guil. Tyrio & Postello testibus. *Olympius* Paneadis in eodem Concil. legitur.

SYCAMINON Ptol. ibid. nunc *Capo carmelo* teste Nigro dicitur. *Alphyus* Sycaminus Antistes est in Concil. Constantinop. sub Agapeto & Menna.

PHOENICIA LIBANI.

DAMASCVS Ptol. lib. 5. cap. 15. vulgò *Damasco* & Turcis *Scham*, teste Leunclauio. *Theodorus* huius Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi, & *Eustathius* Damasci Metropolis Præsul adfuit Concil. gener. 5.

LAODICEA cognomine Scabiosa Ptol. ibid. vulgò *Lizza* & *Liche* teste Minadoio, & Oliu. *Valerius* eius Præsul in eod. Concilio nominatur.

HELIOPOLIS Ptol. ibid. vulgò *Balbec* Postello, *Marbec* Leuncl. *Petrus* huius Episc. in epist. Synodica huius prou. ad Leon. Imp. reperitur.

ABYLA Ptol. ib. vulgò *Bellinas*. *Ioannes* huius Episc. subscripsit eid. epist.

IABRVDA Ptol. ibid. *Gennadius* Iabrudorum Præsul in subscriptionibus Conc. Nicæni dicitur, vbi mendosè in Arabia constituitur: nam in Concilio Chalcedonensi act. 6 est sub Damasco.

PALMYRA quæ & Hadrianopolis Ptol. ibid. vulgò *Amegara* Ortelio teste. *Ioannes* Palmyrensis Episcopus subscripsit eidem epistolæ Synodicæ

in qua mendose legitur Almirensis, & ante eum *Marinus* Palmyrenus Antistes dicitur in Concilio Nicæno.

EMESA Ptol. ibid *Vranius* Emesæ Episcopus subscripsit eidem epist.

DANABA Ptol. ibid. quæ & Castrum Danabenum dicitur in dicta epistola, cui *Cochena* Episcopus Castri Danabeni subscripsit.

ALALIS Ptol. ibid. *Thalassius* Alalius Episcopus adfuit Conc. Nicæno.

EVARIVS quæ etiam Iustinianopolis dicitur Notitiæ Græcæ, & Euaria lib. Conc. *Thomas* Euariæ Antistes epistolæ Synodicæ Phœniciæ secundæ ad Leonem subscripsit.

COMOARA lib. Concil. forte Coara Ptol. ibidem. *Dade* huius Præsulis mentio fit in dicta epistola Synodica.

ABYDA Ptol. ibid. *Eusebius* huius Episcopus eidem epistolæ subscripsit.

CORADA vrbs Episcopalis Phœniciæ secundæ in epist. Synodica eiusdem prou. ad Leon. Imp. cui *Abrahamius* huius Episc. etiam subscripsit.

SARRACENE siue Sarracenorum ciuitas Ptol. lib. 5. cap. 17. qui hanc in Arabia Petræa constituit, Phœniciæ secundæ contermina. *Eustathij* Sarracenorum Antistitis in eadem epistola mentio fit. Verum ad Palæstinam tertiam quæ partem Arabiæ petrææ cōplectitur, quibusdā potius videtur pertinere.

ARABIA PETRÆA.

BOSTRA Ptol. lib. 5. cap. 17. vulgò *Bussereth* vocari scribit Guill. Tyrius *Constantinus* eius Episcopus subscripsit Conc. Chalcedonensi, & in Constant. gener. 5. *Ioannis* Bostrenorum Metrop. Episc. memoria est.

ADRA Ptol. ibid. *Vranius* Adranensis Episcopus Concilio Constantinopolitano primo interfuit.

MEDAVA Ptol. ibid. vulgò *Medauon* Guil. Tyrio, alijs verò *Medbad.* *Caianus* huius Episcopus in Concilio Chalcedonensi nuncupatur.

GERASA Ptol. ibid. *Placo* Gerasorum Episcopus in Concilio Chalcedonensi dicitur.

NIBE eidem Notitiæ, Neba libr. Concil. *Iouius* Episcopus Nebæ adfuit Concilio Chalcedonensi.

PHILADELPHIA eidem Notitiæ vulgò *Rabath*. *Eulogius* huius Episc. subscripsit Conc. Chalc. vbi dicitur Metrop. quantum ad honorem scilicet.

ESBVS dictæ Notitiæ Græcæ, Esbuta Ptol. lib. 5. cap. 17. *Zosius* huius Episcopus est in eodem Concilio.

NEAPOLIS dictæ Notit. *Chilon* eius Antistes in eod. Conc. nominatur.

PHILIPOPOLIS Notitiæ Græcæ. *Hormisda* huius Episcopus subscripsit eidem Concilio.

CONSTANTINE eidem Notitiæ. *Solemus* Episcopus Constantiæ ciuitatis in eodem Concilio nominatur.

DIONYSIAS eidem Notitiæ. *Mara* huius Episc. eidem Conc. interfuit.

MAXIMIANOPOLIS lib. Concil. vrbs Episcopalis Arabiæ, cuius *Seuerus* Antistes in eodem Concilio legitur.

AVARA Ptol. lib. 5. cap. 17. *Malchus* huius Episc. subscripsit eid. Conc.

ELANA Ptol. ibid. vulgò *Aila* teste Nigro. *Garton* eius Episc. eidem Concilio interfuit.

ZERABENA vrbs Episcopalis sub Bostra in Concilio Chalcedonensi vbi *Nonus* huius Episcopus legitur.

ERRA vrbs Episcopalis sub eadem Metropoli in eodem Concilio, in quo *Ioannes* huius Episcopus nominatur.

ANITHA Ptol. vbi suprà. *Anastasius* Anithæ Episcopus ibid. dicitur.

PAREMBOLA lib. Concil. Guill. Tyrio sub sede Bostrensi est. *Petrus* Parembolæ Antistes Concil. Ephes. interfuit, & *Valens* Parembolanus est in Hierosolymit. sub Agapeto & Menna.

CYPRVS INSVLA.

CONSTANTINA seu Constantia Stephano, Salamis Ptol. lib. 5. cap. 14. vulgò *Constanza*. *Olympius* huius Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi, & *Epiphanij* eius Præsulis sepius memoria fit apud D. Hieronymum in epistolis.

CITIVM Ptolemæo ibid. adhuc *Chite* dicta. *Mnemius* huius Antistes in Conc. Constantinopolitano primo reperitur.

AMATHVS Ptol. ibid. vulgò *Limisso*. *Heliodorum* Amathuntis Episcopum habet Conc. Chalcedonense.

CVRIVM Ptolemæo ibid. *Episcopia* Stephano, *Carmia* Nigro. *Zenon* Curij Episcopus in Concilio Ephesino legitur.

PAPHOS vetus Ptol. ibid. vulgò *Baffo*. *Iulius* huius Episcopus est in Concilio Constantinopolitano primo.

ARSINOE Ptolemæo ibid. *Præchius* eius Episcopus dicitur in Concilio Chalcedonensi.

LAPITHVS Ptol. ibid. vulgò. *Lapathios*. *Didimus* huius Episcopus subscripsit eidem Concilio Chalcedonensi.

THAMASSVS Ptolem. ibid. vulgò *Borgo di Tamasso*. *Tychon* Thamassi Antistes in Concilio Constantinopolitano primo nuncupatur.

CHYTRVS Ptolemæo ibid. *Chitri* etiamnum dicta. *Photinus* huius Episcopus subscripsit Concilio Chalcedonensi.


TREMITHVS Ptolem. ibid. *Theopompus* eius Episcopus Concilio Constantinopolitano primo subscriptus legitur.

SOLI Ptolem ibid. vulgò *Solea*. *Euagrius* Solorum Episcopus subscripsit Concilio Ephesino.

LEDRA lib. Concil. vulgò *Nicosia* teste Sophiano. *Triphilius* Ledrorum Cypri Episcopus à D. Hieronymo lib. de Script. Eccl. nominatur.

TIBERIOPOLIS dictæ Notitiæ Græcæ. *Aristoclides* Episcopus Tiberiopolis subscripsit Concilio Constantinopolitano sub Agapeto & Menna. Sed an ex Cypro sit non ita certum est, & Theodosiopolis fortè legendum est non Tiberiopolis, cùm *Soter* Theodosianæ ciuitatis Præsul Heliodori Episcopi Amathuntis in Cypro, in Concilio Chalcedonensi vices egerit.

PATRIARCHATVS



PATRIARCHATVS HIEROSOLYMITANVS.

LIBER DVODECIMVS.



TERRAM ingredior vbi, ait Optatus,[a] secundùm hominem natus est Christus, vbi eius sancta sunt impressa vestigia, vbi ambulauerunt adorandi pedes, vbi ab ipso factæ sunt tot & tantæ virtutes, & vbi eum sunt tot Apostoli comitati. Palæstina dicitur, quam sic describit Ammianus Marcellinus.[b] [Vltima Syriarum est Palæstina, per interualla magna protensa, cultis abundans terris & nitidis, & ciuitates habens quasdam egregias, nullam nulli cedentem, sed sibi vicissim velut ad perpendiculum æmulas: Cæsaream, quam ad honorem Octauiani Principis exædificauit Herodes, & Eleutheropolim, & Neapolim, itidemque Ascalonem, Gazam, & Iuliam æuo superiore extructas. In his tractibus nauigerum nusquam visitur flumen, & in locis plurimis aquæ suapte natura calentes emergunt, ad vsus aptæ multiplicium medelarum. Verùm has quoque regiones pari sorte Pompeius, Iudæis domitis & Hierosolymis captis, in Prouinciæ speciem rectori delata iurisdictione formauit.] [Est circa Hierusalem, inquit Strabo,[c] locus Saxosus, aquis ipse quidem abundans, cùm regio circùm sterilis ac sicca sit, & intra sexaginta stadia etiam solum habeat lapidosum infernè.] Nec ab eo discrepat D. Hieronymus[d], dum ait, [Non rigatur vt Ægyptus deorsum, sed desursum, nec facit olera languentium cibos, sed temporaneum & Serotinum de cælo expectat imbrem. Hæc terra montuosa & in sublimi sita, quantùm à delicijs sæculi vacat, tantò maiores habet delicias spiritus.]

I. PALÆSTINÆ DESCRIPTIO.

a Optatus lib. 6.

b Ammian. Marc. lib. 14.

c Strabo lib. 16.

d Hieron. epist. 17.

Clauditur magna ex parte montibus, habetque pro terminis ab Oriente & Septentrione Libanum & Antilibanum, ab Occidente partem Phœniciæ & mare Syriacum, & à Meridie Arabiam Petræam: appellataque est Palæstina à Philisthijm, quos Palæstinos corruptè vocant. Prius sub Iuliano Apostata Consularem[e] habuit. Deinde sub Gratiano[f] Proconsulem, ac sub eodem in duas prouincias diuisa est, cum in vtraque Palæstina Theodosius Iudæorum Synedria fuisse scribat.[g] Tandem in tres diuisa est, scilicet primam, secundam, & salutarem. Primæ, quæ minor erat, Me-

e Leg. & vlt. ff. de Censibus.

f l. 14. si quis Decurio, Cod. de Decurionibus.

g l. 48. Cod. Theod. de appellationib.

a L. Iudæorum Cod. de Iudæis.

tropolis fuit Cæsarea; secundæ Scythopolis,[a] & tertiæ salutaris Ierusalem.

Prima Consularis fuit, sed duæ aliæ à præsidibus tantùm regebantur: vt videre est in Notitia Imperij Romani,[b] & apud Iurisconsultos.

b L. 1. ff. de Censibus.

II.

IERVSALEM METROPOLIS IVDÆÆ.

c Euseb. lib. 1. c. 9. Ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ εἰς ἀεὶ ὀνομασθήσεται.

d Strabo lib. 16. cap.

e D. Hieronym. epist. 17.

Huius regionis olim primaria vrbs Hierusalem fuit Eusebio teste[c] quam etiam Iudæorum Metropolim Strabo[d] nominat, & de qua hæc D. Hieronymum[e] scribentem audire haud ingratum erit. [Recurre ad Genesim & Melchisedech regem Salem, huius principem inuenies ciuitatis: qui iam tunc in typo Christi panem & vinum obtulit, & mysterium Christianum in Saluatoris sanguine & corpore dedicauit. In hac vrbe, immò in hoc tunc loco & habitasse dicitur, & mortuus esse Adam. Vnde & locus, in quo crucifixus est Dominus noster, Caluariæ appellatur, scilicet quod ibi sit antiqui hominis Caluaria condita: vt secundi Adam, idest Christi sanguis de cruce stillans, primi Adam, & iacentis protoplasti peccata dilueret, & tunc sermo ille Apostoli compleretur. Excitare qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Quantos hæc vrbs Prophetas, quantos emiserit sanctos viros longum est recensere. Totum mysterium nostrum, istius prouinciæ, vrbisque vernaculum est. In tribus nominibus Trinitatis demonstrat fidem. Iebus, Salem & Hierusalem appellatur, primum nomen calcata, secundum pax, tertium visio pacis. Paulatim quippe peruenimus ad finem, & post conculcationem ad pacis visionem erigimur; ex quo Salomon, id est pacificus, in ea natus est, & factus est in pace locus eius. Et in figura Christi sub etymologia vrbis, Dominus Dominantium & Rex Regum nomen accepit. Multò nunc augustior est quàm antè fuit. Venerabantur quondam Iudæi sancta Sanctorum, quia ibi erant Cherubim, & propitiatorium, & arca testamenti, manna, virga Aaron, & altare aureum. Nonne tibi venerabilius videtur sepulchrum Domini? quod quotiescumque ingredimur, toties iacère in syndone cernimus saluatorem: & paululùm ibidem commorantes, rursum videmus Angelum sedere ad pedes eius, & ad caput sudarium conuolutum. Cuius sepulchri gloria multò ante quàm excideretur à Ioseph, scimus Esaiæ vaticinio prophetatum dicentis; & erit requies eius honor: quod scilicet sepulturæ Domini locus esset ab omnibus honorandus. Ciuitas magna, in qua crucifixus est Dominus, nulla est alia, nisi Hierusalem. Longum est nunc ab ascensu Domini vsque ad præsentem diem per singulas ætates currere, qui Episcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Ecclesiastica virorum venerint Hierosolymam, putantes minus se religionis, minus habere scientiæ, nec summam, vt dicitur, manum accepisse virtutum, nisi in illis Christum adorassent locis, de quibus primum Euangelium de patibulo coruscauerat. Certè si præclarus orator reprehendendum nescio quem putat, quod litteras Græcas non Athenis sed Lilybæi, Latinas non Romæ sed in Sicilia didicerit; quod videlicet vnaquæque prouincia habeat aliquid proprium, quod in alia æque haberi non possit: cur nos putamus absque Athenis nostris quemquam ad studiorum fastigia peruenisse?] Quid plura? vnum tamen addam, nimirum quod si Hierusalem vigente Mosis lege ideo ciuitas Dei vocata est, quod Deitas suprema, peculiari & eminenti modo diu apud eam in templo Salomonis habitarit: eadem in lege gratiæ mater omnium Ecclesiarum à Patribus Concilij primi Constantinopolitani generalis, vt refert Theodoretus,[f] appellata est. Rationem

f Theodor. lib. 5. hist. Eccl. cap. 9. Τῆς δὲ γε μητρὸς ἁπασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις.

afferam, quod in ea, vt ait D. Hieronymus,[a] [primùm fundata Ecclesia totius orbis Ecclesias seminauit.] Hanc matrem Christiani nominis vocauit Imperator Iustinus,[b] adeo vt nemo audeat ab ea sese discernere. Quia videlicet Apostoli, inquit Iustinus martyr,[c] Hierosolymis egressi vbique prædicauerunt; & ante Apostolorum dispersionem, Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui habitabant Mesopotamiam, Iudæam & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Lybiæ, quæ est circa Cyrenem, & aduenæ Romani, Iudæi quoque & Proselyti, Cretes & Arabes in ea ciuitate primùm fide imbuti sunt, vt in actis Apostolorum legitur,[d] ac postea singuli gentem suam Christi lumine illustrarunt. Id autem cùm ita sit, quis Hierosolymitanam Ecclesiam Patriarchali dignitate & authoritate insigniri non solùm conueniens, sed etiam iustum existimet? maximè cum Patriarchales Ecclesiæ ex hoc institutæ fuerint, quod ab iis cæteræ originem duxissent, quasi τῶν πατριῶν ἄρχαι hoc est familiarum Christi principes.

a D. Hieronym. in Isaiæ cap. 2.
b Iustin Imp. epist. ad Hormisd. post epist. 71.
c Iust. in apol. 2.
d Actuum 2.

III. Cæsarea diu primaria totius Palæstinæ.

Nec tamen, id nisi quantum ad nomen & honorem, ab initio factum fuisse dixerim: Etenim quamuis ciuitas hæc, priusquam à Tito destrueretur, Metropolis esset totius Iudææ, vt iam ex Eusebio diximus; ea tamen euersa, Cæsarea Metropolis dignitatem obtinuit. Vnde etiam factum est, vt Ecclesia Hierosolymitana Cæsariensi tanquam Metropolitanæ diu subiecta manserit. Si de hac Hierosolymitanæ Ecclesiæ dignitate dubites, hanc ita clarè disces ex Concilio Nicæno, vt nulla alia probatione indigeas. Canonis[e] verba sunt: [Quia consuetudo obtinuit, & antiqua traditio, vt Æliæ Episcopus honoretur; habeat honoris consequentiam salua Metropoli propria dignitate.] Ibi enim per Æliam Ierusalem intelligenda est: sic ab Ælio Adriano vocata, quod ab ipso instaurata fuisset. Nec minus euidenter Cæsariensis Episcopi authoritatem declarat D. Hieronymus[f] ad Pammachium scribens aduersus errores Ioannis Hierosolymitani, huncque sic alloquens: [Tu, qui regulas quæris Ecclesiasticas, & Nicæni Concilij canonibus vteris, & alienos Clericos, & cum suis Episcopis commorantes tibi niteris vsurpare; responde mihi, ad Alexandrinum Episcopum Palæstina quid petinet? ni fallor, hoc ibi decernitur, vt Palæstinæ Metropolis Cæsarea sit, & totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæsariensem Episcopum referre debueras, cui, spreta communione tua, communicare nos noueras; aut si procul expetendum iudicium erat, Antiochiam potius litteræ dirigendæ.]

e Can. 7. Con. Nic. Ἐπειδὴ συνήθεια κεκράτηκε καὶ παράδοσις ἀρχαία, ὥστε τὸν ἐν Αἰλίᾳ ἐπίσκοπον τιμᾶσθαι, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος.
f Hieron. epist. 61. ad Pammach.

Hinc fit, vt apud Eusebium Hierosolymitanus Episcopus nunc ante, nunc post Cæsariensem nominetur; ante quidem, in quantum honorem sedemq; Patriarchæ obtinebat; pòst verò, quatenus suffraganeus Cæsariensis, ipsique subiectus. Sicvbi agit de Concilio Palæstinæ sub Commodo Imperatore celebrato,[g] Theophilus Cæsariensis ante Narcissum Hierosolymitanum nominatur, licet vterque ibi præses Concilij dicatur. Sic apud eundem[h] Theoctistus Cæsareæ Episcopus ante Alexandrum Hierosolymitanum nominatur, hæcque ait. [Quoniam Theoctistus Cæsareæ Episcopus, & Alexander Hierosolymorum spectati in primis, & præstantes præ cæteris Palæstinæ Episcopis, amplissima dignitate & summo honoris gradu, Origenem dignum arbitrati, manus illi vt presbyterio fungeretur imposuerant.] Sic tandem ipsemet Theoctistus, apud eundem Eusebium,[i] eidem Alexandro

g Euseb. hist. Eccl. lib. 5. cap. 22. ὧν προετέτακτο Θεόφιλος τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας ἐπίσκοπος καὶ Νάρκισσος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις.
h Id. lib. 6 cap. 7. Ὅτι δὴ τῶν κατὰ Παλαιστίνην οἱ μάλιστα δόκιμοι καὶ διαπρέποντες Καισαρείας τε καὶ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοποι, πρεσβείου τὸν Ὠριγένην καὶ τῆς ἀνωτάτω τιμῆς ἀξιῶσαι δοκιμάσαντες, χεῖρας εἰς πρεσβυτέριον αὐτῷ τεθείκασιν.
i Id. eod. lib. c. 19. Ἀλέξανδρος ὁ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος καὶ Θεόκτιστος ὁ Καισαρείας ὧδέ πως ἀπολογοῦνται.

Hierosolymorum Episcopo postponitur, hisce in verbis. [Alexander Hierosolymorum Episcopus, & Theoctistus Episcopus Cæsareæ, ad Demetrium in Origenis defensione sic ferè respondebunt.]

a Theod. hist. Eccl. lib. 2 cap. 17

[illegible] &c.

Sed cui de maiori authoritate per aliquot tempora Episcopi Cæsariensis dubium esse poterit, si Theodoretum[a] de contentione orta inter Acacium Cæsariensem, & Cyrillum Hierosolymitanum circa primatum hæc scribentem audiat? [Per id tempus Acacius Cæsareæ vrbis primariæ Palæstinæ, Eusebio mortuo, Episcopatum gessit, quem quidem Concilium Sardicense abdicauerat: sed ille, contempta tanta Episcoporum multitudine, sententiæ contra se latæ restitit. Primatum autem Hierosolymorum, post Macarium illum, cuius sæpè à me facta est mentio, obtinuit Maximus vir ob certamina pro pietate suscepta egregie nobilitatus. Cuius & oculus dexter erutus fuit, & dexteri pedis flexus prorsus labefactatus. Isto ad vitam immortalem trãslato, Cyrillus alacris & promptus, doctrinæ Apostolicæ propugnator, in Episcopatus gradu locatur. Isti duo, Cyrillum dico & Acacium, inter se de primatu digladiantes, populum suarum Ecclesiarum grauissimis affecerunt incommodis. Nam Acacius leui arrepta occasione, abdicauit Cyrillum, Hierosolymisque expulit.] Hanc enim abdicationem expulsionemq; Cyrilli Hierosolymitani, certum authoritatis Episcopi Cæsariensis in Hierosolymitanum, argumentum esse quis non videt? Nec est quod dicas eam depositionis sententiam iniustam fuisse, cùm, licet sine causa ferri, non tamen sine iurisdictione effectum sortiri potuerit.

IV.

HIEROSOLYTANVS EPISCOPVS PATRIARCHALI AVTHORITATE DONATVS EST.

b Conc. Chalced. act. 7.

[illegible]

Postea tamen Hierosolymitanus Episcopus non tantum honorem sed etiam authoritatem Patriarchalem obtinuit, vt legitur actione septima Concilij Chalcedonensis,[b] in qua pro decisione contentionum, quæ inter Maximum Patriarcham Antiochenum, & Iuuenalem Hierosolymorum Episcopum ortæ erant, decretum est, vt Ecclesia Antiochiensium duas haberet Phœnicias & Arabiam: Ecclesia verò Hierosolymorum tres Palæstinas. Decreti ex communi horum consensu facti verba sunt. [Per placitũ igitur Maximi sanctissimi Antiochiensium ciuitatis Episcopi, & Iuuenalis sanctissimi Hierosolymorum Episcopi facta consensio, sicut vtriusque attestatio declarauit, firma etiam per nostrum decretum, & sententiam S. Concilij in omni tempore permanebit, hoc est, vt Maximus quidem sanctissimus Episcopus, seu Antiochiensium sanctissima Ecclesia, duas Phœnicias & Arabiam sub propria habeat potestate: Iuuenalis autem sanctissimus Hierosolymorum Episcopus, siue sanctissima Ecclesia quæ sub eo est, tres Palæstinas itidem sub propria habeat potestate; vacantibus scilicet secũdum iussionem diuinissimi & pijssimi Principis omnibus rebus, & quocumque modo sacris ab vtraque parte litteris impetratis, insuper & mulctatione quæ in eis huius causa noscitur contineri.]

Ex his collige tres Palæstinas Patriarchalem Episcopi Hierosolymitani diœcesim fuisse, sed has non eosdem in Ecclesiasticis ac in Politicis limites habuisse, te docebit Notitia antiqua ex Vaticano codice manuscripto desumpta, necnon alia ex altero codice Regio manuscripto, quæ partem Arabiæ Petrææ proprio præsidi in ciuilibus subiectæ ad tertiam Palæstinam in Ecclesiasticis spectasse testantur. Vtramque in secunda parte huiusce operis reperies, vnde earum verbis ijs referendis haud immorabimur, vt ad alia

transeamus. Cæterum quæ vniuscuiusque Palæstinæ Ecclesiasticæ limites fuerunt, singularum ciuitates postea enumerando, satis euidenter indicabimus.

Episcopo Hierosolymitano Patriarchali authoritate donato, huic etiam iura Patriarchalia collata sunt. Imprimis, quod ad eum ordinatio Episcoporum Palestinæ spectaret, satis probatur ex Euagrio l., dum ait, Theodosio in locum Iuuenalis ab Hæreticis facto Episcopo, ad eum multos ex vrbibus Palestinæ accedentes effecisse, vt ipsis eius authoritate designarentur Episcopi, ac inter eos Petrum ex Iberia ortum Episcopatu Majumæ prope Gazam sitæ donatum fuisse. Quod etiam congregandarum Synodorum authoritatem habuerit, ex ipsis Palestinæ Synodis probatur. Siquidem Ioannes Hierosolymitanus Concilium trium Palestinarum sub Hormisda contra Eutychianos coegit, cuius epistola Synodica in act. 5. Concilij Constantinopolitani sub Menna reperitur. Aliud simile congregauit Petrus Hierosolymitanus contra Seuerum, Petrum & Zoaram hæreticos post obitum Agapeti anno Domini 536. necnon & contra Anthimum, vt ibidem videre est. Vnum tantum monebo circa hæc Concilia, plures Episcopos ex vicinis prouincijs Phœniciæ, Syriæ, Ciliciæ & aliarum, vt sæpius in alijs factum est, his interfuisse, & subscripsisse; ne quis forsan errore deceptus omnes Episcopos quorum subscriptiones inibi reperiuntur, Palestinos fuisse censeat. Ex Cilicia 1. fuit Zephyriensis Episcopus, ex Isauria Iotapenus, & Philadelphiensis, ex Syria 1. Gabbensis, ex Euphratesia Neocæsariensis, ex Theodoriade Gabalensis, ex Phœnicia 1. Ptolemaidensis, Aradensis, & Paneadensis, ex Phœnicia Libani Abilensis, & Heliopolensis.

Porro Hierosolymitanus Patriarcha tres subiectas Metropoles in tribus prouincijs habuit, Cæsaream Stratonis cuius Episcopo prius parebat, Scythopolim, & Petram.

Cæsarea, vt legitur in Notitia Græca, [Ciuitas deliciosa est, omnibus abundans, & structuræ elegantia supra multas eminens. Tetrapylum enim eius vbique celebratur quod vtique singulare est, & visu spectabile. Ad mare Syriacum sita & munitissima, maxima, & opulentissima, & quasi arx vniuersæ Iudææ ab Herode ne rebellaret posita est. Non minus tamen accuratè huius ædificia marmoribus, cæterisque Architecturæ ornamentis adornauit, Cæsareamque in honorem Cæsaris, quæ prius Turris Stratonis vocabatur, nominari voluit.] Metropolis Ecclesiastica primæ Palestinæ facta est, & Cornelius Centurio à Petro Apostolo in ea baptizatus, primus eius Episcopus fuisse creditur. Sed & multi eius successores reperiuntur in historia Ecclesiastica, ac inter eos Flauianus sub Diocletiano, Theophilus sub Commodo, Teoctistus tempore Origenis, Domnus & Theotecnus sub Gallieno, Anatolius antea Episcopus Laodiceæ quē sibi successorem Theotecnus designauit, Eusebius & eius successor Acacius qui Sardicæ depositus fuit, & Gelasius sub Theodosio.

VI. CÆSAREA METROPOLIS PRIMÆ PALESTINÆ.

Scythopolis ciuitas præclara & Metropolis secundæ Palestinæ, medio milliario à Iordane tantùm distans in satis grata planicie sita est. Hanc priùs cōditam à Libero Patre vult Solinus, sed quicquid sit, priùs Betsan & Nysa dicebatur, nomenque Scythopolis tantùm obtinuit postquam à Scythis quasi de nouo instaurata est, superbisque ædificijs exornata. Nunc pene diruta

VII. SCYTHOPOLIS METROPOLIS SECVNDÆ PALESTINÆ.

eſt, paruumque oppidum à paucis incolis habitatum. Patrophili huius Epiſcopi ſæpe fit mentio apud authores hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, numeraturque inter Arij defenſores a Theodoreto, licet Concilio Nicæno inter alios Epiſcopos ſubſcripſerit. Valens etiam legitur in Sardicenſi, Saturninus in Conſtantinopolitano primo, Olympius in Chalcedonenſi, Theodoſius in Conſtantinopolitano ſub Agapeto & Menna, & Hieroſolymitano ſub iiſdem.

VIII. PETRA METROPOLIS TERTIÆ PALÆSTINÆ.

Petra Metropolis tertiæ Paleſtinæ, ciuitas munitiſſima in monte ſublimi ſita ad fines Moab, apud Ptolemæum legitur in deſcriptione Arabiæ Petrææ. Arecen & Arcen Ioſepho dicitur, & aliquando Archim teſte Vuiſſemburgio. Aliaque eſt a Petra Paleſtinæ, quæ ſedes Epiſcopalis tantùm fuit, vt clarè probatur ex D. Athanaſio,[a] qui Aſterium Petræ Paleſtinæ Epiſcopum vocat, & Arium Petræ Arabiæ. Dicitur autem in duabus Notitijs Græcis antiquis Metropolis tertiæ Paleſtinæ, reueraque fuit, non paucas ciuitates Epiſcopales ſibi ſubditas habens, vt ex ipſis inferius patebit.

[a] D. Athan. in ep. ad Sol.

IX. HIEROSOLYMITANVS PATRIARCHA PROPRIA CARVIT PROVINCIA.

An autem Hieroſolymorum Patriarcha Suffraganeos ſibi nullo medio ſubiectos habuerit, ſi petas, id multas ob rationes nobis valdè dubium eſſe ingenuè fatebimur, ſaltem per huius Notitiæ tempora. Quis enim eius conditionis prouinciam vllo in antiquo codice reperijt? Antiqua certè eſt huiuſce Patriarchatus Notitia Græca, quam ex Vaticano in ſecunda huius operis parte dabimus: Sed non niſi tres in ea Prouinciæ leguntur, Cæſareæ, Scythopolis, & Petræ, in quibus Hieroſolymitanus Antiſtes non Metropolitica iura, ſed Patriarchalia exercebat, nullis ei proprijs aſſignatis ſedibus Epiſcopalibus, circa quas Metropolitæ curam gereret. Scio equidem poſterioribus ſæculis tres huic iſtiuſmodi ſedes ſubiectas extitiſſe, nimirum Bethleemitanam, Ebronenſem, & Lyddenſem: ſed aliter ſex prioribus ſæculis rem ſe habuiſſe ex hoc ſatis colligitur, quod apud Bethleem nullus tunc ſederet Epiſcopus, nullaque eius in antiquis Notitijs memoria ſit. Commune ſane fuit tribus primis veriſque Patriarchis propriam regere Prouinciam: & ratio eſt, quod ab initio totius regionis in qua ſedebant ipſi eſſent Metropolitæ. Sed longè diuerſa fuit duorum recentiorum conditio, Conſtantinopolitani nimirum & Hieroſolymitani, qui cum ex prima inſtitutione Metropolitæ non eſſent, id authoritatis nonniſi poſt multa ſæcula ſortiti ſunt; ſed tantùm dignitatem ſeu authoritatem eminentem, qua cæteris præcellerent, vniuerſamque diœceſim Patriarchalem ſuperiori iure adminiſtrarent. Iſtud de Conſtantinopolitano ſuperiùs probauimus: de Hieroſolymitano verò res tantò certior eſt, quòd vicinæ omnes Hieroſolymis Epiſcopales ſedes alicui ex tribus ſupradictis Metropolitis in antiquis Notitijs Græcis ſubiectæ reperiantur. Quæ autem ſub vno quoque antiquitùs fuerint, in Notitia ex Concilijs hiſtoriaque Eccleſiaſtica extrahenda mox ſubiungemus, ſed prius huiuſce Patriarchalis ſedis Epiſcopos per ordinem recenſeamus.

HIEROSOLYMITANORVM PATRIARCHARVM SERIES EX HISTORIA ECCLESIASTICA.

IAcobum, quem veteres propter singularem virtutem, qua præter cæteros præstabat, iusti cognomine donauerunt, primum sedem Episcopalem Ecclesiæ, quæ est Hierosolymis, obtinuisse memoriæ traditur. Euseb. hist. Eccl. lib. 2. cap. 1.

Vbi Iacobus martyrio obijsset, & Hierusalem paulò pòst esset capta, atque adeò excisa; fama est, Apostolos & discipulos Domini, qui adhuc ista lucis vsura fruebantur, vna cum his, quibus cum Domino secundum carnem intercedebat cognatio (plerisque enim illorum ad hoc vsque tempus vita suppetebat) ex omnibus locis in vnum conuenisse, consiliumque pariter iniuisse, quis in Iacobi locum succedere dignus iudicaretur. Omnes vno consensu *Simeonem* filium Cleophæ, idoneum habilemque, qui Ecclesiæ ibidem institutæ sede & præfectura donaretur, existimabant: qui, vt fertur, Seruatoris consobrinus fuit. Nam Cleopham fratrem Ioseph fuisse narrat Hegesippus. Id. lib. 3 cap 10.

Cum Simeon extremum spiritum martyrio effudisset, Hierosolymis sedem Episcopalem Iudæus quidam nomine *Iustus*, vnus ex infinitis illis, qui erant ex circumcisione, quique ad fidem Christi id temporis se transtulerant, proximè occupauit. Id. ibid. cap. 19.

Zachæus verò quartus fuit Hierosolymorum Episcopus, quintus *Tobias*, sextus *Beniamin*, *Ioannes* septimus, octauus *Matthias*, nonus *Philippus*, decimus *Seneca*, vndecimus *Iustus*, *Leui* duodecimus, *Ephres* decimus tertius, decimus quartus *Ioseph*, quibus omnibus decimus quintus accessit *Iudas*. Id. lib. 4. cap. 5.

Simul ac Ecclesia quæ Hierosolymis fuit, ex Gentibus coaluisset primus post Episcopos qui erant ex circumcisione, *Marcus* administrationem gregis Hierosolymitani capessit. Id. ibid. cap. 6.

Post quem, *Cassianum* Episcopatu potitum, successionum tabulæ, quæ illic seruantur, ostendunt. Tum *Publius*, deinde *Maximus*: hos sequutus est *Iulianus*. *Caius* huic successit: pòst *Symmachus*, & *Caius* alter: Item alius *Iulianus*, tum *Capito*, *Valens*, *Dolichianus* ordine in Episcopatum delecti fuerunt. Ad extremum *Narcissus*, trigesimus ab Apostolis successionis serie continuata, designatus est. Id. lib. 5. cap. 12.

Vbi Narcissus se in locum desertum subduxisset, & à nemine esset pro certo cognitum quò se recepisset, his, qui finitimis Ecclesijs præerant, visum fuit, vt alterum Episcopum suffragijs crearent: *Dius* igitur, hoc enim nomine erat, delectus est: cui non longo tempore Ecclesiam gubernanti successit *Germanion*. Quo mortuo, *Gordius* Episcopatū obtinet, cuius temporibus Narcissus, tanquam ex mortuis ad vitam denuò reuocatus, à fratribus, vt Ecclesiæ gubernacula denuò susciperet, vehementer rogatus est, & cum Narcissus non ampliùs propter ingrauescentem ætatem ministerio præesse posset, *Alexander* alterius Ecclesiæ Episcopus, diuina prouidentia per re- Id. lib. 6. cap 9.

uelationem quæ noctu ipsi secundum quietem apparuerat, vt cum Narcisso in ministerio Ecclesiæ fungendo coniungeretur, accersitus est.

Id Ibid. cap. 11. Quo quidem (Alexandro) post præclarum & illustre testimonium fidei Christianæ præsidis tribunali datum, morte in carcere consopito, *Mazabanes* successor eius in Episcopatu Hierosolymitano declaratur.

Id. lib. 7. cap. 14. Mazabane etiam vita defuncto, *Hymenæus*, qui multis annis nostro hoc æui curriculo magna cum laude vixit, Hierosolymitani Episcopatus sedem obtinuit.

Id. ibid. cap. 32. Hierosolymorum Ecclesiæ ministerium post Hymenæum Episcopum, *Zambdas* capessit. Paulò pòst isto mortuo, *Hermon* postremus eorum qui ante persecutionem nostra memoria ibi concitatam fuerunt Episcopi, in sede illa Apostolica ad hoc vsque tempus reseruata, collocatus fuit.

Theodor. hist. Eccles. lib. 1. cap. 3. Episcopatus verò Hierosolymorum post Hermonem delatus fuit *Macario*, qui ob beatam viuendi rationem, & multiplicia bona quibus exornatus fuit, verè nomini suo respondit.

Id. lib. 2. cap. 27. Primatum autem Hierosolymorum, post Macarium obtinuit *Maximus*, vir ob certamina pro pietate suscepta egregiè nobilitatus.

Sozom. hist. Eccles. lib. 4. cap. 19. Acacius & Prophilus, Maximo abdicato, rectionem Ecclesiæ Hierosolymitanæ *Cyrillo* deferunt.

Cyrillus Hierosolymis abdicatur, &

Socrat. diuid. hist. lib. 2. cap. 35. Id. ibid. cap. 35. Cyrilli loco, *Erenius* Episcopus designatus est, cui *Heraclium* successisse constat huic rursus *Hilarium*. Postea Cyrillus reuertitur Hierosolymam, illiusque Ecclesiæ Episcopatum recuperauit.

Theod hist. Eccles. lib. 5. cap. 35. Ecclesiæ Hierosolymitanæ Episcopatum gessit *Ioannes*, vir planè insignis successitque Cyrillo.

Id. ibid. cap. 37. Post Ioannem illum admirabilem mortuum, *Praylius*, vir qui nomini suo pulchrè respondebat, illius Ecclesiæ rectionem capessit.

Euag. hist. Eccl. lib. 1 cap. 10. Id. ib. lib. 2. cap. 18. Huic successit *Iuuenalis*, qui Ephesinam antea rexerat Ecclesiam, interfuitque Concilio Chalcedonensi.

Id. ibid cap. 5. Niceph. in Cronograph. *Theodosius* Episcopus à quibusdam designatur Hierosolymorum, cùm Iuuenalis Constantinopolim confugerat. Sed eo à Marciano eiecto, Iuuenalis iterum sedem capessit.

Euagr. hist. Eccl. lib. 2. cap. 5. *Anastasius* post Iuuenalem Episcopus Hierosolymorum fuit.

Niceph. vbi supra, Euagr. lib. 2. cap. 16. Post Anastasium *Martyrius* Episcopus Hierosolymæ fuit, qui ad Imperatorem litteras Synodales scripsit.

Id. lib. 4. cap. 36. Niceph. vbi supra. Sedem Hierosolymitanam obtinet post Martyrium *Salustius*, cui successit *Helias*: & Heliæ *Ioannes* hunc *Petrus*, Petrum autem *Macarius* secutus est, Imperatore nondum ei suffragante, qui postea sede sua pulsus fuit. Nam ferebatur eum dogma Origenis tutatum. Cui in eo Episcopatu successit *Eustochius*.

Id. ibid. cap. 38. Macarius ad propriam sedem restitutus fuit, & Hierosolymorum Episcopatum gubernauit.

Id. lib. 5. cap. 16. Ad Episcopatus Hierosolymitani gradum post Macarium ascendit *Ioannes*, qui in Monasterio, quod ἀκοιμητῶν dicitur, vitam valdè inopem & austeram transegerat.

Id. lib. 6. cap. 23. Idem denique Ioannes mortem obijt, & nemo adhuc ad illius Episcopatus gubernacula capessenda designatus est.

NOTITIA

NOTITIA EPISCOPATVVM PATRIARCHATVS HIEROSOLYMITANI.

HIERVSALEM Palæstinæ ciuitas Ptol. lib. 5. cap. 16. Metropolis Iudææ Eusebio lib. 3 cap. 5. Sedes Apostolica Sozomeno lib. 4. cap. 24. & Patriarchica Can. Nicæn. 7. *Iacobus* primus eius dicitur Episcopus apud Eusebium lib. 2. cap. 1. cuius successores inferius enarrabimus.

PALÆSTINA PRIMA.

CÆSAREA Ptol. lib. 5. cap. 16. vulgò *Caisar*. Metropolis dicitur Palæstinę apud B. Hieronymum in epist. ad Pammachium aduersus errores Ioannis Hierosolymitani. *Theophili* huius Antistitis memoria est apud Eusebium lib. 5. cap. 22. & *Agricolaüs* Concilio Ancyrano subscripsit.

DORA Ptol. ibid. & Notit. antiq. Græcæ, Hebræis *Dortaire*. *Nonnus* Episcopus Dauron fortè pro Doron subscripsit Concilio Constantinop. generali 5. & Stephanus Dorensis ex Palæstina Lateranensi sub Martino adfuit.

ANTIPATRIS Ptol. ibid. *Antipatrida* nunc. *Polychronius* Antipatridis Antistes in Concilio Chalcedonensi legitur.

DIOSPOLIS Palæstinæ quæ Lydda. Ptolem. ibid. vulgò *Rama*, alijs *S. Giorgio*. *Ætius* Episcopus Lyddensis interfuit Concil. Nicæno primo.

IAMNIA Ptolem. ibid. vulgò *Zania*. *Menobius* Iamnianus rescripto Episcoporum Palæstinæ ad Ioannem Constantinopolitanum subscripsit, & *Stephanus* Concil. Hierosolym. sub Petro Patriarcha.

NICOPOLIS Ptol. ibid. vulgò *Emmaüs*. *Zenobius* Episcopus Nicopolitanus eidem Concilio interfuit.

SOZVSA dictæ Notitiæ antiquæ Græcæ in prima Palæstina, & Stephano in Phœnicia Palæstinæ contermina. *Leontius* Sozusæ Antistes legitur in dicto Concil. Hierosolymitano

MAIVMA Sozomeno lib. 7. cap. 27. qui *Zenonem* huius Episcopum nominat.

IOPPE Ptol. ibid. vulgò *Zaffo* & *Iaffa*. *Fidus* Episcopus Ioppes inuenitur in Concil. Ephesino, & *Elias* in Constantinop. sub Agapeto & Menna.

ASCALON Ptol. ibid. vulgò *Scalona*. Dictum Concilium Hierosolymitanum habet *Dionysium* Antistitem Ascalonum, & ante illum *Sabinus* Ascalonitanus Nicæno Concilio subscripsit.

GAZA Ptol. ibid. nunc *Azza* alijs *Garara*. *Nartianus* Episcopus Gazæ refertur in eodem Concilio Hierosolymitano.

RHAPHIA Ptol. ibid. quibusdam *Rhama*. *Epiphanij* Raphiæ Antistitis meminit idem Concilium.

ANTHEDON Ptol.ibid. vulgò *Larissa*. *Dorotheus* Anthedonensis est in dicto Concilio Hierosolymitano.

ELEVTHEROPOLIS Antonino inter Ascalonem & Neapolim, quibusdam *Hebron* creditur. *Macrinus* Episcopus Eleutheropolis suscripsit Concilio Nicæno, & *Gregorius* dicto rescripto.

NEAPOLIS Ptol. ibidem, *Sichem* Hebræis. *Procopius* huius Antistes in eodem rescripto nominatur.

ELIA Antonino Palæstinæ oppidum inter Neapolim & Ascalonem. Teoctistus Diaconus pro Episcopo Eliæ subscripsit dicto Concilio Hierosolymitano.

SEBASTE Ptol.ibid. vulgò *Samaria*. *Pelagius* Sebastes Episcopus supscripsit dicto Concil. & ante illum, *Marius* Sebastenus Nicæno.

PETRA D.Athanasio in epist.ad Solitarios, vbi *Asterium* huius Episcopum nominat, & *Theodori* Petrorum Antistitis memoria est in eodem Concil Hierosolymitano.

HIERICHO siue Hierichus Ptolemæo. *Gregorius* huius Episcopus subscripsit eidem Concilio.

LIBIAS Ptol. ibid. *Zacharius* Libiadis Antistes legitur in eodem Concilio.

AZOTVS Ptol ibid. vulgò *Asdot*, & Turcis *Alcet*. *Lazari* huius Antistitis memoria est in eodem Concilio.

ZABVLON Iosepho lib. 2 de bello Iudaico cap. 21. *Heliodorus* Zabulon Antistes est in Concilio Nicæno primo.

ARACLIA siue Heraclea Palæstinæ vrbs in limitibus Phœniciæ, Tyri Archiepiscopo subdita apud Guill. Tyrium, olim forte sub Cæsarea, cum huius nulla memoria sit in notitijs antiquis Phœniciæ. *Procopius* Heracleotanus qui dicto Concilio Hierosol. subscripsit, forte huius Antistes erat.

BASCHAT Palæstinæ primæ locus, cuius memoria est in Iosue c. 15. *Gregorius* Baschatanus subscriptus legitur in dicto rescripto Ioannis Hierosolymitani, & Episcoporum Palæstinæ qui sub eo erāt ad Ioannem Patriarcham Constantinopolitanum.

ARCHELAIS Ptol. ibid. *Antiochum* Archelaidis Palæstinæ Antistitem habet Concil. Chalcedonense.

PALEÆSTINA SECVNDA.

SCYTHOPOLIS Ptol. lib. 5. cap. 15. Nila prius, & *Bethsan*. *Theodosius* huius Episcopus subscripsit Conc. Hierosolymitano sub Petro, & ante eum *Olympius* in actis Concilij Chalcedonensis reperitur.

PELLA Ptol. ibid. *Paulus* Episcopus Pellius subscripsit rescripto dicto.

CAPARCOTIA Ptol. Interpretibus Caparnaum *Demetrius* Episc. Carpatenus pro Caparcotenus (vt reor) in dicto Concilio Hierosolymit. legitur.

GADORA Ptol. ibid. Gadara lib. Concil. & Stephano. *Theodorus* Episcopus Gadarorum eidem Concilio subscripsit.

CAPITOLIAS Ptol. ibidem vulgò *Sunete*. *Theodosius* Episcopus Capitoliadis in dicto Concilio Hierosolymitano reperitur.

MAXIMIANOPOLIS Notitiæ antiquæ Græcæ, & D. Hieron. in locis

Hebraicis, qui hanc Adiemmon olim dictam scribit, de qua Zach. cap. 12 *Domnus* Maximianopolis Antistes subscripsit dicto Concilio Hierosolymitano.

TIBERIAS Ptol. lib. 5. cap. 16. vulgo *Tabarie* teste Nigro. *Ioannes* Episcopus Tiberiadis subscripsit eidem Concilio.

MENNITH locus Palæstinæ Iudic. 11. *Stephani* Meniatheni Episcopi aliàs Nasameni in dicto rescripto Episcoporum Palæstinæ mentio est.

HIPPVS Ptol. ibidem. *Conon* Hipponus Antistes in rescripto Episcoporum Palæstinæ ad Ioannem Constantinopolitanum legitur, & *Theodorus* in dicto Concilio Hypsenorum pro Hippenorum Episcopus nuncupatur.

AMATHVS Hegesippo, vel Amata Iosepho Antiq. 17. cap. 12. vrbs Palæstinæ trans Iordanem. *Dionysius* Amathuntius Episcopus subscripsit eidem Concilio Hierosolymitano sub Petro.

PALÆSTINA TERTIA.

PETRA Ptol. lib. 5. cap. 17. Metropolis est tertiæ Palæstinæ in Not. antiqua Græca, vulgo *Krach*, & *Arach*. D. Athanasius in epist. ad Solitarios habet *Arium* Episcopum Petræ in Arabia.

AVGVSTOPOLIS dictæ Notitiæ antiquæ. *Ioannem* eius Episcopum inter Palæstinæ Antistites recenset Concil. Nicænum.

ARINDELA dictæ Notitiæ antiquæ. *Macarius* Episcopus Arnidatorum vel Arindelen Concil. Hierosolymitano subscripsit.

ARAD locus deserti in Palæstina Iudic. 1. Ciuitas Amorrhæorum est D. Hieronym. in locis Hebraicis. *Stephanus* Episcopus Aradorum est in eodem Concilio.

ARIOPOLIS dictæ Notitiæ antiquæ. *Polychronius* Aureliopolitanus pro Ariopolitanus in rescripto Episcoporum Palæstinæ legitur.

ELVZA Ptol. ibidem. *Aretam* Elusæ Antistitem habet Concilium Chalcedonense.

ZOARA Stephano vicus Palæstinæ, etiam Segor dicitur Tom. 2. Conc. *Mussonius* Zoaræ siue Segor Episcopus in Concilio Chalcedonensi legitur, & *Ioannes* in Constantinopolitano sub Agapeto & Menna.

SODOMA Genes. cap. 13. adhuc *Sodoma*. *Seuerus* Sodomorum Episcopus in subscriptionibus Concil. Nicæni legitur.

PHENON Tom. 1. Concil. Fenon D. Hieron. in locis Hebraicis, vrbs olim deserti inter Zoaram & Petram, nunc Vicus. *Saida* Phenonis Episcopus inter Episcopos Arabiæ Concilio Ephesino subscripsit, & *Ioannes* Femensis, pro Fenensis vocatus, est in dicto Concilio Hierosolymitano sub Petro Patriarcha.

PHARAN Ptolem. vbi supra, nunc *Fara*. *Theodori* Episcopi Pharanitanæ Ecclesiæ memoria est in Concilio Lateran. sub Martino.

AILA Diuo Hieronymo in vita S. Hilarionis vrbs iuxta mare rubrum. *Paulus* Ailanus dicto Concilio Hierosolymitano subscripsit.

EPISCOPATVVM INCERTÆ PROVINCIÆ, NECNON QVORVNDAM certæ in hoc opere omissorum, Series.

Stellas cœli enumerare si pro impossibili habetur, multo magis sedes Episcopales vniuersi orbis Ecclesiastici, quippe quæ longe plures numero. Idcirco si has recensendo nonnullas omiserimus, ne exprobres, Lector Beneuole; nec etiam mireris, si quemadmodum ex stellis aliquæ nebulosæ, & oculis huc vsque inuisæ, sic inter sedes Episcopales quarumdam situs ignoretur. Immo quod eruditioni tuæ addicti, orbe vniuerso iterum perlustrato, vtrasque hoc ordine alphabetico digestas tibi referamus, gratias age, & Vale.

A

ACRABATENSIS *Pegasius* Episcopus in Concil. Nicæno ex Syria dicitur; forte ab Acraba vrbe Mesopotamiæ Syriæ vicinæ, de qua Ptol. lib. 5. cap. 19.

ADENSIS vel Abdianensis *Neufilata* habetur in Concil. Toletano 3. & in Concil. Hispalensi 1.

ADRASSI Episcopus *Paulus* in Concil. Constantinop. generali 5. legitur, ab Adrasso Isauriæ vrbe, cuius in Not. antiqua memoria est.

ÆMORVM Metropolis Rhodopiæ Antistes *Paulus* legitur in Collatione 8. Synodi 5. Constantinop. pro Ænorum, vt reor, in Rhodope.

AGDAMIÆ Phrygiæ Episcopum *Opimum* nominat Socrates historiæ Ecclesiasticæ lib. 7 cap. 35.

Ab AGGIVA *Quintus* in Concil. Carthag. sub D. Cypriano legitur, forte ab Augina siue Auggiua Antonino Africæ propriæ vrbe.

AMPHIPOLITANVS Episcopus *Alexander* Concil. Constantinop generali 5. subscripsit; an ab Amphipoli Syriæ vrbe ad Euphratem Stephano, vel ab alia Macedoniæ Ptolem. lib 3. cap. 13. incertum est.

Ab ANAPOLI *Narcissus* Præsul in Conciliab. Sardicensi legitur.

ANDROSIORVM Episcopus *Aquila* est in Concilio Chalcedonensi; ab Androsia vt arbitror Galatiæ vrbe apud Ptolem. lib. 5. cap. 4.

ANTRI *Arrianus* Præsul dicitur apud Socrat. lib. 3. cap. 21. an ab Antro Thessaliæ vrbe Stephano, vel Antro Samothraciæ Insulæ Ouidio trist. lib. 1. tu videris.

ANENYSIORVM *Theodorus* Episcopus Concil. Ephesino subscripsit: forsan ab Anæa vrbe Asiæ de qua in illa Prouincia.

ANTHYSÆ siue Antiquæ ciuitatis Episcopus *Eusebius* est in Conc. Constantinop. sub Agapeto & Menna: an ab Antissa Læsbi Insulæ vrbe Ptolem. lib.

lib. 5. cap. 3. vel alia Indiæ Stephano; vel à Palæopoli Asiæ aut Pamphiliæ, ignoratur.

AB ARMAQVETIAS *Macedonius* habetur in Conciliab. Sardicensi.

B

BACTRORVM Antistes *Alipius* est in Concilio Chalced. à Bactro, vt arbitror, prius Zariaspa dicta, Bactrianæ regionis capite & Regia, Ptolem. lib. 6. cap. 11.

BALCEÆ ciuitatis Episcopus *Chrisantus* Concil. Chalced. subscripsit, forte à Balcia Stephano Propontidis vrbe, quæ & Balcea Plinio est lib. 5. c 30.

BALIENSEM ex Osroena Episcopum legere est in Concil. Chalced. sed Balia vrbs in Notitijs non reperitur, & Galeno Macedoniæ est in Hippocratis vocum expositione.

à BAPTINO *Lucius* est in Conciliab. Sardicensi.

BARCVSORVM Episcopus *Ioannes* subscripsit Concil. Constantinop. generali 5. an à Bargasa quæ Ptolem. lib. 5. cap. 2. in Lydia, & Stephano in Caria est, certum non videtur.

BARISSARÆ vrbis Armeniæ primæ Antistes *Maxentius* dicitur in Concilio Chalcedonensi.

BETHAVNENSIS Episcopus *Sosipater* subscripsit Concil. Nicæno inter Episcopos Syriæ.

de BLACENA à Dacia alias de Blatea ab Achaia. *Athenodorus* est in Concil. Sardicensi.

BOSSÆ Antistitem *Cresciturum* legere est in Concilio Constantinop. generali 5. forte à Bossa ciuitate prouinciæ Proconsularis.

BOTOLII Aiacis Filius Episcopus dicitur apud Sozom. lib. 7. cap. 27. circa Palæstinam videtur.

BVNENSIS Episcopus *Romanus* subscripsit Concil. Chalcedonensi, diciturque Lyciæ.

BVRENSIS Episcopus *Ammon* in Concil. Chalced. reperitur: an à Bura Achaiæ oppido Peloponesi apud Ptolem. lib. 3. cap. 16. tu videris.

C

à CABVLA *Seuerus* Episcopus dicitur in Conciliab. Sardicensi.

CÆNORVM Antistes *Petrus* subscripsit Concilio Chalcedonensi, sed mihi dubium est an à Cæna Ponti vel Armeniæ Oppido lib. Notitiarum, vel à Cæna magna ciuitate circa Tygrim Fluuium Xenophonti 2. Expeditionis Cyri, vel à Cæna Laconica vrbe Ptolem. lib. 3. cap. 16.

de CANDOS à Procia Episcopus *Eutherius* legitur in Concilio Sardicensi, forte à Cantho vel Achantho vrbe quam Ptolem. lib. 3. cap. 13. habet in Macedonia ad Syngiticum sinum.

CANOTHÆ *Theodosius* aliàs *Theodotus* Episcopus est in dicto Conciliabulo Sardicensi.

CARISSORVM Episcopus *Menecrates* in Concil. Chalced. legitur & Theodorus in actis Concilij Constantinop. sub Agapeto & Menna: à Carissa, vt reor, Paphlagoniæ Oppido, Ptolem. lib. 5. cap. 4.

CAROPTI Episcopi *Bassi* memoria est in Conciliab. Sardicensi, forte à Carotho Cyrenaicæ regionis vrbe, Antonino.

CASATANORVM *Cyriacus* Episcopus legitur in Collatione 8. Synodi quintæ Constantinopolitanæ.

A CHATIMÆA *Sabinianus* in dicto Conciliab. Sardicensi legitur.

CIANVS *Hediscus* Episcopus habetur in Concilio Constant. sub Agapeto & Menna; à Cia seu Ceo vt arbitror Insula, quam Strabo lib. 10. in mari Ægeo constituit.

CILINENSIS alias Pylarum *Cyrillus* subscripsit Concil. Ephes. actione 6.

CRVSÆ Episcopus *Petrus* Concilio Ephesino interfuit; Est autem Crusa apud Plinium lib. 5. cap. 31. Insula Doridis in sinu Ceramico.

D

DIOCLEÆ *Euander* Episcopus Concilio Chalcedonensi subscripsit: à Dioclia vt puto Phrygiæ, vrbe Ptolem. lib. 5. cap. 2.

A DORLANI *Eusenius* Antistes est in Conciliab. Sardicensi.

E

EPALANVS alias Epulenus *Parthenius* Episcopus nominatur in Concilio Hierosolymitano sub Agapeto & Menna.

EVASORVM Episcopus *Eutropius* Concil. Ephes. subscripsit; ab Euasa Asiæ vrbe in Notit. Hieroclis, quam eamdem cum Augaza puto.

EVLANDRÆ Episcopus *Mirus* est in Concilio Chalcedonensi.

F

FLAVONENSIS Antistes *Paulus* Concilio Ephes. inter Episcopos Ægypti subscripsit, forte pro Flagonensis.

G

GAIOPOLIS Episcopus *Stephanus* in Concil. Ephes. actione 6. legitur, forsan à Gæapoli quæ Ammiano Marcell. lib. 23. vrbs est Arabiæ.

GERVNTIS Episcopus *Stephanus* in Concil. Chalcedon. dicitur, à Geronta forte oppido Armeniæ Curopalati, vel certe à Gerunte vrbe quam Polybius habet in Macedonia, & quam Geranum locum vocat Strabo lib. 8.

GILSATENVS *Neon* Episcopus ex Pamphilia dicitur in Epistola Synod. huius Prouinciæ ad Leonem Imperatorem.

GINDARENSIS Syriæ *Petrus* Episcopus in Concil. Nicæno dicitur: à Gindara vt puto, seu Gindaro Syriæ vrbe quam Strabo lib. 17. arcem Cyrresticæ regionis vocat.

H

HIRCANORVM Ciuitatis Episcopus *Joannes* in Concil. Chalcedonensi legitur, ab Hyrcania, vt puto, totius Hyrcaniæ regionis Metropoli, Ptol. lib. 6. cap. 9.

I

INGILON Episcopus *Theodorus* est in Concil. Constantinop. Generali 5.

Ab IVRITO Episcopus *Macedonius* Conciliabulo Sardicensi subscripsit.

L

LÆRI *Ioannes* Episcopus habetur in Concil. Constantinop. 5. à Læro, vt arbitror, Insula maris Ægæi de qua Strabo lib. 10.

LAMPHANIÆ Antistes *Gerontius* Conciliab. Sardicensi interfuit.

A LISIA Episcopus *Eugenius* est in dicto Conciliab. Sardicensi.

A LVETO Episcopus *Isaac* legitur in eodem Conciliab. Sardicensi.

M

MACEDONOPOLIS Mesopotamiæ vrbis Episcopus *Marinus* est in Concilio Nicæno.

MALLEOTANORVM Antistitis *Cosmæ* meminit Collatio 8. Synodi 5. Constantinop. à Malliattha forte vrbe Arabiæ Petrææ Ptol. lib. 5 cap. 17.

A MIGNENIA Episcopus *Eufemius* est in Conciliab. Sardicensi; an à Magniarta Illyrici Occidentalis vrbe Ptolem. lib. 2. cap. 15. incertum est.

MINOIDIS Episcopus *Zozimus* dicitur in Concil. Chalced. à Minoa forte vrbe quæ Ptol. lib. 3. cap. 17. est in Creta; vel ab Insula eiusdem nominis quæ Thucididi ante Megaram iacet; vel denique ab Insulis quæ apud Apollonium Minoides appellantur.

MOCTENSIS Præsul *Leo* habetur in Codice Canon. Eccles. Afric.

MOLITIANENSIS Antistes *Ortius* est in Conc. Chalced. actione 6.

MOREÆ Ciuitatis alias Famagoreæ Episcopus *Joannes* legitur in Concilio Hierosolymit. sub Agapeto & Menna.

MYRIANGELI Episcopus *Menas* habetur in Collatione 8. Synod. 5. Constantinopol. à Germanicia vrbe quam Petrus Diaconus habet in Galatia, & Mirangulos siue Myriangulos vocat.

N

à NISILECTO Episcopus *Ambratius* legitur in Conciliab. Sardicensi.

NOSALENENSIS Episcopus *Secundinus* in Concil. Chalcedon. dicitur, forte à Nosalena siue Nolasena Armeniæ Minoris vrbe in Lauinianensi Præfectura. Ptol. lib. 5. cap. 3.

O

OPITANÆ Ciuitatis Antistes *Aurelius* est in Concil. Chalcedonensi.

P

à PALLADIANO Episcopus *Dominicus* subscripsit Conciliab. Sardic.

PANEMOTICI Præsul *Hierius* legitur in Concil. Chalcedonensi.

PARAXIORVM alias Pagrasorum Episcopus *Alexander* interfuit Concil. Constantinop. sub Agapeto & Menna: an à Paraxia quæ Ptolem. lib. 3. cap. 13. Macedoniæ regio est; vel à Pagrasa vrbe Indiæ extra Gangem Ptolem. lib. 7. cap. 2. vel etiam à Pagasa item Macedoniæ vrbe apud Ptolem. ibid. tu conijcito.

à PARO Pisidiæ Episcopus *Academius* est in Concilio Nicæno,

PAROSITHI Præsul *Athanasius* habetur in Concilio Ephesino.

PATERNI Cappadociæ 2. vrbis Episcopus *Eusthatius* subscripsit Concil. Chalcedonensi.

PHARMALI Antistes *Perecius* alias *Perebius* legitur in Concil. Ephes.

PHARNACIENSIS Ciliciæ Episcopus *Olimpius* in Concil. Constantinopolitano dicitur, sed quod Ciliciæ, ex hoc mihi dubium est, quod Pharnacea apud Ptol. lib. 5. cap. 6. in Ponto legatur.

PHVPHENATENSIS in Isauria Præsul *Faustus* est in Conc. Nicæno, à Phuphena vrbe Armeniæ minoris quæ Isauriæ vicina est, Ptol. lib. 5. cap. 7.

PLACIANENSIS Galatiæ 1. Episcopus *Eretrius* habetur in Concilio Neocæsariensi, forte à Placia vrbe quam Plinius lib. 6. cap. 32. habet in Mysia Asiæ, & Pomponius in Bithynia.

PLATANENSIS *Erethius* alias *Ethecoreus* subscripsit Concil. Nicæno, an à Platano quæ Phœniciæ vrbs est, vel ab alia quæ in Syria est Antonino, incertum est.

PRIMOPOLIS Asiæ Antistes *Tribonianus* legitur in Actione

6. Concil. Ephesini.

PYLORVM Chersonesi Episcopus *Cyrillus* est in Concil. Ephesino.

R

RAPTANVS Præsul *Fortunatianus* legitur in Concil. Carthaginensi 1.

RACHLÆNORVM Ciuitatis prouinciæ Tyriorum Episcop. *Anastasius* subscripsit Concilio Constantinopolitano generali quinto.

A ROCO Episcopus *Cyrotus* interfuit Conciliabulo Sardicensi.

RVSVRRIANENSIS vel Rhusurpensianus in Mauritania Cæsariensi *Niuellus* Episcopus nominatur in Canonibus Ecclesiæ Afric.

S

SARTÆ Episcopus *Cæsarius* Concilio Ephesino subscripsit.

SCARPHIENSIS Episcopus *Stephanus* est in Concil. Hierosolimit. sub Agapeto & Menna: an à Scarphia Helladis Ciuitate in Notitia Hieroclis tu videris: alias dicitur Zephyriensis.

SELLARVM Prouinciæ Mediæ *Limenius* Episcopus est in Concil. Ephes.

SEXANTAPRISTIS in Mysia Episcopus *Polycarpus* dicitur à Socrate lib. 7. cap. 35.

SINNÆ municipij Prouinciæ Consularis Episcopus *Victor* habetur in Collatione 8. Synodi 5. Constantinopolitanæ.

STEPHANORVM Præsul *Marcianus* in Concil Chalced. subscriptus legitur, an à Stephane vrbe Phocidis Stephano: vel alia Galatiæ Arrhiano in Periplo, & Ptolem. lib. 5. cap. 4. quærat lector.

T

THEBESTENSIS Antistes *Rumulus* habetur in Concil. Carthag. 1. à Thebesta Africæ propriæ vrbe Ptolem. lib. 4. cap. 3.

V

VASADENSIS Episcopus *Theodorus* ex Isauria in Concil. Antioch. sub Iulio 1. dicitur, qui Vasagadensis in Concil. Nicæno ex eadem Isauria.

Z

ZENORVM Episcopus *Pasinicus* legitur apud Socratem lib. 3. cap. 11. forte pro Zenopolis Lyciæ.

ZINICENSIVM Metropolis *Basilius* Episcopus est in Relat. Synodi Constantinop. forte à Zichna Curopalati Macedoniæ vrbe Serris proxima & vulgo *Zichne* dicta.

ZOROPASSÆNVS *Anthenus* Episcopus ex Isauria dicitur in Concil. Nicæno, forte à Zoropassa quam Ptol. lib. 5. cap. 7. habet in Armenia Minori Isauriæ vicina.


FINIS.



INDEX PROVINCIARVM QVÆ IN HOC OPERE,

Patriarchis assignantur.





INDEX VRBIVM EPISCOPALIVM QVÆ IN HOC OPERE RECENSENTVR.

A

Index vrbium Epiſcopalium.

Index vrbium Epiſcopalium.

T.

Thera

